



CAPITULI QUINTIDECIMI SUMMARIUM

In capitulo decimoquinto, quod incipit: *Nunc portat nos*, auctor ponit etiam penam execrabilium et nefandissimorum sodomitarum illorum, qui continue vadunt circuendo et excuciendo arsuras cum manibus de suo dorso, quia ardor flammeus continue pluit super tales peccatores. Hic ardor taliter comburit carnem talium, licet non consumet, quod vix recognoscuntur propter arsuram. Nota quod poetice auctor ponit, quod hic, in hoc loco, natura loci generat et facit talem ignem et tales flammis. Et hic, hoc in loco, auctor invenit unum civem Florentinum, nomine ser Brunectum, qui fuit magister ipsius Dantis; qui fuit magnus philosophus et astrologus, sed valde involutus in hoc

nefandissimo scelere et peccato; qui multa predixit auctori de hiis, que erant sibi, scilicet auctori, superventura. Cui respondens auctor, dixit, se paratum ad tollerandum patienter quamcunque fortunam. Hic ser Brunectus manifestavit nomina quorundam suorum sotiorum hic cruciatorum, quorum, primo, nominavit Priscianum, Franciscum Acursi, civem Florentinum; et dixit, quod pro maiori parte omnes tales fuerunt clerici. Hic Ser Brunectus composuit unum librum, in gallico ydiomate, de divisionibus partium mundi, de diocesibus, provinciis, etc.; quem librum ipse ser Brunectus vocavit Thesaurum; quem librum ipse recommendavit auctori, scilicet, ut daret sibi nomen et famam.



CAPITULUM QUINTUMDECIMUM

- ¹ Hora cen porta l'un de' duri margini,
E 'l fumo del ruscel di sopra aduggia
Si, che dal fuoco salva l'acqua e gl'argini.
² Quali e Fiamminghi tra Guizzante e
[Bruggia,
Temendo 'l fiotto che 'n ver lor s'avventa,
Fanno lo schermo, perchè 'l mar si fuggia;
³ E quali e Padovan lu[n]go la Brenta,
Per difender lor ville e lor castelli,
Anzi che Chiarentana el caldo senta;

Nunc nos portat. Ora cen porta l'un de' du[r]i: istud est quintumdecimum capitulum huius Inferni, in quo auctor tractat de violentis, qui contra Deum fecerunt violentando naturam; quod dividitur in quatuor partes. In quarum prima describitur passus et transitus, per quem ibant per istam arenam.

In secunda, que incipit ibi:

El comenzò;
Et ipse incepit: Qualis fortuna,

introducitur unam animam ad loquendum de fortuna ipsius auctoris.

In tertia, que incipit ibi:

Se fosse tuoto pieno;
Si esset tota plena mea petitio,

ponit suam responsionem, quam fecit illi anime.

In quarta, que incipit ibi:

Nò pertanto di men;
Nec propter hoc minus veni,

describuntur in speciali aliqui, qui fuerunt involuti in vitio sodomie. Primitus describitur passus, sic continuando dicta dicendis. *Nunc nos portat*, idest iter prebet, unus de duris, idest lapideis, ymarginibus, idest aggeribus, vel limitibus, quia ibant per unum ymarginem durum, quia lapideum.

Et fumus ruscelli: idest rivoli, scilicet nebula densa,

- ¹ *Nunc nos portat unus ex duris marginibus,*
Et fumus rivuli desuper adumbrat
Ita, quod ab igne salvat aquam et aggeres.
² *Quales Flamminghi inter Guizantem et Brugen,*
Timendo fluctum qui versus eos venit,
Faciunt eorum defensiones, ad hoc ut mare fugiat;
³ *Et quales Paduani iuxta Brentam,*
Ut defendant suas villas et sua castella,
Antequam Clarentana calorem sentiat;

que ascendebat de rivulo, vel exhalabat, superius adugiat idest adumbrat desuper: sicut quando ramus unius arboris tollit fructum unius vitis, idest impedit vitem, ne producat ita bene fructum. Ita quod ab igne salvat aquam et argines, idest limites; sic, idest per talem modum, quod non cadebant flamme super aquam huius rivuli nec super aggeres.

Qualiter Flamingi: modo per comparisonem ostendit quales sunt illi ymarginibus. Ad intelligendum istam comparisonem notandum est, quod Flandria, in Alamania Bassa, est unus magnus Comitatus, in quo sunt multe pulcherrime ville et magne: quarum una Bruges, alia Gandavum litteraliter, vulgariter Gathit; alia vocatur Guizante, alia Domo, alia Selusa. Iste Comitatus pro parte est super littus maris Oceani. Terra est satis bassa. Fluxus maris bis in die naturali cooperit magnam partem terre, aliquando per quindecim milliaria lombardica, et sic bis in die refluxus discooperit tantum de terra quantum fluxus cooperiebat. Nunc vero, nisi Flamingi facerent ymarginibus et limites altos, idest reparacula alta, ad reparandum aquam maris tempore fluxus, intraret per omnia sata illorum, per quorum fines transit fluctus, et destrueret hortos et omnia sata; etiam intraret domos propinquas: et ideo ipsi Flamingi faciunt talia reparacula. Consimiliter faciunt Paduani de mensibus maii, iunii et iulii, quia unus pulcher et pro-

- ⁴ A tal ymagine eran facti quelli,
Tutto che nè sì alti nè sì grossi,
Qual che si fosse lo maestro, fèlli.
⁵ Già eravàn da la selva rimossi
Tanto, ch'io non havrei visto dov'era,
Perch'io indietro rivolto mi fossi;
⁶ Quando incontrammo d'anime una schiera,
Che venian sotto noi, e ciascheduna
Ci riguardava, come suol da sera

- ⁴ *Ad talem ymaginem erant facti illi,*
Quamquam nec ita alti nec ita grossi,
Qualis ne fuerit magister, illos fecerit.
⁵ *Iam eramus a silva remoti*
Tantum, quod ego non vidissem ubi eram,
Quamquam ego volvissem me retro;
⁶ *Quando obviavimus animarum uni aciei,*
Que veniebant prope aggerem, et quelibet
Nos respiciebat, sicut consuevit de sero

fundus fluvius, qui vocatur Brenta, descendit a quibusdam montibus, qui vocantur Clarentana, in quibus montibus multe nives tempore hyemali componuntur: quando postmodum venit estas in mensibus prescriptis, nives liquefiunt, aque habundant, fluvius crescit; et nisi illi de Padua, vel de territorio Paduano, facerent reparacula super ymarginibus, sive super ripas, Brente, idest illius fluvii, aqua spargeretur et fluere super sata et campos laboratos, et super villas, et destrueret omnia etiam castra, que sunt iuxta ipsum Brentam, idest fluvium: ideo illi Paduani faciunt talia reparacula super Brentam, sive fluvium.

Sed notandum est hic, quod ille fluvius Brenta crescit et habundat propter nives, que liquefiunt tempore estivo; sed fluxus in Flandria, vel alibi ubi sit, non propter nives, sed propter lunam, causatur. Ubi bene nota, quod luna potest in hoc assimilari lapidi magneti, sive calamite, quoniam, sicut magnes attrahit ad se ferrum, sic luna trahit ad se, idest supra in aierem, humiditates; ita quod luna, propter suam influentiam, habet magnam efficaciam super aquam, et maxime maris, quoniam est multa, in tantum quod bis in die naturali facit cedere aquam et recedere, et mare. Et licet in mari Mediterraneo, et etiam in mari Adriatico, hoc faciat luna, per amplius facit in mari Oceano, et maxime in partibus Anglie, et adhuc magis in Flandria, cum sit valde bassa terra, versus septentrionem, inter septentrionem et occidentem; magis tamen tendit ad septentrionem.

Adhuc nota, quod luna causat fluxum sic. Luna bis in die habet aspectum rectum et perpendicularem ad fundum maris, et sic ad terram; et bis in die habet aspectum per transversum: quando luna habet aspectum ad fundum perpendiculariter et directe, tunc radii lunares descendunt ad fundum maris, et trahunt ad se vapores, et elevat a fundo maris tales vapores; qui vapores, dum sic elevantur, faciunt aquam tumescere, et aqua sic tumens exit terminos primos: quando vero luna habet aspectum ad fundum maris per transversum, tunc radii lunares non trahunt vapores, ymo dimittunt eos, et sic vapores revertuntur ad fundum; et tunc tumefacta aqua dimittit tumorem, et tunc revertitur ad locum suum: et sic causatur refluxus, quando aqua revertitur ad mare, redeuntibus vaporibus, qui fuerant elevati, ad fundum maris, unde elevabantur.

Et adhuc notandum est, quod luna circuit semel infra diem naturalem in terra. Talis circuitus dividitur in quatuor quartas. In una quarta, que durat per sex horas, luna habet aspectum rectum et perpendiculare, ut dictum

est: demum, transactis illis sex horis, in aliis sex horis sequentibus habebit aspectum per transversum; et tunc vapores, qui in primis sex horis elevabantur, in hiis sex horis deprimuntur et revertuntur ad fundum. Iterum in aliis sex horis tertie quarte, luna habet aspectum per directum; et tunc iterum vapores elevantur, et sic iterum aqua fluit. In aliis sex horis quarte quarte, quia luna habet aspectum per transversum, vapores descendunt et sic aqua refluit. Sic igitur luna causat fluxum et refluxum maris. Sed quare est, et quomodo est, quod fluxus aliquando est in meridie, aliquando in vespere, aliquando in medio, inter nonam, sive meridiem et vespere, aliquando in occasu solis, et sic in omni mense, variantur fluxus et refluxus? Respondetur, quod sicut luna crescit et decrescit, sic variatur motus suus. Quando Luna est rotunda et plena, scilicet quintadecima, vel quartadecima, tunc obviam soli, sole occidente, luna oritur; ita quod, quando luna est quintadecima, sole occidente, luna oritur: in sextadecima die lune, post occasum solis, ad unam horam oritur: in decimaseptima die lune, post occasum solis, tardabit luna per duas horas noctis et amplius antequam oriatur: in decima vero octava die lune, post occasum solis, tardabit luna oriri quasi ad quartam horam noctis. Et sicut variatur tempore situs lune et occasus, sic variatur aspectus sui ad terram et fundum maris; et sic variantur refluxus et fluxus maris. Hiis dictis, ad textum proceditur.

Qualiter Flamingi inter Guizantem et Brugen, idest inter istas duas solempnes villas, timendo *fiotum*, idest [faciunt] reparaculum, ut mare fugiat; et quales Paduani, *longo*, idest iuxta, Brentam, propter defendere suas villas et sua castella, antequam Clarentana, idest illa montana que sic vocatur Clarentana, calorem sentiat, idest estatis. Clarentana lombardice vulgariter, litteraliter Carintia; et ibi sunt et dominantur quidam duces, qui dicuntur duces Carintie. Notanter dicit textus: Antequam Carintia sentiat calorem; quia si illi Paduani expectarent quod nives liquefierent, tunc non possent reparare. Ad talem ymaginem erant facti illi; quamquam non ita alti, nec sic grossi, qualis, idest quisquis, magister fecerit illos. Quasi dicat: Quicumque fecit illos, ille fuit magnus magister; nam ille magister fuit Deus, qui fecit omnia superiora et inferiora, qui reddit penas et merita, sive premia.

Iam eramus a silva remoti: idest a longe tantum, quod ego non vidissem ubi eram, quamquam me revolvissem retro; idest non vidissem silvam; quando obviavi-

- 7 Guardar l'un l'altro sotto nuova luna;
E sì ver noi aguzzavan le cigla,
Come 'l vechio sartor fa ne la cruna ⁽¹⁾.
8 Sì adochiato da cotal famiglia,
Fui conosciuto da un, che mi prese
Per lo lembo ⁽²⁾, e gridò: Qual maraviglia?
9 Et io, quando 'l suo braccio a me distese,
Gl'ochi ficcai per lo cotto aspetto
Sì, che 'l viso abbruciato non difese
10 La conoscenza sua al mio intelletto;
E chinando la mano a la sua faccia,
Risposi: Sete voi qui, ⁽³⁾ ser Brunetto?
11 Et egli: O figliuol mio, non ti dispiaccia
Ser Brunetto Latini un poco teco:
Ritorna in dietro e lass'andar la traccia.
12 Et io a lui: Quanto posso, ven preco;
E se volete che con voi m'asseggia,
Farol, se piace a costui, chè vo seco.

⁽¹⁾ dell'ago. — ⁽²⁾ del vestimento. — ⁽³⁾ o.

mus une aciei animarum, que veniebant prope aggerem, et quelibet nos respiciebat, sicut consuevit de sero respicere unus alium sub nova luna; et ita versus nos acuebant supercilia, sicut antiquus sartor facit in cruna, in foramen acus. Omnes intuebantur auctorem, mirantes quomodo esset vivus, et quomodo transibat sine pena: ista duo erant causa admirationis, scilicet vita auctoris et immunitas a pena. Illi ibant valde velociter; Virgilius et auctor ibant lente.

Facit comparisonem de luna nova. Quando luna est coniuncta soli, non lucet nisi modicum; ideo tunc ambulantes de nocte, vix se cognoscunt, et vadunt homines suspecti. De auctoribus, qui aliquando claudunt unum oculum ad melius videndum: dicit Aristotiles in primo Problematum: Ut virtus unita magis et melius operatur; sic facit balistarius, claudit unum oculum, ut videat acutius cum alio. Vocat auctor istos, gregem euntem de nocte. De nocte communiter vadunt peccantes in hoc vitio.

Sic adoculati a tali familia, fui cognitus ab uno, qui me cepit per fimbriam et clamavit: Quale mirum! Hoc erat certe magnum, quod Dantes iam attigisset tantam gloriam, faciendo taliter iter, sive talem descriptionem, querens se et alios salvare. Et ego, quando suum brachium ad me extendit, fixi oculos per coctum aspectum, idest respexi faciem suam, coctam flammis; ita quod visus adustus non defendit, idest non abscondit, vel retraxit, cognitionem suam, idest sui, meo intellectui, licet haberet faciem deformatam, quia erat *brusciata*, idest combusta. Quasi dicat: Virtus facit adhuc se cognosci, quantumcumque sit in homine involuto in vitiis, si habet aliquam singularem virtutem et excellentem.

- 7 *Respicere unus alium sub nova luna;*
Et ita versus nos acuebant supercilia,
Sicut antiquus sartor facit in crunam.
8 *Sic adoculati a tali familia,*
Fui cognitus ab uno, qui me cepit
Per fimbriam, et clamavit: Quale mirum?
9 *Et ego, quando suum brachium ad me extendit,*
Fixi oculos per coctum aspectum
Ita, quod visus adustus non abscondit
10 *Cognitionem suam meo intellectui;*
Et inclinando meam ad suam faciem,
Respondi: Estis vos hic, ser Brunecte?
11 *Et ille michi: O fili mi, non tibi displiceat*
Ser Brunectus Latinus aliquantulum tecum:
Redeas retro et permicte ire tracciam.
12 *Ego dixi ad eum: Quantum possum, vos precor;*
Et si vultis quod vobiscum sedeam,
Faciam, si placeat isti, quia vado secum.

Inclinando meam ad suam faciem, respondidi: Estis vos hic, ser Brunecte? idest, in tam turpi loco et penoso? Nota quod stat, quod aliqui, vitiosi in hoc vitio, habeant aliquas alias virtutes, propter quas aliquando honorantur. Nota etiam quod iste ser Brunectus fuit civis Florentinus, quem vivum Dantes vidit et novit; fuit famosus notarius, magne eloquentie et intelligentie; magnus moralis. Ultra istud vitium sodomie, in quo fuit involutus, etiam in hoc deficiebat, quod nimis presumebat de se ipso. Semel commisit unum errorem in una carta, in uno instrumento, et fuit ita obstinatus, quod, antequam vellet confiteri se male fecisse, vel ex inadvertentia, vel alio modo se excusare, quod poterat bene facere, per prius se permisit *banniri*, et per prius voluit pati exilium cum pena ignis; sed ignem, quem tunc vitavit, quando fugit de Florentia, hic in isto sabulo invenit et habet.

Et ille michi, idest dixit: O fili mi, non tibi displiceat ser Brunectus Latinus (sic erat nomen suum): aliquantulum tecum redeas retro, et permicte ire *tracciam*, idest aciem, vel multitudinem.

Ego dixi ad eum: Quantum possum vos precor; et si vultis quod vobiscum sedeam, faciam, si placet isti, quia vado secum; ad denotandum quod nihil sine licentia sui ducis faceret. Sic quis prudens exhibet reverentiam magistro suo, scilicet nil velle facere sine licentia sua. Vult dicere hic auctor, quod magna circumspectio est habenda ad conversandum cum pollutis et infamibus, et maxime in tali vitio, ne cadat[ur] in infamiam.

- 13 O figliuol, disse, qual di questa greggia
S'arresta puncto, giace per cent'anni
Senza rostarsi quando 'l fuoco el feggia.
14 Però va' oltre: ch'io ti verrò a panni,
E poi rigiugnerò la mia masnada,
Che va piangendo e suoi eterni danni.
15 Io non osava ⁽¹⁾ scender dalla strada
Per andar par di lui: ma 'l capo chino
Tenea, com'huom che riverente vada.
16 El ⁽²⁾ cominciò: Qual fortuna o destino
Anzi l'ultimo dì quaggiù ti mena?
E chi è questi che mostra 'l cammino?
17 Lassù di sopra in la vita serena,
Rispos'io lui, smarrim'in una valle,
Avanti che l'età mia fosse piena.
18 Pur hier mattina le voltai ⁽³⁾ le spalle:
Questi m'apparve, tornand'io in quella,
E reducemì a ca' ⁽⁴⁾ per questo calle.
19 Et elli a me: Se tu segui tua stella,
Non puoi fallir al glorioso porto,
Se ben m'accorsi ne la vita bella:
20 E s'io non fussi sì per tempo morto,
Vedendo 'l cielo a te così benigno,
Dato t'arei all'opera conforto.

⁽¹⁾ ardiva. — ⁽²⁾ al. ei. — ⁽³⁾ al. le volsi. — ⁽⁴⁾ casa.

O fili, dixit, qualis, idest quicumque ex isto grege, se arestat, idest firmat, vel desistat a cursu, iacet postmodum centum annis sine *rostarsi*, idest defensione, prius quam ignis illum fegiat, idest feriat: idest, quicumque horum se removet a motu, iacet postea centum annis sine motu et cum maiori pena; scilicet sodomite infelices, qui faciunt habitum in isto vitio, quamquam sciant se emendare. Ergo vadas ultra, ego veniam tibi apud pannos, et postea superveniam, idest attingam meam *masnadam*, idest aciem (est vocabulum pedemontanum, et etiam lombardicum, saltem papiense), que vadit plangendo sua eterna dampna.

Ego non audebam descendere de strata, idest via, ut irem equalis secum; sed caput inclinatum tenebam, sicut homo qui reverens vadit. Sic se excusat auctor, si non reddebat honorem debitum isti; nam erat convenientius quod Dante iret inclinatus, quia ille, scilicet Brunectus, fuerat notabilis homo.

Et ipse incepit: Qualis fortuna: ista est secunda pars huius capituli, in qua tractatur de statu auctoris et fortuna. Ipse incepit Qualis fortuna, vel destinatio, ante ultimum diem, huc te ducit? Et quis est iste, qui te ducit ad iter? idest qui tibi ostendit iter? De fortuna quid sit, dictum

fuit in alio capitulo, quod est influentia constellationis. Predestinatio est electio Dei, qua quis salvatur.

Respondet auctor, dicens: Superius, in vita serena, respondi ad eum, [deviavi] in una valle, antequam etas mea esset plena. Valle: idest in silva vitiorum: vita serena: vita temporalis respectu vite infernalis, que est tenebrosa, ut in primo capitulo continetur: plena: idest tempore adolescentie et iuventutis, prius quam haberem usum liberi arbitrii, scilicet ante quatuordecim annos; idest solum heri mane ad eam volvi *spatulas*, idest terga. Iste michi apparuit redeundo in illam, et reducit ad domum per istum callem. Volsi le spalle: volvi terga: scilicet illi silve; idest recessi a vitiis. Ecce quod stetit iam per diem in Inferno. Ad domum: idest ad beatitudinem: calle, per istam descriptionem et contemplationem.

Et ille michi, scilicet ser Brunectus: Si tu sequeris tuam stellam: idest constellationem, sub qua natus es, vel influentiam istius constellationis, non potes fallere gloriosum portum, idest quin pervenias, si bene comprehendidi in vita pulchra. Laudat Dantem de isto opere incepto, ut virtus laudata crescat. Si tu sequeris: quasi dicat: Licet tu habeas optimam constellationem, tu tamen habes

- ²¹ Chè quello ingrato popolo maligno,
Che discese di Fiesole ab antico,
E tien ancor del monte e del macigno,
²² Ti si farà, del tuo ben far, nimico:
Et a ragion; chè tra li lazzi sorbi
Si disconvien tractar ⁽¹⁾ el dolce fico.
²³ Vecchia fama nel mondo gli chiama orbi ⁽²⁾,
Gente avara, invidiosa e superba:
Da' lor costumi fa' che tu ti forbi.

⁽¹⁾ al. fructar. — ⁽²⁾ florentini ciechi.

liberum arbitrium, per quod tu posses aliter facere, si bene, in vita pulchra, idest temporali, in qua te novi, ego potui coniecturare. Iste fuit bonus astrologus. Dicit *si*; quia aliquando astrologi, non bene calculantes, dicunt multa mendacia, et raro verum. Et si ego non sic tempestive mortuus essem, videndo celum tibi sic benignum, dedissem tibi, ad operam, confortationem. Hoc dicit causa hortandi Dantem ad prosequendum et complendum opus.

Sed ille ingratus populus, qui descendit a Fiexulis ab antiquo, et tenet adhuc de monte et macigno, tibi fiet, propter tua bona opera, inimicus. Et est ratio, quod inter *lazzas*, idest amaras, sorbes, dedeceat fructificare dulcem ficum. Ingratus populus, quia non cognoscit virtutes Dantis.

Nota quod tempore, quo Cathelina fuit expulsus de Roma, fugit et venit Esolem, vel Fiexulas. Fiexule erat una civitas super unum montem, saltem altum collem, prope Florentiam, per unum milliare lombardicum cum dimidio; super quem collem ista civitas erat valde fortis, et in ea habitabant peximi homines, predones, exules et homicide. Ad hanc civitatem confugit dictus Cathelina. Romani, volentes vendicare seditionem quam fecerat in Roma Cathelina, venerunt ad civitatem Fiexularum; tandem steterunt ibi diu, et ultimate destructa fuit propter multa bella ibi commissa. Multi Romani erant mortui, et sic de Fiexulanis, et quasi immeriti vulnerati. Ibi, inter alios, fuerunt interfecti duo Romani, quorum unus vocabatur Florius et alter Entius, qui fuerunt sepulti ibi, ubi est modo Florentia. Aliqui dicunt, quod fuit solus unus, qui vocabatur Florentius; super cuius ossa edificata fuit civitas Florentie, et fuit sic vocata, quia fuit fundata super ossa illius Florentii. In quam civitatem venerunt ad habitandum tam cives Romani, quam etiam cives Fiexulani; et de Fiexulanis et de Romanis facta fuit Florentia.

Macigno: in lingua florentina sonat durum silicem, idest durissimum lapidem. Vult modo dicere ser Brunectus, quod pro parte Florentinus, descendens a Fiexulis, adhuc tenet de duritie illius montis, super quem erat Fiexule; idest de mala et iniqua vita et de peximis moribus. Talis populus fiet inimicus Danti, quia non convenit cum moribus Dantis, sicut nec sorbes conveniunt, propter suam amaritudinem, cum ficibus dulcibus. Vel dic, quod quamvis Florentia

- ²¹ Sed ille ingratus populus malignus,
Qui descendit a Fiexulis ab antiquo,
Et tenet adhuc de monte et de macigno,
²² Tibi fiet, propter tua bona opera, inimicus:
Et est ratio; quod inter lazzas sorbes
Dedecet fructificare dulcem ficum.
²³ Vetus fama in mundo eos vocat orbos,
Gentem avaram, invidiam et superbam:
Ab eorum moribus fac quod te abstergas.

pro maiori parte sit fundata, sive situata, in plano, tamen aliqua, et satis bene magna, pars, est super monte, sicut illa pars ultra Arnun versus Sanctum Georgium, et super montem sunt plures quam sexcentae domus. Modo cives Fiexulani, antequam destrueretur civitas, erant duri homines et mali, latrones, oppressores, sicut habetur in hystoria Sancti Romuli, qui ivit ad predicandum Fiexulanis. Ibi habetur, quod erant peximi homines, et hinc accepit Dantes diffamare cives Fiexulanos; et quia ficus est fructus bonus et suavis, sorbes sunt asperae et dure, et amare; ideo dixit de Dante *ficus*; idest Dantes, bonus, iustus et prudens, non bene stat cum sorbibus asperis et amaris, idest Fiexulanis. Vetus fama in mundo eos vocat orbos, idest cecos, (*forbi*, abstergas) gentem amaram, invidiam et superbam: ab eorum moribus fac ut te abstergas, idest retrahas, vel elonges.

Sed quare Florentini dicuntur ceci per antiquam famam? Dicit quod hec est causa. Nam in millesimo ducentesimo decimoseptimo, Pisani, qui tunc erant potentissimi in mari, sicut nunc Ianuenses, dominabantur multis insulis in mari Mediterraneo et in Archipelago, inter quas erat insula Metilini, que se rebelaverat Pisanis, et occupabatur per Saracenos, vel per Turcos. Quod audientes Pisani, fecerunt magnam armatam sexaginta galearum, cum multis navibus magnis, et iverunt ad recuperandum insulam Metilini. Dum autem essent in mari prope insulam Sicilie, ad quam appulerunt propter tempestatem maris, notificatum fuit eis, quod littorani, qui erant inimici Pisarum, cum exercitu magno venerant super territorium Pisarum et devastabant omnia. Existentes Pisani in portu Caglyeri, quo iverant propter tempestatem (qui portus est in Sardinea), fecerunt consilium: aliqui dicebant: Revertamur et defendamus bona nostra et comitatum nostrum: aliqui dicebant: Non; quia esset nimis magna verecundia dimictere hanc impensam, idest pugnam, quam cepimus. Aliqui sapientes dixerunt melius, scilicet salvando utramque partem; et subiunxerunt: Florentini sunt amici nostri: significemus Florentinis, ut defendant comitatum nostrum, et nos procedamus in nomine Domini ad iter iam ceptum. Hec tertia opinio visa omnibus fuit optima, et sic fecerunt. Scripserunt Florentinis, et abierunt. Florentini, receptis litteris et lectis, subito miserunt Potestatem Florentie cum magno exercitu versus Pisas, et defensaverunt Florentini comitatum Pi-

- ²⁴ La tua fortuna tanto ben ti serba,
Che l'una parte e l'altra ⁽¹⁾ haverà fame
Di te: ma fia lungo dal becco l'erba.
²⁵ Faccian le bestie fiesolane strame
Di lor medesme, e non tochin la pianta,
S'alcuna surge ancor nel lor letame,
²⁶ In cui ruina la semente sancta
Di quei Roman, che vi rimaser, quando
Fu facto el nido ⁽²⁾ di malitia tanta.

⁽¹⁾ guelfa e ghibellina. — ⁽²⁾ Firenze.

- ²⁴ Tua fortuna tantum honorem tibi servat,
Quod utraque pars habebit famem
De te: sed longe erit ab ore herba.
²⁵ Faciant bestie Fiexulane stramen
De semetipsis, et non tangant plantam,
Si adhuc surgit aliqua in ipsarum fimo,
²⁶ In qua revivat semen sanctum
Illorum Romanorum, qui ibi remanserunt, quando
Fuit factus nidus malitie tante.

sanum optime. Sed Potestas Florentie cum suo exercitu noluit intrare civitatem Pisarum, sicut preceptum fuerat sibi; sed fallentes et malefactores puniebat in campo. Potestas Pisarum habebat pro malo, quod Potestas Florentie faceret iustitiam in territorio, et misit sibi dicendo, quod nullo modo in territorio pisano exerceret actus iustitie. Respondit Potestas: Sic fiat. Sed caute ordinavit, quod unus civis Florentie prope Pisas per tria milliaria emeret unum campum (quod factum est); et in illo campo fecit fieri furcas, et ibi faciebat suspendi suspendendos, et decapitabat et faciebat omnem actum iustitie; quod Pisani substinuerunt, et sic omnia bene iverunt. Armata maris Pisatorum applicuit Metilinum et habuit optimam victoriam, et expulsi et fugatis Turcis, reacquisiverunt Metilinum, et pro preda acceperunt inde duo notabilia, scilicet duas portas de metallo pulcherrimas, et duas columpnas marmoreas lucidissimas, et portantes per mare, feliciter reversi sunt Pisas; et invento atque reperto, quod Florentini optime se habuerant pro defensione comitatus Pisani, ipsi Pisani, volentes gratos se reddere Florentinis, scripserunt de Pisis regressum eorum prosperum, regratiando eis de defensione, quam fecerant. Et submiserunt: Duo insignia portavimus, scilicet duas pulcherrimas columpnas, marmoreas, lucidissimas, et duas portas eneas magni valoris: volumus quod sitis participes victoriae nostre: eligatis vel columpnas, vel portas; et sicut eligeritis, ita habebitis. Inito consilio in Palatio florentino, ipsi Florentini eligerunt columpnas; quod displicuit plurimum Pisanis; et ut Florentini [non] multum letarentur de eorum electione, Pisani fecerunt unum copiosum ignem circa columpnas illas, propter quem ignem, columpne, quasi exuste, sive semicombuste, perdiderunt illam claritatem et luciditatem, et cooperuerunt illas columpnas de scarleto rubeo. Florentini videntes columpnas sic vestitas de scarleto, non plus perquisiverunt, sed portaverunt eas Florentiam et collocaverunt eas ante ianuam ecclesie Sancti Ioannis Baptiste, ubi adhuc hac die sunt. Post aliquot dies, amoto panno scarletino, apparuerunt columpne magne, non lucide nec clare; et sic Florentini reputaverunt se deceptos a Pisanis, dicentes: Bene fuimus ceci, non videntes primo columpnas istas, antequam portarem eas huc Florentiam: omnes sumus ceci; Florentini sunt ceci. Et sic inolevit et crevit hoc proverbium: Florentini ceci. Vere, vere, Florentini odierna die possunt dici videntes, et Pisani ceci, quia

Florentini subiugaverunt Pisanos; quod est unum mirum in Ytalia. Modo ser Brunectus, memor hystorie de columpnis, dicit de Florentinis: Vetus fama in mundo vocat eos, scilicet Florentinos, orbos, idest cecos; Pisani per antiquum dicti vulpes deceptivae, quia deceperunt sic Florentinos. Florentini nunc dicuntur lupi, ut patebit in Purgatorio, capitulo quartodecimo.

Iam ser Brunectus confortat eum, ne contremiscat, esto quod populus Florentie fiat sibi inimicus; et dicit: Fortuna tua tantum tibi honorem servat, quod utraque pars, scilicet alba et nigra, de quibus dictum est satis in capitulo sexto, de te habebit famem, idest desiderium; sed caveas tibi, de te; idest, ut possint te secum habere. Sed longe erit ab ore herba: idest virtus tua non misceatur cum aliqua parte: esto quod quilibet pars desideret habere te secum, nullatenus assentias.

Faciant bestie Fiexulane stramen (appellat Fiexulanos bestias propter vitia) de semetipsis. Stramen uno modo dicitur palea, vel fenum, quibus nutriuntur equi; sed hic accipitur stramen pro stratio, idest peximo tractamine. Quando aliquis male tractatur in Ytalia, dicitur quod de illo fit stratum. Et non tangant plantam, si adhuc aliqua surgit in ipsarum fimo, idest letamine. Quasi dicat ser Brunectus: Fiexulani, qui sunt peximi homines, et descendentes ab ipsis, faciant stratum de semetipsis Fiexulanis, non de Romanis; nam dictum est, quod partim de Romanis, partim de Fiexulanis, facta fuit Florentia; ideo si est aliquis, qui descenderit a Romanis, de bono sanguine Romanorum, supple, sicut tu es Dantes, non tangatur ab ipsis Fiexulanis. *Letame*: fimo: idest in civitate illa. In qua planta ruit semen sanctum illorum Romanorum, qui ibi remanserunt, quando factus fuit nidus, idest Florentia, tante malitie. Vel aliter et melius: *In cui*, idest in quo revivat, idest repulet et reviviscat semen sanctum, idest tu Dantes, qui descendisti de sanguine bono Romanorum, et non de fiexulano; quia tu Dantes descendisti de Frangipanibus; que domus de Frangipanibus fuit de principalioribus ad fundandum Florentiam; et sic hic, licet cooperto modo, tangitur origo Dantis.

- 27 Se fusse tutto pieno el mio dimando,
Risposi lui, voi non sareste ancora
Dell'humana natura posto in bando;
28 Chè in la mente m'è ficta, et hor m'accora,
La buona e cara ymagine paterna
Di voi, quando nel mondo ad hor ad hora
29 M'insegnavate come l'huom s'eterna:
E quant'io l'ebbi (¹) a grato, mentr'io vivo
Convien che ne la mia lingua si scerna.
30 Ciò che narrate di mio corso scrivo,
E serbolo a chiosar con altro testo
A donna (²) che saprà (³), s'altei (⁴) arrivo.
31 Ma tanto vo' che vi sia manifesto,
Purchè mia coscienza non mi garra (⁵),
Ch'a la fortuna, come vuol, son presto.
32 Non è nuov'agl'orechi miei tal arra:
Però giri Fortuna la sua rota,
Come le piace, e 'l villan la sua marra.
33 Lo mio maestro allhora in su la gota
Dextra si volse indietro, e riguardommi;
Poi disse: Ben ascolta chi la nota.
- 27 *Si esset tota plena mea petitio,*
Respondi ad eum, vos non essetis adhuc
Ab humana natura positus in bandimentum;
28 *Quia menti mee fixa est, et nunc me cruciat,*
Cara bona ymago paterna
Vestra, quando in mundo aliquando
29 *Me docebatis qualiter homo eternatur:*
Et quantum illud habeam gratum, dum vivo
Convenit quod in mea lingua discernatur.
30 *Quidquid narratis de meo cursu scribo,*
Et reservo illud ad glossandum cum alio textu
A domina, que sciet, si ad ipsam pervenio.
31 *Tantum volo quod vobis sit manifestum,*
Dummodo mea conscientia non me garriat,
Quod ad fortunam, sicut ipsa vult, sum promptus.
32 *Non est nova auribus meis talis arra:*
Igitur volvat Fortuna suam rotam,
Sicut ei placet, et rusticus suam marram.
33 *Meus magister tunc super genam*
Dextram se volvit retro, et respexit me;
Postea dixit: Bene auscultat qui illam notat.

(¹) al. l'abbi. — (²) Beatrice. — (³) chiosar. — (⁴) se a lei — (⁵) remormori.

Se fosse piena. Si esset plena tota mea petitio: hec est tertia pars huius capituli, in qua ponitur responsio Dantis, facta illi ser Brunecto. *Si esset plena tota mea petitio:* idest si omnia, que peterem, michi concederentur, respondi ad ipsum, vos non essetis adhuc ab humana natura positus in bandimentum, sive in exilium, idest non essetis adhuc mortuus; quia si ipse ser Brunectus supervixisset, dedisset adiutorium auctori ad faciendum hoc opus. Quia menti mee affixa est, et nunc me *accora*, idest cruciat in corde, cara bona ymago paterna vestra, quando in mundo aliquando me docebatis. Hic ponitur causa, quare Dantes nolle ser Brunectum esse adhuc mortuum. Quia quando eram iuvenis homo, docebatis me, qualiter homo eternatur. Eternatur autem homo dupliciter: scilicet in fama et in virtutibus; acquirendo supernam vitam eternam. Et quantum illum habeam gratum (ostendit quomodo est gratus) dum vivo, vel quousque vixero, *convien*, idest oportet, quod in mea lingua discernatur, idest exprimat: nam quandocumque iste liber Dantis dicet aliquid de isto ser Brunecto.

Modo Dantes respondet ad aliam partem, scilicet de fortuna sua, et dicit: Quidquid narratis de meo cursu, scribo, et reservo illud ad glossandum cum alio textu, idest textu Paradisi tertii libri huius Comedie.

Ad dominam: idest ad Beatricem, que sciet, scilicet, mi-

chi declarare omnia, si ad ipsam pervenio, idest si pervenero ad faciendum tertium librum, scilicet Paradisum.

Modo ostendit suam patientiam per actum, dicens: Tantum volo quod vobis sit manifestum, dummodo mea conscientia non me *garriat*, idest remordeat, vel reprehendat, contendat, quod ad fortunam, sicut ipsa vult, sum promptus, idest paratus. Quasi dicat: Contra meam conscientiam non concederem; sed in rebus suis temporalibus faciat quidquid vult.

Non est nova auribus meis talis arra, idest pronuntiatio: igitur volvat Fortuna suam rotam, sicut ei placet, et rusticus suam *marram*, idest *zappam*.

Marra, sive *zappa*, est instrumentum, quo rustici zapant terram. Vult dicere: Vadat mundus sicut vult, faciat Fortuna quidquid sibi placet; ego sum paratus patienter substinere omnes adversitates.

Modo ostendit, quomodo Virgilius ratificaverit dicta Dantis, dicens: Meus magister tunc super genam dextram se volvit retro, et respexit me: postea, idest deinde, dixit: Bene auscultat, qui illam notat. Idest: Ista est magna laus et commendatio, quam das tibi; et bene facies sic facere. Quasi dicat: Non dixisti hoc secundo.

- 34 Nè per tanto di men parlando vommi
Con ser Brunetto, e dimando chi sono
Li suoi compagni più noti e più sommi.
35 Et elli a me: Saper d'alcuni è buono:
Degl'altri fia laudabile tacerci,
Che 'l tempo saria corto: tanti sono.
36 In summa sappi, che tutti fur cherchi,
E litterati grandi, e di gran fama,
D'un peccato medesimo al mondo lerci.
37 Priscian va con quella turba grama,
E Francesco d'Accorso, ancor, vedervi,
Se havessi havuto di tal tigna brama,
38 Colui potei che dal Servo de'Servi
Fu transmutato d'Arno in Bachilone,
Dove trovò li mal protesì nervi.
- 34 *Nihilominus loquendo vado*
Cum ser Brunecto, et interrogo qui sunt
Sui sotii magis noti et magis summi.
35 *Et ipse ad me: Scire de aliquibus est bonum:*
De aliis erit laudabile nos tacere,
Quia tempus esset breve ad tantum sonum.
36 *In summa scias, quod omnes fuerunt clerici,*
Et litterati magni et magne fame,
De uno eodem peccato in mundo deturpati.
37 *Priscianus vadit cum illa turba mesta,*
Et Franciscus Accursius etiam, et videre ibi,
Si habuisses de tali re voluntatem,
38 *Illum poteris qui a Servo Servorum*
Fuit translatus de Arno in Bachilionem,
Ubi dimisit male protensos nervos.

Nè pertanto. Nihilominus loquendo vado: ista est quarta pars huius capituli, in qua Dantes interrogat de turba illa, de qua ipse ser Brunectus exiverat ad loquendum sibi Danti cum ser Brunecto. Et interrogo, qui sunt sui sotii magis noti et magis summi, idest notabiles. Et ipse ad me: Scire de aliquibus est bonum; de aliis est laudabile nos tacere, quia tempus esset breve ad tantum sonum. Vult dicere, quod hoc vitium est tam turpe, quod quis debet sibi cavere ne faciat longam mentionem de ipso. In summa, scias quod omnes fuerunt clerici et litterati magni (tanto peius, tanto magis reprehendendi, ymo affligendi) et magne fame, de uno et eodem peccato in mundo lerci, poluti, deturpati peccato, scilicet contra naturam.

Loquitur hic auctor de illis, qui erant in illa acie, de qua erat ser Brunectus, qui minus peccaverat. Quid igitur dicendum est de aliis, qui plus peccaverant?

Modo pandit in speciali aliquos, dicens: Priscianus vadit cum illa turba mesta, idest afflicta. Et iste Priscianus fuit monachus, et apostatavit ab Ordine suo, sperans maiorem gloriam consequi. Ut haberet maiorem famam, fecit multos libros in grammatica; scivit leges; fuit magnus orator; scivit bene libros poetarum, et composuit unum librum, qui intitulatur Perigesis, in quo metricè describit totum universum. Et etiam Franciscus Accursi. Adhuc videre ibi, si habuisses voluntatem de tali re, illum poteris, qui a Servo Servorum fuit translatus de Arno in Bachilionem, ubi dimisit male protensos nervos. Iste textus est valde fortis et difficilis. Sed ad ipsum intelligendum nota, quod ille Franciscus Accursi fuit civis Florentinus; stetit diu Bononie, legens in scholis leges et iura; valde valens fuit; glossavit leges; fecit additiones; ultra glossas, fecit multa opera.

Demum ille textus, qui incipit ibi: *Et videre ibi*, loquitur de uno alio cive florentino, qui vocatus fuit dominus Andreas de Moggis, de bona domo nobili et divite civitatis Florentine; fuit episcopus Florentie, per cuius medium currit ille fluvius, qui vocatur Arnus. Demum de episcopatu Florentino, fuit a Servo Servorum, idest a papa, translatus ad

episcopatum vicentinum, idest civitatis Vicentie, per cuius medium fluit unus fluvius, qui vocatur Bachilionus; et, ut dictum est, poete delectantur notificare res civitatum a nominibus fluviorum, si sunt ibi. Modo volens dicere textus, quod dominus Andreas Accursi, qui erat primo episcopus Florentie, fuit translatus de episcopatu Florentie in episcopatum Vicentie, dicit quod fuit translatus de Arno, fluvio quod fluit per medium Florentie, in Bachilionem, qui est fluvius fluens per medium Vicentie, ubi dimisit male protensos nervos. Ipse patiebatur podagras, guttas; ideo habebat male protensos nervos, quia nervi patientium podagras, retrahuntur, etc. et forsitan propter vitium sodomie nervi male protenduntur. Mortuus est Vicentie.

Iste dominus Andreas Accursi, translatus de episcopatu Arni, idest Florentie, in episcopatum Bachiloni, idest Vicentie, erat unus simplex homo. Sepe predicabat in lingua materna et reprehendebat populum, dicens: Nolo portare penam pro vobis ad Deum, idest apud Deum. Aliquando tamen predicabat aliquas bestialitates propter simplicitatem suam, et dicebat: Scitis quomodo est facta Providentia divina? Dicam vobis recte: est sicut mus, qui stat in foramine, qui videt alia et non videtur; sic divina Providentia videt omnes creaturas, et a nemine videtur. De gratia Dei dicebat: Sicut stercus capre, stantis in alto loco stercorizantis; quoniam una pars transit hac, alia illac, alia vadit huc, alia illuc. De potentia dicebat, quod erat ad similitudinem multiplicationis raparum, dicens: Semen est tam parvum et minutum, et demum producit rapam tam grossam. Semel una sua cognata, domina Tessa, uxor domini Nicolai de Moggis, volebat ire Romam pro indulgentia; et antequam recederet de Florentia, confessa fuit suo cognato, scilicet domino Andree, episcopo Florentie: que dixerat sibi in confessione culpam suam, ex eo quod peccaverat imprecando homines et vane respiciendo, et quod fuerat vana in ornando se, etc. Die dominico sequenti proximo, episcopus, quia erat tempus Iubilei, predicando hortabatur populum ad eundum Romam pro indulgentia; et subdidit:

- 39 Di più direi; ma l'(¹) venire e l' sermone
 Più lung'h'esser non può, però ch' i' veggio
 Là surger nuovo fumo nel sabbione.
- 40 Gente vien co' la qual esser non deggio:
 Sieti raccomandato el mio Thesoro
 Nel qual io vivo ancor; e più non chieggio.
- 41 Poi si rivolse, e parve di coloro
 Che correnno a Verona al drappo verde
 Per la campagna; e parve di costoro
 Quelli che vince, e non quelli che perde.
- 39 *De pluribus dicerem; sed adventus et sermo
 Longior esse non potest, quia ego video
 Iam surgere novum fumum de saburra.*
- 40 *Gens venit cum qua esse non debeo:
 Sit tibi recommissus meus Thesaurus
 In quo ego vivo adhuc; et plus non quero.*
- 41 *Postea se vertit, et visus est de illis
 Qui currunt Verone drappum viride
 Per campaniam; et visus est de istis
 Ille qui vincit, non ille qui perdit.*

(¹) ma el.

Vadatis, quia cognata mea, domina Tessa, vadit, et heri fuit michi confessa et dixit pauca peccata; quasi non dixit aliud notabile, nisi quod fuit vaga, etc. Revelavit totam confessionem. Unde Florentini ex hoc alterati et conturbati. fecerunt ipsum a domino papa Nicolao de Ursis transferri ad Vicentiam.

De pluribus dicerem; sed adventus et sermo longior esse non potest, quia ego video iam surgere novum fumum. Quia veniebat una alia acies animarum, de quarum numero ipse non erat. Ideo dicit: Gens venit, cum qua esse non debeo: sit tibi recommissus Thesaurus meus. Quia iste Ser Brunectus composuit unum librum in lingua gallica, in quo descripsit quasi totum universum, distinguendo provincias, et dominia, et dioceses et episcopatus; quem librum Dantes studuerat. Idest: Da nomen et famam libro meo, in quo

vivo adhuc, idest propter famam libri; et plura non quero, idest a te. Quasi dicens: Aliud non potes pro me facere; quia orare pro me esset vanum, quia nil michi prodesset.

Postea se vertit, et visus est de illis qui currunt Verone drappum, idest pannum, viridem, per campaniam: et visus est de istis ille qui vincit, non ille qui perdit. Nota quod Verone, dominica prima quadragesime, curritur unum pailum, idest petia panni, decem ulnarum, sive cannarum, qui pannus est coloris viridis: et multi homines pedestres tunc currunt; sed primus qui appulit, vincit et habet pannum, quia melius et velocius cucurrit. Modo iste ser Brunectus cucurrit ita velociter, sicut currunt illi, qui volunt vincere pannum; et iste ser Brunectus visus est, currendo, esse unus, de numero currentium, vincentium, et non perdentium.

Chi toglieva a cantare i tre regni dell'altra vita, dove avranno pieno trionfo la giustizia e la misericordia divina; la giustizia, fondamento di ogni virtù, a cui renderanno quivi omaggio i medesimi che ne saranno inesorabilmente colpiti, ammirando com'essa sia, direm così, il costitutivo della divina essenza, e insieme la ragione, per cui pari ad essa è infinita la misericordia; non poteva, percorrendo l'Inferno e il Purgatorio, avere deferenze per chi che si fosse: e più specialmente, toccando di certi vizi, che sono l'abbominazione dell'umana natura e l'annientamento dell'immagine che Dio imprime di sé nell'uomo, creandolo; immagine, che, offesa dalla prima colpa, veniva in noi reintegrata da Gesù Cristo.

Dante in sua giovinezza aveva avuto a maestro ser Brunetto Latini, di cui serbò sempre grato ed affettuoso ricordo, per aver dagli ammaestramenti di lui imparato come l'uomo si eterna. E però incontratolo nelle bolgie infernali, e a stento riconosciuto, se ne intenerisce, e non può non mostrargli che l'antica riconoscenza non s'era tuttavia spenta nel suo cuore. Generosità nobilissima, massime chi consideri che egli compiva quel suo viaggio nelle regioni eterne, per rigenerarsi spiritualmente e condizionarsi all'acquisto e al possesso del cielo.

Ma questa stessa sua integrità, così di cuore come di mente, fu quella, per cui, alla memoria delle nefande turpitudini nelle quali l'antico suo maestro erasi avvolto, lo pose nel settimo cerchio infernale, dove i violenti contro natura sono spaventosamente da Dio puniti. Chè non è bontà vera di cuore quella che, in opposizione alla luce del vero e al grido della coscienza e della legge, sorride al vizio, quasi a diminuirne la bruttezza; e il fine delle lettere, come della scienza, vuol essere, non già di sfrenar l'uomo in una assoluta indipendenza da ogni principio morale, sì di natura come rivelato; ma è invece di mostrargli il rigoroso debito che ha di sottostarvi amorosamente, per essere quel che deve, cioè degno rappresentante del suo Creatore. A questo capitale intendimento mira il Poeta in tutte e tre le sue Cantiche; e però non è colpa che egli non flagelli, nè umano rispetto che lo faccia piegare vilmente alla lode, o alla tolleranza del vizio; come non è virtù, sia delle più alte, sia delle

più umili, che non lo rapisca e commova, e ch'egli non ritragga nella sua integrità con colori di Paradiso.

E qui notava benissimo un moderno commentatore, che, mentre avrebbe potuto egli condannar Brunetto quale falsario nell'ufficio di notaio (se veramente commise quel delitto), invece scelse di punire in lui un vizio assai più esecrando; vizio, che « distrugge ogni sentimento di nobili affetti, rompendo ogni barriera all'inviole natura. Perciò, l'uomo allora per capitale nefando vizio perdendo il tipo intellettuale, sforma se stesso talmente da non farsi più per tale ravvisare... Si è perciò che a stento sa riconoscere il suo maestro a cagion del cotto aspetto... Ci basti dire d'essere (quel vizio) un gravissimo delitto, condannato da ogni divina ed umana legge. Abominazione è detto nel Levitico, e il fuoco distruttore della Pentapoli ben ne segnò la gravità. Onde gridava l'Apostolo: — Neque molles, neque masculorum concubitores regnum Dei possidebunt — (ad Corint. VI, 10). E San Pier Damiani soggiungeva (in Libel. Gomor.): — Hoc vitium Infernum aperit, Paradisum claudit, coelestis Hierusalem civem tartarice Babilonis facit haeredem. De stella coeli stipulam exhibet ignis aeterni; abscedit membrum Ecclesiae, et in ipsum verax proicit gehennae estuantis incendium. »

E niuno più di Dante, nutrito com'era di profondi studi biblici e patristici, sentiva vivamente della verità, della giustizia, dell'onestà, in somma di ogni virtù. Ond'è che la sua Cantica (avverte il nostro Serravalle) si porge tale un solenne ammaestramento a chi vi studii con affetto di cristiana perfezione, da dover far meraviglia che vi sia chi, avendolo familiare, non migliori la propria vita. E a questo principalmente mirarono sempre, come il Poeta, i veri e sapienti suoi commentatori.

Questa sua viva, integra e profonda coscienza della moralità, fu, certo, quella che, unita alla potenza dell'ingegno e all'altezza della dottrina di ogni maniera che possedeva, lo fece il Poeta per eccellenza della moralità, flagellatore de' vizii, e inarrivabile cantore delle più pure e trascendenti bellezze della virtù, e delle meraviglie, così della natura, come della vita oltramontana, la piena intuizione delle quali ci aspetta in cielo.



CAPITULI SEXTIDECIMI SUMMARIUM

In sextodecimo capitulo, quod incipit: *Iam eram in loco, ubi audiebatur*, auctor prosequitur materiam detestande sodomie. Sed hoc capitulum differt a precedenti in hoc, quod illi spiritus de quibus est dictum in ipso precedenti capitulo, fuerunt spiritus clericorum; isti sunt spiritus illustrium virorum non clericorum: preterea illi spiritus ibant quasi cum auctore et Virgilio; sed isti veniunt e converso versus faciem ipsius auctoris, inter quos recognovit tres, scilicet spiritum Guidonis guerra, nepotis bone Guldrate; alter erat spiritus Thygnay Aldobrandi; alter erat spiritus Iacobi Rustientii. Isti tres spiritus interrogaverunt auctorem, si in civitate Florentie erat modo civilitas et curialitas sicut quondam solebat. Cui respondens dixit, quod non; et causa erat quia civitas Florentie erat repleta novis civibus, superbis et elatis et divitibus divitiis subito acquisitis. Demum isti rogaverunt auctorem, ut ipse daret eis famam. Et iam dicit auctor, quod appropinquaverat, vadens cum suo magistro, ad unum locum, ubi audiebat unum sonum confusum unius aque descendens, de qua fuit dictum in capitulo decimoquarto. Et Virgilius precepit auctori, ut porrigeret ei unum cingulum, quo auctor erat cinctus; quod et fecit: quod cin-

gulum Virgilius involvit et proiecit in illam aquam, que nondum videbatur. Et auctor, videns id quod fecerat Virgilius, cogitabat intra se et dicebat: Aliquid novi eveniet. Quod et factum est. Cum illo cingulo, veluti cum uno hamo, Virgilius cepit unum animal tam terribile, quod vix describi posset; et erat res tam admirabilis, quod nulli narranti formam illius animalis quisque daret fidem. Et ideo auctor vix audet descriptionem talis dicere; et ponit unum notabile dictum ipse auctor, scilicet, quod a vero incredibili quilibet sapiens debet cavere a dicendo illud, quoniam sine culpa verecundiam adducit: quia in se verum est, sed propter admirationem nemo quasi credit illud, et ideo sapiens debet abstinere et non narrare illud. Dicit in fine capituli auctor, quod per illum aierem grossum vidit venire unam figuram, mirabilem unicuique cordi securo, et venit super aquam, sicut revertitur de fundo aque ille qui descendit illuc ad solvendum anchoram, si detinetur ibidem. Istud animal figurat Fraudem, ut patebit in sequenti capitulo. Per cingulum, quo erat cinctus auctor, quod tradidit Virgilio petenti ipsum, intelligitur aliqua species fraudis, qua forte aliquando usus fuerat Dantes in iuventute.



CAPITULUM SEXTUMDECIMUM

- ¹ Già era in loco ove s'udia'l rimbombo
Dell'acqua che cadea nell'altro giro,
Simil a quel che l'arnie fanno rombo;
² Quando tre ombre insieme si partiro,
Correndo, d'una turba (¹) che passava
Sotto la pioggia dell'aspro martiro.

(¹) al. torma.

Iam eram in loco. Già era in loco, dore: istud est decimumsextum capitulum Inferni, in quo auctor prosequitur materiam istius vitii detestabilis, ponendo tres spiritus illustres in multis virtutibus, qui fuerunt involuti in hoc vitio; et dividitur in quatuor partes. In quarum prima facit mentionem de dictis tribus spiritibus. In secunda, que incipit ibi:

E se miseria d'esto luoco sollo;
Et si miseria istius loci solli,

idest mobilis, introducit unus illorum spirituum ad loquendum et manifestandum se ipsos.

In tertia, que incipit ibi:

Se longamente l'anima conduca;
Si longo tempore anima conducat,

auctor loquitur cum predicto de mutatione morum civitatis Florentie.

In quarta, que incipit ibi:

E io lo signiva, e poco;
Ego sequebar illum et modicum iveramus,

incipit tractare de nova materia auctor, volens ostendere, quod multum ambulaverat loquendo cum Ser Brunecto, et iam appropinquaverat ad alium circulum, ubi audivit unum magnum sonum aque; et dicit ambulando: *Iam eram in loco, ubi audiebatur sonus aque, que cadebat in alium girum, idest circulum, similis illi, quem arnie faciunt confusum.*

- ¹ *Iam eram in loco ubi audiebatur sonus
Aque que cadebat in alium girum,
Similis illi quem arnie faciunt confusum;*
² *Dum tres umbre simul recesserunt,
Currando, de una turba que transibat
Sub pluvia asperi martyrii.*

Nota hic quod arnie dicuntur fabrice, idest cellule, apum, in quibus apes recondunt mel. Alicubi, in Ytalia, arnie, fiaure, alicubi fabrice, dicuntur. Nam apes de cera faciunt cellulas, in quibus recondunt mel, et ipsemet apes habitant in illis foraminibus. Tunc totum illud frustum cum tot foraminibus vocatur fabrica, vel fiaure, vel arnie. Quando apes in magna multitudine stant sic in arniis, faciunt unum sonum confusum, cui auctor assimilat sonum, quem audiunt hic. *Rifm]ombo:* idest sonus resonans, vel sonus magnus. *Rofm]bo,* idest confusum. Vult dicere auctor, quod iam tantum iverant per istum aggerem istius canal, quod iam approximabant alio circulo sequenti, scilicet fraudulentorum, qui est secundus circulus civitatis. Ista aqua, in extremo, currens per arenam, cadit in unum fossum profundum, quod claudit intra se alium circulum; et tunc apparuit eis alius grex.

Quando tres umbre simul recesserunt, currando, de una turba, idest acie, sub pluvia asperi martyrii, sub pluvia flammarum descendit asperi martyrii (duo sunt pluvie flammarum; una cadit super luxuriosos sodomitas; alia super gulosos: prima est asperi martyrii), veniebant, scilicet tres anime, versus nos, et quelibet clamabat: *Sostate, idest siste te, tu qui in habitu nobis appares esse aliquis de terra nostra prava:* idest de Florentia, que habet cives pravos.

- ³ Venian ver noi; e ciascuna gridava:
Sostati (¹) tu, ch'all'abito ne sembri
Esser alcun di nostra terra prava.
⁴ Haymè, che piaghe vidi ne'lor membri
Recenti e vecchie da le fiamme incese!
Ch'ancor men duol, purch'io me ne
⁵ A le lor grida il mio doctor s'attese,
Volse'l viso ver me, e disse: Aspetta,
Chè a costor si vuol esser cortese:
⁶ E se non fusse el fuoco che saecta
La natura del loco, io dicerei,
Che meglo stesse a te, ch'a lor, la frecta.
⁷ Ricominciar, come noi ristemmo, ei
L'antico verso; e com'a noi fur giuncti,
Fenno una rota di sè tutt'e trei.
⁸ Qual soglono e campion far nudi et uncti,
Avvisando lor presa e lor vantaggio,
Prima che sien tra lor battuti e puncti;
⁹ E sì, rotando, ciascuno el visaggio
Drizzav'a me, sì che tra loro e'l collo
Facean a piè continuo viaggio.

(¹) fermati, o. — (²) ricordi.

Volens ostendere auctor asperitatem peneistarum animarum, dolenter dicit: *Ahimè*, heu michi, quas plagas vidi in eorum membris recentes et antiquas, a flammis incensas: adhuc doleo solum quod de illis recorder; idest, recordando; idest sine dolore non possum referre plagas, idest cicatrices, que remanent de flammis; sicut quando fiunt vulnera in carne humana, curatis vulneribus, remanent cicatrices, idest signa vulnerum, scilicet arnie. De talibus peior est quasi verecundia quam dolor: dolebat dupliciter; primo, quia erant sui concives; secundo, quia isti fuerunt homines probissimi magnarum virtutum, in hoc tamen vitio involuti; ideo magis compatiabatur eis. Modo Virgilius, idest ratio, vult quod, licet isti fuerint vitiosi, audiantur tamen propter probitatem, tum propter discere penas eorum, ut homines addiscant cavere a tali vitio. Ideo dicitur: *Ad eorum clamores meus doctor se attendit*, idest firmavit, voluit, visum versus me, et: *Nunc expecta*, dixit, istis oportet esse curialis. Idest: Debes uti cum eis curialitate, quia ipsi fuerunt curiales.

Et si non esset ignis, quem sagiptat natura loci, ego dicerem, quod convenientior esset tibi quam eis festinantia; idest, quod tu ires ad eos prius quam ipsi venirent ad te: moraliter, idest, nisi ires ad pericula cocture. Quasi dicat: Valde esset conveniens honorare illos propter suam probitatem, nisi hoc vitium detestabile fuisset in eis et viginisset.

- ³ *Veniebant versus nos; et quelibet clamabat:
Siste te, tu qui in habitu nobis appares
Esse aliquis de nostra terra prava.*
⁴ *Hei michi, quas plagas vidi in earum membris
Recentes et antiquas a flammis incensas!
Adhuc me dolet, solum quod de illis recorder.*
⁵ *Ad eorum clamores meus doctor se attendit,
Voluit visum versus me, et: Nunc expecta,
Dixit, istis oportet esse curialis:*
⁶ *Et si non esset ignis quem sagiptat
Natura loci, ego dicerem,
Quod convenientior esset tibi, quam eis, festinantia.*
⁷ *Reinceperunt, sicut nos resistimus, ipsi
Antiquum versum; et quando ad nos fuerunt
Fecerunt unam rotam omnes tres.* ^{[appulsi,}
⁸ *Qualem solebant facere campioni nudi et uncti,
Considerando eorum partem et eorum prerogativam,
Prius quam sint inter eos reverberati et puncti;*
⁹ *Sic, rotando, quelibet visum
Dirigebat ad me, ita quod in contrarium collum
Faciebat pedibus continuum viagium.*

Reinceperunt, sicut nos restetimus, idest, tacimus, ei, antiquum versum, et quando [ad] nos fuerunt *giunti*, idest appulsi, fecerunt unam rotam de se omnes tres. *Ei*, idest heu michi, idest quid feci, scilicet graviter peccavi in tali vitio; doleo sic fecisse; sed penitere hic nihil valet, idest prodest. Ista erat eorum cantilena.

Nota quod auctor introducit ad loquendum unam rotam, unum tripudium, et circulum, penes aggerem. Quare fingit hoc? Dantes dicit, quod isti volebant loqui auctori ardenti voluntate, et non bene poterant loqui, quia non poterant restare firmi propter flammam, que nimium molestassent eos, nec poterant ire cum auctore lento passu, sed oportebat eos currere. Ideo auctor fingit tripudium, idest rotam, ubi tripudiantes, sive rotantes, semper voluntur *presto*. Iste est sensus litteralis, sed moraliter fecerunt rotam, que significat generaliter hoc vitium nepharium, in quo isti fuere polluti. Rota volvitur circulariter. In circulo non datur principium, nec finis. Ita in isto vitio non est dare principium, quia non habet inclinationem, neque principium, in natura, sive a natura. Alii luxuriosi habent aliquam excusationem propter inclinationem naturalem; sed sodomite non, nisi perversitatem nature et absum. Ideo dicit Beatus Hieronimus de talibus: In die iudicii erunt muti. Alii luxuriosi dampnati, ex quorum luxuria progeniti sunt filii, poterunt in die iudicii dicere Iesu Christo, summo iudici: Tu concessisti, ymo quasi precepisti, dicens: Crescite et multiplicamini; ecce hoc fecimus: en quot filii nati sunt ex luxuria nostra. Sed sodomite

- ¹⁰ E se miseria desto loco sollo
Rende in dispecto noi e nostri preghi,
Cominciò l'uno, e l'tristo aspecto e brollo;
¹¹ La nostra fama el tuo animo pieghi
A dirne chi tu se', che vivi piedi
Così sicuro per l'Inferno fregghi.
¹² Questi, l'orma di cui pestar me ⁽¹⁾ vedi,
Tutto che nudo e dipelato vada,
Fu di grado maggior che tu non credi.
¹³ Nipote fu de la buona Gualdrada:
Guidoguerra ebbe nome, et in sua vita
Fecce col senno assai e con la spada.
¹⁴ L'altro che presso a me la rena trita,
È Teghiaio Aldobrandi, la cui voce
Nel mondo su dovria ⁽²⁾ esser gradita.
¹⁵ Et io, che posto so' con loro in croce ⁽³⁾,
Iacopo Rusticucci fui; e certo
La fiera moghe più ch'altro mi noce.

⁽¹⁾ al. ne. — ⁽²⁾ al. dovrebbe — ⁽³⁾ pena.

erunt muti, quia nullam excusationem habere poterunt, quia ipsi oppositum fecerunt, et ex eorum luxuria nihil genitum est. Nec in hoc vitio habetur finis, quia finis luxurie debet esse multiplicatio filiorum, ut salvetur species; cuius oppositum committitur in hoc putrido vitio: et quia in hoc vitio non potest dari principium laudabile certe, nec finis, ideo auctor eos in circum ire per comparisonem describit. Auctor circulationem istorum describit, dicens: Qualem, scilicet rotam, solebant facere campiones, idest in campo certantes, nudi et uncti, considerando eorum partem et illorum *vantagium*, idest prerogativam, priusquam sint inter seipos *batuli*, idest verberati et puncti, idest antequam incipiant pugnare.

Nota quod antiquo tempore, in Grecia prope Olimpum, fiebant varii ludi et multi veniebant ad pugnandum et ad videndum, et inter alios ludos fiebat lucta brachiorum sic. Homines spoliabant se nudi, et oleo uncti amplexabantur se mutuo, ludentes et contententes se, unus alium, ad terram prosternere. Ungebant se, ut membra essent lubriciora ad manus sotii capientis. Modo dicit auctor, quod similiter faciebant iste anime; et sic sevolvendo, quelibetolvebat faciem ad auctorem, ut secum loqueretur, et quod ipse eos intelligeret; et sepe facies eorum volventium erat contraria pedibus eorumdem. Ideo dicit textus: Sic rotando, quelibet visum dirigebat ad me, ita quod in contrarium faciebat pedibus continuum *viagium*, idest contra iter verbebant collum.

Et se miser[ia]. Et si miseria: ista est secunda pars huius capituli, in qua auctor introducit unum ipsorum ad loquendum, qui manifestat se ipsum, et sotios, dicentem deprecationem.

Et si miseria huius loci solli, idest non solidi, quia erat

- ¹⁰ *Et si miseria huius loci solidi*
Redit in despectum nos et nostras preces,
Incepit unus, et tristis aspectus incensus;
¹¹ *Fama nostra tuum animum plicet*
Ad dicendum nobis quis tu es, qui vivos pedes
Ita securus per Infernum fricas.
¹² *Iste, vestigia cuius tu me scalpitare vides,*
Quamquam nudus et depillatus vadat,
Fuit gradus maioris quam tu credas.
¹³ *Nepos fuit bone Gualdrate:*
Guidoguerra fuit ei nomen, et in sua vita
Fecit cum sapientia satis et cum ense.
¹⁴ *Alter qui prope me arenam terit,*
Est Thygnaus de Aldobrandis, cuius vox
In mundo superiori deberet esse gratuita.
¹⁵ *Et ego, qui positus sum in cruce cum ipsis,*
Iacobus de Rusticutiis fui; et certe
Fera mulier plusquam aliud michi nocet.

arena non solida, redit in despectum nos et nostras preces, incipit unus, scilicet dicere, et tristis aspectus et brollus, idest depilatus, quia nullus capillus remanserat: ignis et flamma comburserant omnes. Ecce pulchrum exordium. Dicit: Bene scio quod tu deberes habere nos ad se[h]ivum, idest ad fastidium, tum propter locum miserum in quo sumus positi, tum propter horribilem aspectum nostrum, quia sumus sem cocti; sed si hoc nobis obstat, quod tu non loquaris nobis, saltem ad loquendum nobis moveat te fama nostra, tuum animum plicet, idest moveat, sive *clinet*, ad dicendum nobis quis tu es, qui vivos pedes ita securus per Infernum fricas, idest trahis, ducis. Nam sic apparet amicus Dei, vadens cum tanta prerogativa vivus, quod est ultra omnem consuetudinem, quod quis vivus transeat hac. Et ut faciat auctorem magis promptum ad faciendum voluntatem illorum, manifestat se et sotios suos antequam auctor respondeat, dicendo: Iste, cuius vestigia tu me scalpitare vides, quamquam nudus et depilatus vadat, fuit maioris gradus quam tu credas. Incipit a nobiliori. *Scalpitare* vides vestigia, quia ipse precedit, et ego eum sequor; ideo sua vestigia, idest pedum eius, ego *sculpito*, idest pedibus super ipsa vado. Nam in arena facilliter fiunt vestigia, et sic iste, qui loquebatur, scilicet Iacobus Rusticutii, erat in medio, Guido precedebat, et Thygnaus sequebatur. Et nepos fuit bone Gualdrate: Guidoguerra fuit ipsius nomen, et in sua vita fecit cum sensu, idest prudentia, satis, et cum ense. Alter qui prope me arenam terit, idest tritat, est Thygnaus de Aldobrandi, cuius vox in superiori mundo deberet esse gradita, idest gratuita.

Ego qui positus sum cum ipsis in cruce: idest in tali martyrio, Iacobus Rusticutii fui; et certe fera uxor plus-

- ¹⁶ S'io fossi stato dal loco coperto,
Gittato mi sarei tra loro disocto,
E credo che l' doctor ⁽¹⁾ l'havria sofferto.
¹⁷ Ma perch'io mi sarei bruciato e cocto,
Vinse paura la mia buona vogla,
Che di lor abbracciar mi facea ghiecto.
¹⁸ Poi cominciai: Non dispecto, ma dogla
La vostra condition dentro mi fisse
Tanto, che tardi tutta mi dispogla,

⁽¹⁾ Virgilio.

quam aliud michi nocuit. Ad habendam notitiam horum trium, notentur infra dicenda. Otto quartus, dux Saxonie, fuit sanctus imperator et rex Romanorum, et intravit Ytaliam pro corona recipienda, et transivit per Florentiam, ubi fuit in festo Sancti Ioannis Baptiste, quod tam sollempniter colitur et celebratur, sicut sciunt, qui in tali festo fuerunt Florentie, et illa die omnia pulchra ostenduntur. Dominus imperator cum magnis comitibus et baronibus ivit ad videndum festum, et inter alia pulchra que vidit, inter mulieres sedentes ad festum erat una pulcherrima domicella puella, nomine Gualdrata, filia domini Belenzoni de Ramignanis, sapientis militis. Imperator, videns tam pulchram puellam, quasi stupefactus de tam mirabili pulchritudine, dixit isti domino Bellinzono, ignorando quod illa esset filia sua: Que est illa puella tam pulchra? Ille humiliter respondit, dixit: Sancta corona, illa puella est filia unius, qui posset sic ordinare, quod vos obscularemini eam. Puella hoc audiens, quia virgo erat, pro verecundia facta fuit rubea in facie; tandem cum magna reverentia, facie inclinata ad terram, dixit: O pater dulcis, salva vestra reverentia et gratia, nunquam obsculabitur me nisi sponsus meus. Si prius placuerat puella imperatori, tunc propter talia verba [magis] placuit; et dixit domino Bellinzono patri puelle: Habet virum ista puella tua filia? Respondit: Serenissima corona, non. Tunc dixit imperator: Quare non maritas eam? Respondens dominus Bellinzon[us], dixit: Non potui, nec possum, quoniam non habeo dotes. Tunc imperator dixit: Ego volo maritare. Et erat cum imperatore, unus nobilis, nomine Guido, cui dixit imperator: [Audi]. Et extrahens ipse imperator de propriis digitis pulchrum annulum, dedit ipsum nobili viro Guidoni, dicens ei: Accipe hunc annulum et dispona ipsam puellam. Et licet ille nobilis debuisset habere uxorem de nobiliori sanguine quam esset illa puella, tamen, volens obedire imperatori, disposavit eam et fuit uxor eius. Tunc imperator dedit pro dote illi Guidoni illum Comitatum, qui vocatur Comitatus comitum Guidonum, et fecit eum comitem. Ista Gualdrata ex suo viro, scilicet comite, noviter facto, scilicet Guidone, genuit comitem Guilielmum, qui Guilielmus comes genuit istum Guidonem Guerram comitem, de quo auctor loquitur hic; et dictus fuit Guidoguerra, quia fuit peritissimus in guerris. Hic fuit expulsus de Florentia, quia erat Guelfus, et exul de Florentia, adhesit Karolo primo, qui interfecit regem Manfredum et fuit rex

Sicilie. Demum favore regis Karoli reintravit Florentiam, et expulsi Gebellinos de Florentia, qui nunquam redierunt: qui fuit sapiens et valens in armis. Alter, scilicet Thygnaus, describitur hic propter unum singulare et salubre consilium, quod dedit populo Florentie; sed non fuit auditus de tali consilio. Nam quando Senenses prodiderunt Florentinos, dum dominus Provintianus Silvanus obsidebat Montem Ileinum, et propositum fuit in palatio et in consilio generali, utrum Florentini deberent capere talem pugnam, an non, multis et variis diversa dicentibus, partita vincebatur pro parte affirmativa, idest quod sic suscipere pugnam bonum est. Iste contrarium dicebat, quod nullo modo talis pugna sumeretur, et assignabat talem causam: Isti Senenses non possunt ultra istos duos menses tenere istas octingentas lancias Theuthonicorum quas nunc habent, quia non habent ad solvendum eis. Transactis istis duobus mensibus, Theuthonici recedent a Senensibus, et si nos voverimus eos nobiscum, poterimus habere; ideo nullo modo capiamus nunc istam pugnam. Dum sic consulebat, fuit sibi inibitum, sub pena centum florenorum, quod de tali materia non plus loqueretur. Tunc ipse dixit, et centum ducatis solutis, et solvit. Et semper hortabatur, quod talis pugna non caperetur, quia videbat magnum dispendium imminere civitati ex hoc. Tunc sibi fuit inibitum sub pena capitis, quod non amplius loqueretur. Tunc suspirans: Caput perdere nolo; sed suspirabo. Et sic consilium suum non fuit auditum; et sicut ipse predixit, evenit magna strages, quia, ut dictum fuit superius, apud Montem Aperti interfecti fuerunt cives florentini quatuor millia in numero. Ideo dicitur in textu: Thygnaus Aldobrandi, cuius vox in mundo superiori deberet esse gratuita, idest deberet audiri et credi ei. Iacobus de Rusticutii fuit civis florentinus et bene curialis, homo bone prudentie et bene dilectus ab omnibus civibus florentinis, et fuit homo boni consilii. Habuit unam uxorem, nomine Beecham, brigosam, iracundam; semper tenebat totam domum in *briga*; semper dabat mala verba marito: unde turbatus, semel iuravit nunquam dormire cum ea. Tunc uxor dixit: Quare novisti nunquam dormire cum aliqua muliere? Et tunc ille dixit: Sic iuro. Ideo dicitur in textu: Fera uxor plusquam aliud michi nocet.

Se io. Si ego fuisset: ista est tertia pars huius capituli, in qua ostendit auctor affectionem, quam habet ad

- 19 Tosto che questo mio signor ⁽¹⁾ mi disse
Parole, per le quali io mi pensai,
Che qual voi sete, tal gente venisse.
- 20 Di vostra terra son; e sempre mai
L'opre di voi e gl'honorati nomi
Con affection ritrassi et ascoltai.
- 21 Lascio lo fele, e vo' pei ⁽²⁾ dolci pomi
Promessi a me per l'honora[n]do duca ⁽³⁾;
Ma 'n fin al centro ⁽⁴⁾ pria convien ch'io
- 22 Se lungamente l'anima conduca ^[tomi.]
Le membra tue, rispose quelli allora,
E se la fama tua doppo te luca,
- 23 Cortesia e valor, disse, dimora
Ne la nostra città sì come sole,
O se del tutto se n'è gita fora?
- 24 Chè Guiglelmo borsier, el quale si dole
Con noi per poco, e va là co' compagni,
Assai ne cruccia co' le sue parole.
- 25 La nuova gente ⁽⁵⁾, e subiti guadagni ⁽⁶⁾,
Orgoglio ⁽⁷⁾ e dismisura ⁽⁸⁾ han generata,
In te ⁽⁹⁾, Fiorenza, sì che ⁽¹⁰⁾ già ten ^[piagni (11).]
- 19 *Quam cito iste meus dominus dixit
Verba, propter que ego in me cogitavi,
Quod quales vos estis, talis gens veniret.*
- 20 *De vestra terra sum; et semper
Opera vestra et honorata nomina
Cum affectione retraxi et auscultavi.*
- 21 *Relinquo fel, et vado pro dulcibus pomis
Promissis michi per veracem ducem;
Sed usque ad centrum prius convenit quod ego* ^[tomen.]
- 22 *Si diu anima conducat
Membra tua, respondit ille adhuc,
Et si fama tua post te luceat,*
- 23 *Curialitas et valor, dixit, morantur
In nostra civitate sicut solent,
Vel si in totum inde recesserunt?*
- 24 *Quia Guilielmus bursarius, qui iam dolet
De hoc nobiscum, et vadit ultra cum sotiis,
Satis nos cruciat cum suis verbis.*
- 25 *Gens nova, et subita lucra,
Arrogantiam et res ultra mensuram generarunt,
O Florentia, in te, sic quod iam ex hoc plangis.*

(1) Virgilio. — (2) al. per. — (3) Virgilio. — (4) de la terra. — (5) rusticità. — (6) avaritia. — (7) superbia. — (8) al. smisuranza, i. vanitates. — (9) o. — (10) taliter. — (11) propter tuas partialitates.

istos tres spiritus, quia cupiebat ipsos amplecti, non vitia sua, sed virtutes suas, quia fuerunt multum notabiles viri. Dicit igitur: Si ego fuissem ab igne coopertus, proiecissem me inter eos infra. Et credo quod doctor illud substulisset; sed quia ego me incendissem, vicit timor meam bonam voluntatem, que amplexandi illos faciebat me avidum. Modo vult dicere: Vos fixe respexi: non despectus, quo vos abominarem, me tenuit; sed propter compactionem, et non propter odium, destitit. Postmodum incepti: Non despectum, sed dolorem, vestra conditio intra fixit, in tantum quod tarde tota inde exuatur. De vestra terra sum et semper opera vestra et honorata nomina cum affectione retraxi et auscultavi; idest, licet sitis polluti in hoc vitio, has tamen virtutes vestras dilexi, diligo quoque, narro, narrabo.

Adhuc respondet ad petitionem, quam fecerunt de itinere auctoris, dicens: Relinquo fel et vado pro dulcibus pomis, promissis michi per veracem ducem; sed usque ad centrum prius convenit quod ego *tomen*, idest descendam. Fel, idest vitia: dulcibus pomis, virtutibus, quibus acquiram honorem et gloriam eternam. *Tomi*: *tomare* in Italia est tenere caput in terra, et pedes superius elevatos: sic oportebit auctorem facere: quando erit in centro, oportebit ipsum volvere pedes ad locum capitis et e converso. Et quia duo sunt cara homini, longa vita et celebris fama, per ista duo iste Iacobus coniurat auctorem, dicens: Si diu

anima conducat membra tua, idest si diu vivas, respondit ille, scilicet Iacobus Rusticini, et si fama tua post te luceat (interrogat de conditionibus civitatis Florentie), curialitas et valor, dixit, morantur in nostra civitate, sicut solent, vel si in totum inde recessit? Nam tales ipsi tres fuerunt virtuosus et curiales. Causam assignat quare interrogat, quia unus spiritus, qui unquam ivit ad Infernum, dixerat eis verba, per que isti comprehenderunt, quod non. Iste spiritus [erat] unius hominis, scilicet Guilielmi, qui solebat facere bursias et marsupia; et fuerunt bene curiales; ideo dicit: Quia Guilielmus bursarius, qui iam de hoc dolet nobiscum paulo ante, et vadit ultra cum sotiis, satis nos irasci facit cum suis verbis.

Modo respondit auctor huic petitioni, dicens: Gens nova et subita lucra arrogantiam et res ultra mensuram generarunt, o Florentia, in te, sic quod iam ex hoc plangis. Vult dicere quod non est virtus, nec curialitas, in Florentia, sicut solebat; et assignat causam, quia gens nova et ruralis venit Florentiam, et facte sunt divitie nove, subite, idest de malo lucro uxurario.

Orgoglio, idest arrogantia; rusticana, villanesca; et superfluitas. Hic dolet auctor quod ipse et nobiles viri, veri cives florentini, sint expulsi, et sint positi loco ipsorum rustici et plebei et facti sint de Prioribus. Sic clamavi cum facie elevata: quasi exclamat hic auctor; nam

- 26 Così gridai co' la faccia levata:
E i tre, che ciò inteser per risposta,
Guatar l'un l'altro, come al ver si guata.
- 27 Se l'altre volte sì poco ti costa,
Risposer tutti, el satisfar altrui,
Felice te, che sì parli a tua posta.
- 28 Però se campi d'esti luoghi bui,
E ritorni a veder le belle stelle,
Quando ti gioverà dicer: Io fui,
- 29 Fa' che di noi a le genti favelle.
Indi rupper la rota, et a fuggirsi
Hale sembiar le gambe loro snelle.
- 30 [Un Amen non saria potuto dirsi
Tosto così, com'ei furo spariti:
Perchè al maestro parve di partirsi.]
- 31 Io li seguia, e poco eravam iti,
Che'l suon dell'acqua n'era ⁽¹⁾ sì vicino,
Che per parlar saremmo a pena uditi.
- 32 Come quel f[i]umo, e' ha proprio cammino
Prima da monte volto inver levante
Da la sinistra costa d'Apennino,
- 33 Che si chiama Acquaqueta su, davante ⁽²⁾
Che si divalli giù nel basso lecto,
Ch'è a Forlì di quel nome vacante,
- 34 Rimbomba là sopra San Benedecto
Dell'Alpe, per cader ad una scesa,
Che dovria a mille fonti esser ricecto;
- 26 *Sic clamavi cum facie elevata:
Et tres, qui hoc intellexerunt pro responso,
Repperit unus alterum, sicut ad veritatem inspi-* ^[citur.]
- 27 *Si aliis vicibus ita parum tibi costat,
Responderunt omnes, satisfacere alteri,
Felicem te, si sic loqueris ad placitum tuum.*
- 28 *Quare si evadas ab istis locis obscuris,
Et redeas ad revidendum pulchras stellas,
Quando te delectabit dicere: Ego fui;*
- 29 *Facias ut de nobis ad gentes loquaris.
Inde ruperunt rotam, et ad fugiendum
Visa sunt ale crura eorum velocia.*
- 30 *Unum Amen non potuisset dici
Ita cito, sicut ipsi disparuerunt:
Ex quo magistro fuit visum recedere.*
- 31 *Ego eum sequebar, et modicum iveramus,
Quod sonus aque erat nobis ita vicinus,
Quod quamquam loquuti fuisset, non essemus* ^[auditi.]
- 32 *Sicut ille fluvius, qui habet proprium iter
Prius a monte Veso versus orientem
Ad sinistrum latus Appennini,*
- 33 *Qui vocatur Aquaquieta superius, ante
Quam se per valles precipitet in infimum lectum,
Et apud Forlivium illius nominis est vacans,*
- 34 *Resonat ibi supra Sanctum Benedictum
De Alpibus, ut cadat ad unum descensum,
Ubi debebat pro mille esse receptaculum;*

(1) era a noi. — (2) al. suso avanti.

Florentia est hic vocativi casus. Et tres, qui hoc intellexerunt pro responso, respexerunt unus alterum, sicut ad veritatem inspicitur, quasi dicant: Hoc verum. Et dicunt: Si aliis vicibus parum tibi *costat*, responderunt omnes, satisfacere alteri, felicem te, supple dicimus, si sic loqueris ad placitum tuum. Quare, si evadas ab istis locis obscuris, et redeas ad revidendum pulchras stellas, quando te delectabit dicere: Ego fui (quia quod durum fuit pati, dulce est reminisci; post coniurationem petunt gratiam ab auctore dicentes), facias ut de nobis ad gentes loquaris; idest de virtutibus nostris. Proinde rumpunt rotam, idest tripudium, et ad fugiendum visa sunt ale crura eorum, idest velociter cucurrerunt, velocia: *Unum amen non potuisset dici ita cito, sicut ipsi disparuerunt, ex quo magistro fuit visum recedere.*

Ego eum sequebar: hec est quarta pars huius capituli, in qua tangit materiam sequentem aliquantulum; quia ex quo lustravit circulum, sive circulos violentorum, iam appropinquat ad circulum fraudulentum, et vult per compara-

tionem describere descensum aque currentis per arenam in circulum inferiorem: quia illa aqua cadebat cum magno impetu atque sonitu confuso, in tantum quod, quamvis fuisset ad invicem loquuti, non potuissent audire unus alium, aut intelligere; et quia multa erant dicenda, ideo describit descensum aque. Littera ista difficilis est, et a multis male intelligitur et male exponitur.

Ego eum sequebar, et modicum iveramus, quod sonus aque erat nobis ita vicinus, quod, quamquam loquuti fuisset ad invicem, supple, vix fuisset auditi, scilicet unus ab alio.

Sicut ille fluvius, qui habet proprium iter, prius a monte Veso versus orientem ad sinistram latus Appennini, quod vocatur Aquaquieta superius, antequam se per valles precipitet in infimum lectum, et apud Forlivium illius nominis est vacans, resonat ibi supra Sanctum Benedictum de Alpibus, ut cadat ad unum descensum, ubi debebat pro mille esse receptaculum. Vult dicere hic auctor, quod aqua huius rivi cadebat de alto in bassum, sive in ymum, cum sono grandi et confuso, sicut cadit una aqua in Romandiola in

- 42 Sempr' a quel ver ⁽¹⁾ c'ha ⁽²⁾ faccia di
De' l' hom chiuder le labbra fin che el
Però che senza colpa fa vergogna; ^{[pote,}
43 Ma qui tacer non posso; per le note
Di questa comedia, lector, ti giuro,
S'elle non sien di lunga gratia vote,
44 Ch'io vidi per quell'aer grasso e scuro
Venir notando una figura in suso,
Maraviglosa ad ogni cuor sicuro,
45 Sì come torna colui che va giuso
Talhor a solver l'ancora, c'haggrappa
A scoglio o altro che nel mare è chiuso,
Che'n su si stende, e da piè si rattrappa.

(1) vero — (2) che ha.

Semper illi vero, quod habet faciem mendacii, idest veritati, debet homo claudere labia, quantum potest, quia sine culpa facit verecundiam. Iste ternarius est valde doctrinativus. Vult dicere auctor: Aliqua veritas, que continet magnam difficultatem, in tantum quod apud audientes videtur quasi esse impossibile id quod dicitur, ad pronuntiandum talem veritatem, debet homo esse valde cautus in dicendo cum coloribus, quibus veritas illa sic ornetur, quod possit dari fides illa dicenti: vel homo debet illa tacere, quia sine culpa, idest licet verum sit quod dicitur, facit verecundiam; idest propter difficultatem reputatur mendacium, et sic dicens reputatur mendax. Hoc pro tanto dicit auctor: Nam quam cito Virgilius cepit trahere cordam ad se, trahebat cum corda unam mirabilem feram, talem et tantam, quod incredibile sit ad credendum illam fuisse talem. Tamen hic auctor excusat se, quia id quod dicturus est non crederetur. Et licet ita sit, sicut iam dictum est, tamen dicit se non posse tacere: Sed hic tacere non possum, quia oportet describere Fraudem per modum, qui cito explicabitur in proximo capitulo.

- 42 Semper illi vero quod habet faciem mendacii
Debet homo claudere os quantum potest,
Quia sine culpa facit verecundiam;
43 Sed hic tacere non possum; et per notas
Istius comediae, lector, tibi iuro,
Si non sint de longa gratia vacue,
44 Quod ego vidi per illum aierem grossum et obscurum
Venire natando unam figuram sursum,
Mirabilem omni cordi securo,
45 Sicut revertitur ille qui vadit deorsum
Aliquando ad solvendum anchoram, que agrappat
Scopulum vel aliud quod in mari est clausum,
Qui sursum extenditur, et ad pedes se retrappat.

Sed quia materia difficilis est, recurrit ad sacramentum, quod de sua natura habet generare fidem; ideo dicit: Et per notas istius comediae, lector, iuro, idest tibi, si non sint de longa gratia vacue, idest quod non appetiuntur (vult istud sacramentum dicere: si non dico verum, iste liber meus, quem compono, reputetur vilis et nullius pretii et a nullo approbetur), quod ego vidi per illum aierem grossum et obscurum venire natando unam figuram sursum, mirabilem omni cordi securo, idest intimo, non timenti.

Facit unam comparisonem ad describendum modum istius fere, inveniendi et narrando: Sicut revertitur ille, qui vadit deorsum aliquando ad solvendum anchoram, que agrappat, idest capit, vel amplectitur, scopulum, vel aliud, idest aliquid, quod in mari est clausum, idest coopertum, quia non videtur; qui sursum extenditur, et ad pedes se retrappat, idest recolligit: nam ille qui natat, sepe pedes extendit et postea retrappat, idest recolligit. Ista est bona similitudo, vel comparatio, quia illa fera sepe se extendebat, demum se restringebat.

Molto si è disputato, ma senza concludere, sulla corda di cui l'immortale Poeta si mostra cinto, arrivato alla fine del settimo cerchio del suo Inferno. Anche noi amiamo dirne una parola, benché il nostro sia concetto diametralmente opposto a quello del nostro Serravalle. E a conseguire con qualche probabilità il vero, crediamo si debba argomentare dalla natura de' vizi, de' quali l'Alighieri tratta in questo, come nel canto precedente e nel seguente: vizi che sono quel che vi ha di più abominevole in natura, e che uccidono con la vita del corpo quella dello spirito, e rendono la società così evirata e abietta, da non esser più capace che d'ignominia e di schiavitù.

Anche qui s'avviene in tre di Firenze, che ne furono imbrattati; e interrogato da un d'essi, se cortesia e valore dimostrassero ancora nel natio lor suolo, o se del tutto tali virtù ne fossero state bandite, il Poeta, ferito di profondo dolore, grida volto alla sua patria diletta:

La gente nuova e i subiti guadagni
Orgoglio e dismisura han generata,
Fiorenza, in te si che già tu ten piagni.

Continuando poi a discendere col suo duca, sentono, giù d'una rupe discoscesa, il suonar d'un'acqua nera, che gravemente offende loro l'udito. Allora il Poeta, sciolta la corda di cui era cinto, la porge, tutta aggroppata e ravvolta, al suo maestro, il quale, gittatala nell'alto burrato, che sta di sotto, produce il mirabile effetto di trarre

... per quell'aere grosso e scuro
... notando una figura in suso
Maravigliosa ad ogni cuor sicuro;

ed era, come si ha nel canto seguente, la Frode.

Si osservi ch'ei son sempre tra peccati e peccatori turpi, i quali continueranno sino alla fine del canto appresso; e che però la bestia, che qui s'intramezza, dev'essere tale che con quel genere di colpe si connetta: ed è appunto la frode, « quae » (dice un antico Comento) « illaqueat hominem » a turpi cose, e si usa « ad decipiendum mulieres »; e Dante, ravveduto e penitente, era quivi cinto « in ilibus », ne' fianchi, della corda della continenza, stando ne' fianchi la sede della lussuria: « Ibi consistit luxuria. » (La Commedia di Dante Alighieri col Comento di STEFANO TALICE DA RICARDONE; Torino, 1886.)

Egli dunque ad affrontar la bestia che si presentava, porse a Virgilio la corda, che unica poteva domarla: « Sint lumbi vestri praecincti. » E possiamo affermare, che fosse propriamente il cingolo, o cordone, degli ascritti al Terz'Ordine Francescano, chi pensi alla popolarità e universalità che aveva a que' di tale istituzione, e alla tradizione, rimasta del pari universale e popolarissima, che egli, Dante, abbia appartenuto come Terziario all'istituto Francescano. Di fatti, quasi tutti gli antichi espositori della sua Cantica, l'affermano; anzi il Buti, nel suo Comento, scrive, che giovinetto entrasse nel primo Ordine, in cui non durò; ma rimase nel Terzo, che portò a que' di, con l'altro di San Domenico, la rigenerazione dell'Italia e dell'intera Europa. Finalmente sappiamo che, coperto dell'abito Francescano, veniva sepolto in Ravenna, dove terminava i travagliati suoi di.

Vi furono de' commentatori i quali, pur ammettendo ch'ei cingesse quella fune francescana, non vogliono vedere in tale sua spirituale appartenenza alla Minoritica famiglia, che un'ipocrisia, in quel tempo, a lor detta, comune a molti, per riuscire meglio ne' malvagi loro intendimenti. Ma è affermazione contraddittoria con tutte le memorie dell'Ordine Francescano in Italia, rispetto ai molti; e rispetto a Dante, basterà osservare col nostro Lombardi, che è spudoratezza e insolenza. E certo non dovrà vantarsi di amar l'Italia chi non sente ribrezzo di avvolgerne così nel fango le più sublimi glorie; né avrà animo di leggere l'undecimo canto del Paradiso: che cosa potrebbe egli vedere e sentire in quella luce purissima e fra quella soave onda di amore, che avvolge e sublima la terra al cielo?

Non vogliamo qui omettere, che un notissimo letterato d'Italia, vivente (Ruggero Bonghi), il quale in tutti i suoi scritti ondeggia tra bellissimi concetti veri e qualcosa di nuvoloso e d'incerto, visitando a questi di parecchi antichi Conventi Francescani d'Italia, ne trasse considerazioni da non diminuire l'ammirazione e l'affetto verso il Serafico Padre e la sua istituzione, da cui si vigorosa virtù ebbe l'Italia a recare innanzi l'opera del suo incivilimento. Tanto nel Poverello d'Assisi e nel suo Ordine il divino continua a spandersi per ogni lato da non poterglisi, dopo più che sei secoli, in alcun modo sottrarre! Ed abbiain fede che per esso altre copiose benedizioni debbano discendere, specialmente sul nostro paese diletto. Dove troveresti un'anima, che al nome di Francesco non si rassereni, e non senta balenarsi un raggio di Paradiso?



CAPITULI DECIMISEPTIMI SUMMARIUM

In decimoseptimo capitulo, quod incipit: *Ecce feram cum cauda acuta*, auctor depingit, sive describit, fraudem per unum animal, quod hic vocat Gerionem. Nota quod secundum veritatem Gerion fuit unus rex in Hyspania, magnus fraudulentus: habuit tria regna, et cum fraude decipiebat quasi omnes finitimos; qui fuit interfectus ab Hercule, secundum fictionem poetarum. Hic habuit tria corpora et tres animas. Quia iste Gerion fuit tam fraudulentus, ideo per ipsum auctor hic describit fraudem per unam feram, que habebat benignam faciem hominis iusti, et totum residuum corporis erat serpentinum. Habebat duas branchas pilosas, et erat totum dorsum depictum circulis quibusdam. Erat colorata ista fera quasi infinitis coloribus; nec drappi, sive panni, Turcorum habent tot colores, quot erant in dorso istius fere. Veniens hec fera ad terram, solum faciem extraxit de aqua; totum residuum tenebat in aqua, et sepe revolvebat caudam venenosam, bifurgutam ad instar scorpionis. Tunc Virgilius cum auctore descendit versus illam feram per decem passus. Qualiter ista fera significet fraudem, videatur in commento super isto capitulo decimoseptimo Inferni. Demum, quia auctor vult se expedire de materia violentorum et

intrare materiam fraudis, satis breviter pertractat de usurariis. Nam usurarii stant sedendo in ista arena predicta, continue plorando et cum manibus excuciendo flammam super ipsos cadentes. Quilibet eorum habet unam bursiam pendentem ad collum, in qua bursia sunt arma, sive insignia, domorum ipsorum. Hic invenit quinque magnos usurarios et feneratores. Leo azurrinus in campo giallo est arma illorum de Gianfigliatiis de Florentia. Campus albus cum ansere giallo est arma illorum de Ubriachis de Florentia. Sxus azurrina, sive de azurio, est arma illorum de Schrovignis de Padua. Istis visis, auctor cum Virgilio ascendit super istum Gerionem, super istam feram, que portans eos, deposuit in secundo circulo, qui dividitur in decem Malibolgias. Et sic exiverunt de primo circulo Inferni murati, qui, ut visum est, dividitur in tres circulectos, in quibus violenti puniuntur. Et iam pervenerunt ad secundum circulum, scilicet fraudis, divisum in decem Malibolgias, etc., secundum quod sunt decem species fraudis prime. Nam a circulo violentorum non potuissent venire ad istum circulum fraudis, nisi ipse Dantes fuisset transportatus, propter magnum descensum et magnam distantiam et itineris difficultatem.



CAPITULUM DECIMUMSEPTIMUM

1 Ecco la fiera colla coda aguzza,
Che passa monti, e rompe ⁽¹⁾ muri et armi;
Ecco colei che tutto 'l mondo appuzza:

⁽¹⁾ al. spezza.

1 *Ecce feram cum cauda acuta,
Que transit montes, et rumpit arma et muros;
Ecce illam que totum mundum appuzzat:*

Ecco la fiera con la coda. Ecce feram cum cauda acuta: istud est decimumseptimum capitulum huius Inferni, in quo auctor vult describere fraudem per figuram unius feri animalis et complere materiam violentie, scilicet loqui de usuris; et demum intrabit circulum fraudulentie. Quod quidem capitulum dividitur in quatuor partes. In quarum prima auctor describit in generali istam feram. In secunda, que incipit ibi:

E quando a lei venuti semo;
Et quando ad ipsam venimus,

auctor reflectit se retro ad tractandum de una alia specie violentie, de qua nondum dixerat in speciali. In tertia, que incipit ibi:

E io temendo;
Et ego timendo,

describit quomodo super bestiam ascendit propter transire de circulo violentorum in istam aliam fossam profundam. In quarta, que ponitur ibi:

E disse: Gerion, movete;
E dixit: Gerion, moveas te,

describit transportationem, scilicet quomodo Gerion transportabat eos ad aliud fossam.

Dicit igitur: *Ecco la fiera*, ecce feram cum cauda acuta, que transit montes, idest perforat e[t] rumpit arma et muros; ecce illam, que totum mundum *appuzzat*, idest inficit.

Hic sunt multa notanda: primo, quod Gerion fuit unus magnus rex in Hispania, qui possidebat tria regna, Castelle, Gallitie et Navarre. Erat homo fallax et dives, deceptor, fraudulentus; et cum sua fraudulentia congregavit

multas divitias, maxime greges ovium, armenta bovum, multitudinem equorum; quem Hercules devicit et privavit eum illis tribus regnis, et armentum suum conduxit ad partes Grece, transeundo per Romam, idest per terram illam, ubi est nunc Roma, quia Roma nondum erat edificata. Dicitur de isto Gerione poetice, quod ipse dabat homines ad devorandum equis suis.

Secundo, notandum est, quod hic Gerion fingitur habuisse tria corpora, et quod erat triformis; habebat tria capita, tres facies, tria guttura, quia possidebat tria regna, et illa cum sua fraude consumebat et devorabat. Istum Gerionem, primo, auctor describit in forma unius fere monstruose; per quam feram monstruosam auctor vult describere fraudem, sive fraudulentiam. Fere mirabilis est hec forma; que erat triformis; scilicet quod talis fera primo habet faciem humanam, benignam, et caput humanum; totum bustum, idest reliquum corpus, erat serpentinum, idest serpentis, variatum et pictum variis coloribus et circulis; ultimo habebat caudam scorpionis.

Ista fera Gerion optime figurat fraudem, sive fraudulentiam, quia habet caput humanum et faciem benignam; quia prima species fraudis, que sunt tres, committitur cum quadam benignitate, in verbis dulcibus, amicabilibus, et ornatis, pretenduntibus amicitiam, humanitatem, veritatem; quibus verbis utuntur pravi consiliarii, adulatores, le[n]ones, etc.

Secundo, Gerion habet bustum serpentinum. Nullum animal est callidius serpente, nec malitiosius. Figurat fraudem, que committitur in artibus, in mercantiis. Fraudes artium sunt varie, sicut bustum Gerionis est tam varium in picturis et circulis. Infinite fraudes committuntur in ar-

2 Si cominciò lo mio duca a mostrarmi;
Et accennolli che venisse a proda,
Vicin al fin de'passeggiati marmi.
3 E quella sozza ymagine di froda
Sen venne, et arrivò la testa e 'l busto;
Ma 'n su la riva non trasse la coda.
4 La faccia sua era faccia d'huom giusto;
Tanto benign'havea di fuor la pelle,
E d'un serpente tutto l'altro frusto.
5 Due branche avea pelose infin l'ascelle:
Lo dosso e 'l pecto et amendue le coste
Depincti havea di nodi e di rotelle.
6 Con più color commesse e sopraposte
Non fer mai drappi Tartari nè Turchi,
Nè ⁽¹⁾ fur tai tele-per Aragne imposte.
7 Come talvolta stammo a riva e burchi,
Che parte sono in acqua e parte in terra,
E come là tra gli Tedeschi glurchi

⁽¹⁾ mai.

2 *Sic cepit dux meus loqui michi;*
Et accennavit quod ipsa veniret ad proram,
Vicina ad finem de gradibus marmoreis.
3 *Et illa turpis ymago fraudis*
Venit, et applicuit cum capite et busto;
Sed supra ripam non extraxit caudam.
4 *Facies sua erat facies hominis iusti;*
Tantum benignam habebat de foris pellem,
Et unius serpentis totum aliud bustum.
5 *Duas branchas habebat pilosas usque ad ascellas:*
Dorsum, pectus et ambas duas costas
Depictas habebat de nodis et rotellis.
6 *Cum pluribus coloribus submissis et superpositis*
Nunquam fuerunt drappi tartari nec turci,
Nec tales tele fuerunt per Araneam imposite.
7 *Sicut aliquando stant ad ripam burchi,*
Partim stant in aqua et partim in terra,
Et sicut inter Theuthonicos lurocos

tibus; neque enim est minima ars, in qua hodie non committantur mille fraudes.

Tertia pars Gerionis est cauda scorpionis, que significat fraudem, que committitur in operationibus et in facto; que fraus pungit, ut sunt falsatores, b[ac]tarii. Gerion habet duas pilosas branchas, idest pedes, usque ad ascellas; habet duas solum, quia fraus in generali habet duas vias, quia unum ostendit velle facere, et aliud intendit. Varii colores et circuli, quibus bustum Gerionis est sic depictum, sunt mores fraudulentium: mille modis variantur. Gerion caudam abscondebatur sub aqua; quia semper fraudulentus aliquid reservat quod non publicat, ut pungat finaliter incautum. Distabat Gerion ab extremitate ripe, super quam era[n]t Virgilius et Dantes, per decem passus, quia decem sunt species fraudulentie, que sunt: lenocinium, adulatio, symonia, augurium, sive divinatio, baractaria, et ypocrisis: latrocinium, malitia, sive astutia subtilis ingenii usitata in dampnum proximorum; seisma, falsificatio propriarum personarum, metallorum et monetarum. Tunc ad textum sic procedatur.

Perforat montes, sive transit, et valles; quia fraus committitur per litteras et secretas ambasciatas, cifris et aliis signis: muros; certe proditores perforant muros; perforant arma rumpuntque; nam propter fraudes sepe inermes vincunt armatos, pauci plures, sicut fecit Cesar in Gallia, Annibal in Ytalia, ut patet in Tito Livio: hec totum mundum inficit, sive fraus.

Sic cepit dux meus michi loqui, et *accennavit*, idest fecit michi signum, quod ipsa veniret ad proram, idest ad ripam, vicina ad finem, de signatis marmis, idest gradibus marmoreis, passibus pertransitis. Et illa *sco[n]fusa*, idest

turpis, ymago fraudis, scilicet que figurat fraudem in generali, venit, et *applicavit*, idest ad ripam applicuit, cum capite et busto; sed super ripam non extraxit caudam; quia semper fraudulentus reservat sibi caudam, idest finem, ad decipiendum.

Facies sua erat facies hominis iusti (semper fraudulentus pretendunt iustitiam et humanitatem, ut detur eis fides), tantum benignam habebat de foris pellem; et unius serpentis totum aliud bustum, idest reliquum corpus: duas branchas, idest duos pedes (idest unum pretendere apparenter, et aliud intendere secreta), pilosas habebat usque ad ascellas; dorsum, pectus et *ambe due coste*, idest latera, depictas habebat de nodis et rotellis, idest circulectis.

Iam auctor figurat varietatem fraudum et fraudulentium per duas similitudines, sive comparationes, quarum prima hec est. Tartari, idest homines de Tartaria, et Turci, idest Theuceri, faciunt pulcherrimos drappos, idest pannos de sirico, cum quasi innumerabilibus coloribus variatis. Sic Aranea, que fuit tam pulchra testrix, faciebat etiam pannos quasi innumerabilium colorum. Sic vult dicere auctor, quod dorsum, pectus et *ambe coste* istius Gerionis, erant variorum colorum. Sunt igitur colores in talibus drappis, tot, [quot] sunt varietates fraudis et deceptionis. Cum pluribus coloribus, idest subpositis et superpositis, non fecerunt drappum Tartari, nec Turci, nec tales tele fuerunt per Araneam imposite.

Postquam auctor depinxit Gerionem, nunc figurat modum veniendi Gerionis, dicens: Sicut aliquando stant ad ripam burchi (burchi est una species navium fluvialium, que naves sunt quasi plane de subtus), qui, burchi scilicet,

- ⁸ Lo bivero s'aseta a far sua guerra;
Così la fiera pexima si stava
Su l'orlo che, di pietra, el sabbion serra.
- ⁹ Nel vano tutta sua coda guizzava,
Torcendo in su la velenosa forca
Ch'a guisa di scorpion la puncta armava.
- ¹⁰ Lo duca disse: Hor convien che si torca
La nostra via un poco infin a quella
Bestia malvagia, che colà si corca.
- ¹¹ Però scendemmo a la dextra mammella,
E dieci passi femmo in sullo stremo,
Per ben cessar la rena e la fiammella:
- ¹² E quando noi a lei venuti semo,
Poco più oltre veggio in su la rena
Gente seder propinqua al luogo scemo.
- ¹³ Quivi el maestro: Acciò che tutta piena
Experientia d'esto giron porti,
Mi disse, va', e vedi la lor mena.
- ⁸ *Bivarus se assectat ad faciendum guerram;
Sic fera pexima stabat
Super extremitatem lapideam, que sabulon serrat.*
- ⁹ *In vano tota sua cauda guizzabat,
Revolvendo in tortum venenosam caudam
Que, ad instar scorpionis, cuspidem armabat.*
- ¹⁰ *Dux dixit: Iam oportet quod se torceat
Nostra via aliquantulum usque ad illam
Bestiam malignam, que illic se collocat.*
- ¹¹ *Ideo descendimus ad dexteram mammillam,
Et decem passus fecimus super extremitatem,
Ad bene cessandum arenam et flammellam:*
- ¹² *Et quando nos ad ipsam venimus,
Modicum ulterius super arenam
Video gentem sedere propinquam loco scemo.*
- ¹³ *Hic magister: Ut totam plenam
Experientiam istius gironis portes,
Michi dixit, vade, et vide suam menam.*

partim stant, sive sunt, in aqua, et partim in terra. Nunc auctor ponit aliam comparisonem, que est hec. Inter Theuthonicos luros (una patria est in partibus Alamanie, que vocatur Lurca) stat bivarus (bivarus est animal, quod vivit partim in aqua et partim in terra; et magna copia istorum bivarorum est in illa parte Alamanie, que vocatur Lurca); bivarus se disponit ad capiendum pisces, quia pisces comedit et insidiatur callide ipsis. Dicitur quod bivarus habet dentes fortes, cum quibus excidit ramos arborum, et illos ramos quasi in cruce ponit super aquam; demum super illos ramos stat, et callide et caute, insidiando piscibus. Modo vult dicere, quod sicut illi *burchi*, qui tenent proras super terram, et reliquas partes in aqua, et sicut stat bivarus quando insidiatur piscibus, sic ista fera, scilicet Gerion, stat, extra aquam, cum pectore verso, et caudam tenebat in aqua: caput tenebat super extremitatem lapideam, que extremitas lapidea claudit arenam. Dicit igitur: Et sicut inter Theuthonicos luros bivarus se assenctat, idest apte collocat, ad faciendum guerram, idest piscibus, ad capiendum eos; sic fera pexima stabat super orlum, idest extremitatem lapideam, que sabulum serrat, idest terminat.

In vano tota sua cauda guizzabat: idest ducebatur, movebatur. Vanum hic vocatur vacuum: quia ibi non est nisi aier, vocatur vanum.

Torciendo: idest revolvendo in tortum venenosam furcam, que ad instar scorpionis, punctam cuspidem armabat; idest caudam furcatam habebat fera, sicut scorpio habet caudam cum furca venenosa. Scorpio venit cum brachii apertis; demum ferit cum cauda.

Dux dixit: Iam oportet quod se torceat, idest plicetur, nostra via aliquantulum, usque ad illam bestiam *malvagianam*, que illic se *corcat*, idest collocat. Ideo descendimus ad dexteram mammillam, et decem passus fecimus, idest ambulavimus, super extremitatem, ad bene cessandum, idest evadendum, arenam et flammellam. Decem passus: idest, ad fugiendum decem species fraudulentie. Et quando nos ad ipsam venimus, modicum ulterius, super arenam, video gentem sedere propinquam loco scemo, idest fosso.

Notandum est, ut cito patebit, quod ista gens, quam hic videt, et cum qua loquitur, est una acies usurariorum, et super dixit, quod usura est violentia. Cur igitur hic, ubi iam descripsit fraudem, tractat de usurariis? Dicendum est quod, licet usura sit vitium violentativum, quia violentat artem, tamen, quia communiter committitur cum fraude, ideo auctor quasi miscet usuram cum fraude. Loquitur hic auctor de peximis usurariis, qui sepiissime utuntur fraude, quia sepe negant et falsificant pacta, negant tempora et instrumenta minorum, etc.

Quivi. Hic magister: ista est secunda pars capituli, in qua, prope fraudem, tractatur de usura et usurariis: quia nullibi tractavit, specialiter tractavit de eis. Dicit hic Virgilius Danti: Ut nihil remaneat de dicendis in tactu et in experimento, vade ad illos feneratores, et loquere cum ipsis et breviter. Ego autem non perdam tempus; quousque tu fueris reversus, ego loquar cum Gerione, ut nobis concedat suos humeros fortes.

Hic magister, idest dixit: Ut totam plenam experientiam istius gironis, idest circuli, violentorum, portes, michi dixit, vade et vide suam *menam*, idest suum modum.

- ¹⁴ E tuoi ragionamenti sien là corti:
Mentre che torni parlerò con questa,
Che ne conceda e suoi humeri forti.
- ¹⁵ Così ancor su per l'extrema testa
Di quel septimo cerchio, tutto solo
N'andai, dove sedea la gente mesta.
- ¹⁶ Per gl'ochi fuori scoppiano el lor duolo:
Di qua di là soccorrean co'le mani,
Quando a' vapori, e quando al caldo suolo.
- ¹⁷ Non altrimenti fan di state e cani.
Hor col ceffo hor col pie', quando son morsi
Da pulci, o da mosconi, o da tafani.
- ¹⁸ Poichè nel viso a certi⁽¹⁾ gl'ochi⁽²⁾ porsì⁽³⁾,
A' quali el doloroso foco casca,
Non ne cognobbi alcun; ma io m'accorsi
- ¹⁹ Che dal collo a ciascun pend' ⁽⁴⁾ una tasca,
C'havea certo color e certo segno,
E quindi par che l'orechie ⁽⁵⁾ si pasca.
- ²⁰ E com'io riguardando tra lor vegno,
In una borsa gialla vidi azzurro,
Che d'un leone havea faccia e contegno.
- ¹⁴ *Ratiocinationes tue sint illic breves:
Quousque redieris, loquar cum ista,
Ut nobis concedat suos humeros fortes.*
- ¹⁵ *Taliter adhuc super extremam testam
Illius scemi circuli, totus solus
Ivi, ubi sedebat gens mesta.*
- ¹⁶ *Per oculos foris exibat dolor:
Hac illac succurrebant cum manibus,
Quandoque ad vapores, quandoque ad sohum* [calidum].
- ¹⁷ *Non aliter faciunt in estate canes,
Nunc cum ore, nunc cum pedibus, quando mor-* [dentur]
A muscis, pulicibus et tafanis.
- ¹⁸ *Postquam visum ad certa loca porrexi,
In que dolorosus ignis cadit,
Non cognovi aliquem eorum; sed ego perpendi*
- ¹⁹ *Quod a collo cuilibet pendeat una tasca,
Que habebat certum colorem et certum signum,
Et ex hinc apparet quod oculus eorum pascatur.*
- ²⁰ *Et sicut ego respiciendo inter illos veni,
In una bursia gialla vidi azurium,
Qui unius leonis habebat faciem et contegnum.*

(¹) di loro. — (²) miei. — (³) drizzai. — (⁴) al. pendeva. — (⁵) senza domandare.

Ratiocinationes tue sint illic corte, idest breves: quousque tornes, idest redies, loquar cum ista, ut nobis [concedat] suos humeros fortes. Taliter adhuc super extremam testam, idest finem illius *scemi*, idest fossi, circuli, totus solus ivi, ubi sedebat gens mesta.

Dicit auctor, humeros Gerionis esse fortes. Vere fortes sunt, quia quasi totum mundum regit fraus. Dicit gentem mestam, idest dissolutam, propter tormentum quo cruciantur feneratores. Per oculos foris *scoppiabat*, idest exibat, dolor eorum: gemendo, hac illac succurrebant cum manibus, quandoque ad vapores, quandoque ad sohum calidum; idest, aliquando excuciebant vapores, idest flammam cadentes, quandoque succurrebant terre, idest solo calido terre calide.

Facit comparisonem pulchram, ad denotandum modum istorum sibi succurrentium. Sicut faciunt canes tempore estivo, quando molestantur a muscis, a pulcibus, vel a tafanis (tafani sunt unus genus muscarum grossarum, que multum offendunt armenta bovum), qui canes se invant aliquando morsibus et dentibus, aliquando cum pedibus. Non aliter faciunt in estate canes, nunc cum ore, nunc cum pedibus, quando mordentur a muscis, pulcibus et tafanis. Cavendum est ab usurariis, nec cum ipsis est practicandum: qui dormit cum canibus, surgit cum pulcibus. Vere, usurarii, sunt canes, quia sunt valde impii, quia nulli miserentur, et dignum est quod nemo misereatur eis. Ideo dicit Propheta, Psalmo centesimonono: Fiant filii eius, scilicet feneratoris, orphani, et uxor eius vidua fiat, nati eius in interitum.

Postquam visum ad certa loca porrexi, idest direxi, in quos dolorosos ignis *casca*, idest cadit, non cognovi aliquem eorum, quia tales usurarii non sunt cognoscibiles, propter quia non habent [virtutes]. *Sed ego m'accorsi*: idest perpendi, quod sibi a collo cuilibet pendeat una *tasca*, idest bursia, que habebat certum colorem et certum signum, et ex hinc apparet quod oculus eorum pascatur. Et ista est conditio usurarii, qui pascitur in videndo nummos, quia, ubi nummus auri est, ibi et suum cor existit. Latro, predo, violenti, publice faciunt sua opera; usurarius semper stat inclusus ad calculandum: modo non sunt cognoscibiles propter virtutes; recognovit tamen eos ad arma et insignia.

Unus istorum fuit civis florentinus, de domo de Gianfigliatiis. Domus de Gianfigliatiis per arma portat scutum: in campo est color giallus, idest croceus, in quo leo est de azurio. Alius fuit de Ubriachis. Arma illorum de domo Ubriacorum, est scutum cum campo rubeo, et una anca, sive ansere, alba. Alius erat Paduanus de Strovignis. Arma illorum de Strovignis est scutum cum campo albo, in quo est una scrofa, idest una porca, sive sus, azuria, de azurio. Modo describit auctor istos tres usurarios. Et primo dominum Castellani de Gianfigliatiis. Fuit nobilis civis florentinus, magnus usurarius. Sequitur textus: Sicut ego respiciendo inter illos venio, in una bursia gialla, idest crocea, vidi azurium, idest colorem azurium, qui unius leonis habebat faciem et contegimen, idest erat leo azurinus.

- ²¹ Poi, procedendo di mio sguardo el curro (¹),
Vidin' un'altra (²) come sangue rossa,
Ov'era (³) un'ocha bianca più che burro.
- ²² Et un, che d'una scrofa azzurra e grossa
Segnat' havea 'l suo sachetto bianco,
Mi disse: Che fai tu in questa fossa?
- ²³ Or te ne va': però che se' vivo anco (⁴),
Sappi che 'l mio vicin Vitaliano
Sederà qui dal mio sinistro fianco.
- ²⁴ Con questi Fiorentin son Padovano;
Spesse fiate m'intuonan gl'orechi,
Gridando: Vegna el cavalier sovrano,
- ²⁵ Che recherà (⁵) la testa (⁶) con tre bechi:
Qui distorse la faccia, e di fuor trasse
La lingua, come bue che naso lechi.
- ²⁶ Et io, temendo che 'l più star crucciasse
Quel (⁷) che di poco star m'avea monito,
Tornàmi indietro dall'anime lasse.
- ²⁷ Trovai 'l duca mio ch'era salito
Già 'n su la groppa del fiero animale;
Disse a me: Or sia forte et ardito.
- ²¹ *Postmodum, procedendo de meo intuitu currum,
Vidi unam aliam sicut sanguine rubeam
Monstrando unam aucam albam sicut burrum.*
- ²² *Et unus, qui de una scrofa azurria et grossa
Signatum habebat suum sacculum album,
Michi dixit: Quid facis tu in ista fossa?*
- ²³ *Ergo recede: et quia tu es vivus adhuc,
Scias quod meus vicinus Vitalianus
Sedebit hic apud meum sinistrum flancum.*
- ²⁴ *Cum istis Florentinis sum Paduanus;
Spissis vicibus michi intronant aures,
Clamando: Veniat miles supremus,*
- ²⁵ *Qui portabit tascam cum tribus yrcis:
Hinc distorsit faciem, et foris traxit
Linguam, sicut bos qui nasum lingit.*
- ²⁶ *Et ego, timens ne meum stare cruciaret
Ipsam qui me de pauco stare habebat admonitum
Redi retro ab animabus lapsis.*
- ²⁷ *Inveni ducem meum qui iam ascenderat
Super groppam feri animalis,
Et dixit: Iam sis fortis et audax.*

(¹) carro. — (²) borsa. — (³) al. iv'entro. — (⁴) ancora. — (⁵) ne la sua borsa. — (⁶) al. la tasca. — (⁷) Virgilio.

Modo ponit alium civem florentinum, scilicet Gabrielem de Ubriachis, dicens: Postmodum, procedendo de meo sguardo, idest intuitu, currum, idest currum meorum oculorum, vidi unam aliam, scilicet bursiam, sicut sanguinem, rubeam, monstrando unam aucam albam, sive anserem blancum sicut burrum, idest butrum.

Demum ostendit dominum Ioannem Baiamontem de Strovignis de Padua, dicens: Et unus, qui de una scrofa azurria, idest grossa, signatum habebat suum saccellum album, idest suam bursiam albam, michi dixit: Quid facis tu in hac fossa? idest in ista arena, ubi sunt feneratores. Erat hic in loco valde basso, quia, in extremitate, quanto magis itur, tanto magis concavus locus reperitur. Quasi dicat ille tertius, qui loquitur cum auctore: Credis, forte, in hac fossa numerare omnes feneratores et usurarios? Non posses, certe, quia sumus hic quasi infiniti; nam vitium nostrum iam transivit ad mercatores, ad cansores, ad artifices, et, quod detestandum est, ad sacerdotes et prelatos.

Ergo recede, et quia tu es vivus adhuc, scias quod meus vicinus Vitalianus sedebit hic ad meum sinistrum flancum: idest ilium. Iste dominus Vitalianus fuit Paduanus de domo de Dentibus: nondum erat mortuus, quando Dantes composuit hoc capitulum; sed statim morietur et veniet huc miles sovrano, idest supremus, idest qui tenet principatum inter usurarios. Iste dominus Vitalianus per arma habebat tres yrcos, quasi currentes, in uno campo albo.

Cum istis Florentinis sum Paduanus: spissis, idest pluribus vicibus michi intronant, idest surdescunt, aures, clamando: Veniat miles supremus, qui portabit tascam, idest bursiam, cum tribus yrcis. Hic *distorsit*, idest in tortum, sive in obliquum, vertit faciem, et foris traxit linguam, sicut bos qui nasum leccat, idest lingit. Hoc dicit auctor, quia hic dominus Ioannes Baiamonte, qui loquebatur cum auctore, dum vivebat, hunc talem morem et turpem actum, sive gestum, habuit, quia sepiissime trahebat foris linguam et ponebat quasi ad nasum, nec a tali more poterat abstinere.

Descripto sufficienter circulo violentorum, iam auctor vult describere descensum suum ad circulum fraudis; et continuans, dicit: Et ego timens, ne meum amplius stare (cum usurariis, supple) ipsum, scilicet Virgilium, cruciaret, qui me de pauco stare, idest pauca mora, habebat monitum, idest monuerat, redi retro ab animabus lapsis, idest fessis, sive cruciatis. Idest: non oportebat ibi plus stare, quia materia usure satis erat pertractata; ideo redi ad magistrum, qui cum Gerione me expectabat in extremitate descensus.

Nunc Virgilius incantat Dantem, quod non timeat, sed sit bene audax, et quando rediit ad magistrum, invenit eum iam ascendisse super *groppam*, idest super spatulas, sive renes, Gerionis; et quia, ne Gerion posset nocere Danti cum cauda, voluit Virgilius quod Dantes sederet ante ipsum, quia ex parte capitis habebat caput benignum, sed

- ²⁸ Omai si scende per sì facte scale:
Monta dinanzi, ch'io vogl'esser mezzo,
Sì che la coda (¹) non possa far male.
- ²⁹ Qual è colui, ch'è sì presso al riprezzo
De la quartana, c'ha già l'unghia morte,
E trema tutto sol guardando el rezzo,
- ³⁰ Tal divenn'io a le parole porte;
Ma vergogna mi fer le sue minacce,
Che innanzi a buon signor fan servo forte.
- ³¹ Io m'assettai in su quelle spal[l]acce:
Sì volli dir, ma la voce non venne
Com'io credetti: Fa' che tu m'abbracce.
- ³² Ma esso ch'altre volte mi sovvenne
Ad alt[r]e sorti, tosto ch'io montai,
Colle braccia mi cinse e mi sostenne:
- ²⁸ *Ammodo descenditur per tales scalas:
Ascende a parte ante, quia ego volo stare in medio,
Ita ut cauda non possit tibi facere malum.*
- ²⁹ *Qualis est ille, cui appropinquat riprezzum
Febris quartane, qui habet iam ungulas pallidas,
Et tremit totus solum respiciendo rezzum,*
- ³⁰ *Talis deveni ego ad verba porrecta;
Sed verecundiam michi intulerunt mine sue,
Que ante bonum dominum faciunt servum fortem.*
- ³¹ *Ego me ad sedendum posui super illas spallatias:
Et volui dicere, sed vox non venit
Sicut credidi: Fac quod tu me amplexeris.*
- ³² *Sed ipse qui aliis vicibus michi subvenerat
In aliis punctis fortibus, quam cito ascendi,
Cum brachiis me cinxit et me sustinuit:*

(¹) sua.

caudam forcutam et venenosam; ideo Dantes in medio stetit, Virgilius ex parte caude. Inveni ducem meum qui iam ascenderat super *groppam* feri animalis; et dixit michi: Iam sis fortis et audax, *ardito*. Quasi dicat sibi: ascendendo talem belluam. Ammodo descenditur per tales scalas. Quasi dicat: Primo intrasti Infernum, aliquando per terram, aliquando per navim; in hoc loco descendes, non per terram, nec per navim, sed per unam belluam ita terribilem. Ascende a parte ante, quia ego volo stare in medio, scilicet inter te et caudam Gerionis, ita ut cauda non possit facere tibi malum. Vult dicere, quod homo, qui habet curam de aliquo, equitat super Gerionem, idest super fraudulentiam.

Hic accipitur ascendere super, pro conculcare: idest conculca fraudulentiam: noli tu esse fraudulentus; ideo ascende super, et dum habes facere, vel aliquid tractare, vel expedire, cum fraudulentibus, cave tibi ab ipsis, et maxime a cauda; nam tenent caudam absconsam; quia finis, quem intendit fraudulentus, est ad malam intentionem.

Modo fingit quod, auditis hiis verbis, timuerit multum, sicut iam pluries finxit se timuisse: sed fingit quod nunc nimis timebat, quia scilicet scribere materiam fraudis et fraudulentiam difficilius sit quam materiam violentie; vel quia difficilius est fugere et evadere fraudem, quam violentiam. Ideo in Ytalia dicitur proverbialiter: Ab illo, in quo confido, defendat me Deus; ab illo, de quo non confido, cavebo michi egomet.

Modo describit per comparisonem istum timorem. Comparatio est talis. Ille, qui patitur febres quartanas, quando appropinquat hora adventus febris, febrem patiens, appropinquat ad *riprezzum* (riprezzum est appropinquo hore, qua febris solet redire), et iam ungule manus sunt *smorte*, idest fiunt pal[l]ide, qui tremit totus, quia incipit sentire, respiciens *rezzum*, idest primum rigorem. Dicit igitur: Qualis est ille, cui approximat riprezzum, idest approximat

hora supervenientis febris quartane, qui habet iam ungulas *smortas*, idest pal[l]idas, quia color pal[l]idus est color quasi corporis mortui; et tremit totus, solum respiciendo rezzum, idest primum rigorem; talis deveni ego, idest effectus sum, ad verba porrecta, idest michi dicta: sed verecundiam michi fecerunt, idest intulerunt, mine sue, que ante bonum dominum faciunt, idest efficiunt, servum fortem.

Ymaginandum est, quod Virgilius, videns Dantem timidum, sibi dixit: Ah vilis persona, miser! iam tantum opus fecisti; tu ita acutus es et tam eruditus: ideo non deberes timere. Dicit, quod talis verecundia facit ipsum audacem. *Mine*: quasi dicat Virgilius: Nunquam venies ad tuam desideratam famam, si propter timorem defeceris. *Ante bonum dominum*: ita efficitur fortis bonus discipulus coram bono doctore. Sic fecit Cesar in Gallia. Cum semel esset in prelio, vidit suos fugere, quos revocabat verbis et cum clamoribus; nec sic proficiebat: tunc descendit de equo et opposuit se solum pedestrem contra inimicos; quod videntes, qui iam ceperant fugere, redierunt ad ipsum, viriliter pugnantes, et obtinuerunt prelium.

Ego me *assettai*, idest ad sedendum posui, super illas spatulas, idest vastas spatulas, et volui dicere (sed vox non venit, idest defecit, sicut credidi): Fac sic ut me amplexeris. *Abbracce*, idest amplexeris. Vocat hic auctor spatulas Gerionis, *spallacie*, idest vastas spatulas. Non sunt maiores in mundo spatule quam iste, scilicet spatule fraudis, que portant quasi totum mundum; nam quasi totus mundus in fraudibus est, quia totus mundus positus est in maligno, et fraudibus et mendaciis totus mundus regitur. Nam minute sunt virtutes a filiis hominum; unusquisque loquitur falsum cum proximo suo. Ecce quod auctor voluit dicere Virgilio: Amplexeris me; idest voluit adherere rationi.

Sed ipse, scilicet Virgilius, qui aliis vicibus michi subvenerat in aliis punctis fortibus, quam cito ego montavi,

- ³³ E disse (¹): Gerion, muoveti omai;
Le rote larghe, e lo scender sia poco:
Pensa la nuova soma che tu hai.
- ³⁴ Come la navicella esce dal loco
Indietro indietro, sì quinci mi tolse;
E poi che tutta si sentì a gioco,
Dov'era'l pecto, la coda rivolse,
E quella tesa, com'anguilla, mosse,
E co'le branche l'aere a sè ricolse.
- ³⁵ Maggior paura non credo che fosse,
Quando Phetonte abbandonò li freni,
Perchè'l ciel, come par, ancor si cosse (²):

(¹) o. — (²) nonchè la terra.

idest ascendi, cum brachiis me avinxit, idest cinxit, et me sustinuit. Ad aliud punctum, vel dubium, forte: idest magnum et profundum dubium. Michi subveniebat, idest me iuvabat. Avinxit: idest amplexus fuit me.

Demum locutus fuit Virgilius belue, et dixit (vocat eum nomine proprio): *Gerion*: quasi gerens omnia (bene figurat fraudem, idest generaliter omnes homines): *move te omai*, idest admodum: *rotas largas*, idest circulos latos et amplos, *fac, et descende paullatim*: *cogita novam salmam, quam habes*. Gerion hodie quasi omnes portat, quia omnis homo quasi vivit fraudulenter; omnis falsificat artem suam. Iam ciardo, idest ille, qui facit sotulares, sive *scarpas*, nisi dicat multa mendacia, etiam iuramento, subito efficietur pauper; si dicit multa mendacia, iurando illa, fit dives cito: et sic faciunt mercatores, et omnes artifices. De procuratoribus et advocatis nemo dubitat, quod raro loquuntur verum, aut recte consulunt. *Movete*: quasi dicat: Iam est hora recedendi a circulo violentie, fac rotas latas et amplas, et paullatim descende; ad denotandum, quod pedibus plumbeis, absque precipitatione, opus istud, idest descriptio ista, faciendum sit; vel quia caute oportet incedere cum fraudulentis. *Novam salmam*: quia istud animal Gerion habet transferre animas obstinatas in malo, de violentia ad fraudem. Sic faciunt multi: ubi non possunt nocere violenter, nocent fraudulenter. Dantes erat nova salma, quia erat vivus; non violentus, idest, nec fraudulentus.

Move te, Gerion: ista est quarta pars huius capituli, in qua vult ostendere, quod Gerion se moveat, et quomodo. De motu dictum est; sed modum insinuat, dicens: Sicut navicula exit de loco, idest recedit a portu, sive a littore, retro se volvens, idest habendo proram ubi erat puppis; sic fecit ista fera, quia posuit caudam ubi prius habebat caput. Sic inde se tollit, idest removit; et postquam se sensit *a[d] giuocum*, idest in aere, idest in aqua, scilicet natando, ita quod nihil tangebatur de terra, ubi erat pectus, caudam revolvit, et illam, scilicet caudam, extendit, *tese*, sicut anguilla movit, et cum brachiis, idest pedibus, aierem *raccolsit*, idest attraxit.

Ad intelligendum duas comparationes hic positas, oportet notare duas hystorias, quarum una ponitur in principio

- ³³ Et dixit: O Gerion, move te ammodo;
Rotas largas fac, et descende paullatim:
Cogita novam salmam quam habes.
- ³⁴ Sicut navicula exit de loco
Retro se volvens, inde se tollit;
Et postquam se sensit ad giuocum,
- ³⁵ Ubi erat pectus, caudam revolvit,
Et illam extendit, sicut anguilla movit,
Et cum brachiis aierem recolsit.
- ³⁶ Maiorem timorem non credo fuisse,
Quando Fethonth dereliquit frena,
Quare celum, sicut apparet, adhuc arsum fuit:

secundi libri Metamorphoseos Ovidii, alia in principio sexti Eneydos. Prima est hec. Semel Phetonth, filius Phebi, dei Solis, fuit esprobratus ab Epaphone, quod ipse non erat filius dei Solis; qui Phetonth ivit ad matrem, dicens: O mater, tu sepe dixisti michi, quod eram filius Solis, et iam dictum est michi, hoc non esse verum; sic sum pexime contentus. Que respondit: Fili mi, vere tu es filius Solis, et permicte dicere emulos tuos quidquid dicere volunt; et ut bene certificeris, vadas cras, mane diluculo, et summo mane, ad orientem, et cum videris patrem tuum super orizontem, interroga eum, si es filius suus, an non. Sic fecit Phetonth. Facto mane, videns patrem suum super orizontem, clamans, dixit: Est tu ne pater meus? Qui respondit: Fili mi, sine fallo. Tunc dixit Phetonth: Ut totus mundus de hoc certificetur, volo quod permittas ista die conducere currum tuum. Quia Phebus iuraverat sibi, filio suo, per Stigias Inferni et per fluvios infernales, facere ei omnem gratiam, quam peteret, dixit sibi: Fili mi, male petis; desiste a petitione. Dixit Phetonth: Nunquam desistam: omnino volo hanc gratiam a te. Bene, dixit pater, gratiam non possum tibi denegare, ex quo iuravi per fluvios Inferni; sed bene dico, quod male eveniet tibi, quia, nesciens conducere hunc currum, precipitaberis et peries sine fallo; nam isti quatuor equi, [qui] conducunt et trahunt, currunt, sunt fortes, feroces; hac nocte bene comederunt: tu es puer levis; non sentient me ponderosum, prementem; non obedient tibi, et sic peries. Attamen docebo te, quid agere debeas. Tene stricte habenas; habecordi ne calcaribus pungas equos: parce, o puer, stimulis, sed fortius utere loris; sponte sua properant; labor est inibere volentes: sequere vestigia pedum, que fecerunt nocte preterita; vade per semitam quam videbis, nec nimis ascendas ad polum, nec nimis te flectas ad oppositum, sed medium tene: cetera quoque Fortune relinquo. Et sic Phetonth cepit ducere currum Solis, qui, usquequo Sol ascendit ad meridiem, transivit; post meridiem, quando Sol debuit declinare versus vespertum, equi non obediebant puero; ipse nesciebat eos regere; unus trahebat ad unam partem, alius ad aliam; et sic Sol tantum calefaciebat terram, quod omnes arbores et omnes erbe comburebantur. Tunc Terra devote orabat ad Iovem, deum deorum, ut succurreret sibi.

- ³⁷ Nè quando Ycharo misero le reni
Sentì spennari per la scaldata cera,
Gridando'l padre (¹) a lui: Mala via tieni;
- ³⁸ Che fu la mia, quando vidi ch'i'era
Nell'aer, e d'ogni parte, vidi spenta
Ogni veduta, fuor che della fiera.
- ³⁹ Ella sen va notando lenta lenta;
Rota (²), e discendo, ma non me n'accorgo,
Se non ch'al viso e di sotto mi venta.
- ³⁷ Nec quando Icarus miser renes
Sensit spennari propter calidam ceram,
Clamante patre ad eum: Malam viam tenes;
- ³⁸ Quam fuerit meus, quando vidi quod ego eram
In aiere ex omni parte, [et] vidi extinctam
Omnem visionem, excepta illius fere.
- ³⁹ Illa ibat natando lenta, lenta;
Rotat et descendit, sed non perpendo,
Nisi a visu, et deorsum me raventat.

(¹) Dedalo. — (²) al. roto.

Tandem Iupiter, pietate motus, propter orationes Terre, accepit unum fulgurem, et fulminavit Phetonthem, et interfecit eum; qui de celo cecidit mortuus in fluvium Padi, circa principium eius. Hic Phetonth habebat aliquas sorores virgines, que iverunt ad locum, in quo ceciderat corpus Phetonthis, et tam diu ploraverunt, quousque converse sunt in fontes, et inde de fontibus illis tanta abundantia aquarum fluit, quod Padus est ita magnus fluvius; ideo dicit textus: Quando Phetonth reliquit frenos, quando fuit fulminatus.

Secunda hystoria est ista. Postquam Theseus evasit de insula Crete, ducens secum Fedram [et] Adrianam, duas filias Mynois regis, interfecto Minotauro, pervenit ad aures et notitiam Mynois, quomodo, ex industria Dedali, Pasiphe in vaccha falsa fuerat impregnata; quare rex Mynos carceravit et posuit in carcere, in laberinto, carcere Minotauri, ipsum Dedalum, tam ingeniosum virum, cum filio suo Icaro: habebat etenim ipse Dedalus filium, nomine Icarum, utique sexdecim annorum. Dum autem staret pater, scilicet Dedalus, cum suo filio Icaro in carceribus (nec poterat inde evadere quovis modo), a quibusdam amicis suis occulte obtinuit taliter, quod habuit copiam de cera, de pice et de pennis aviorum anserum, et aliarum magnarum avium; et cum hiis fecit sibi et filio suo alas et remigium alarum, et sic disposuit posse volare et fugere de insula Crete, de manibus et dominio regis Mynois et venire prope Neapolim, ad partes Ytalie. Et antequam inciperet volare, docuit et magistravit filium Icarum, dicens: Fili mi, nos ad evadendum istum carcerem et eius miseriam, fugiemus hinc volando; sed oportet volare super mare per magnum spatium, et oportet cavere ne volemus nimis basse, idest prope aquam, quia tunc aier non sustineret nos; nec etiam nimis alte, quia in altitudine aieris est tanta caliditas, quod cera et pice liquefieret, et sic caderent penne, et perderemus alas, et periremus. Ideo sequere me: nec altius, nec bassius volas, quam ego faciam. Quod filius promisit facere. Sed, incipientibus ipsis volare, infra paucum spatium, dum essent in alto mari, Icarus, puer insipiens, voluit ascendere versus celum ad videndum, et sic deviavit a patre. Cum appropinquaret ad partem superiorem aieris, pro nimio calore, qui ibi est, liquefacta fuit cera, similiter et pice; et sic dissolute sunt penne; et ale, sive remigium alarum, evanuerunt; et cecidit Icarus in mari, et, suffocatus, mortuus [est]. Unde, ex tunc, illud mare vocatum est mare Icarum. Dedalus

vero, fugiens Mynois regna, applicuit ad antrum Sibille prope Neapolim per decem miliaria, et ibi fecit illos labores, sive laboreria, de quibus loquitur Virgilius in principio sexti Eneydos.

Modo ad textum redeundo, vult dicere, quod dum ascendit super spatulas Gerionis, tunc timuit, sicut timebat Icarus, dissolutis alis, et liquefacta cera super renes, quando clamabat ad patrem: Pater, adiuva, adiuva. Iam ad textum.

Maiorem timorem non credo fuisse quando Phetonth dereliquit frena, quare celum, sicut apparet, se *coscit*, idest arsum fuit.

Adhuc est hic notandum, quod est una constellatio in celo, idest multiplicatio stellarum in celo, que stelle ex earum multiplicatione faciunt et causant magnum lumen et splendorem in celo; et extenditur illa multitudo stellarum in longum, et vocatur ab Aristotile, secundo Meteororum, via lactea. A vulgaribus dicitur, quod est via, per quam alienigene vadunt Romam. Poete vero fingunt, quod est quedam arsurum, que fuit combusta tunc quando Phetonth fuit a Iove fulminatus. Ideo dicitur in textu: Quare celum, sicut apparet, fuit arsum, idest combustum.

Ecce aliam comparationem: Nec quando Icarus miser renes sensit spennari, idest pennis privari, propter calidam ceram, clamante patre sibi: Malam viam tenes. Morali-ter, iste fictiones significant quod sapiens pater dicit filio: Noli volare antequam habeas alas: noli volare nimis in altum, ultra quam requirat natura et bonus mos. Et ideo Dantes, volans per istud altum mare, idest in istam speculationem, noluit volare nisi quantum videbat se sufficere. Nota quod in celo apparet illa via lactea, quam etiam aliqui dicunt fore via eundi ad Sanctum Iacobum, que procedit ab occidente versus meridiem. Adaptat ad propositum Dantes, dicens, quod non fuit illis, de quibus dictum est, maior timor, quam fuerit meus, quando vidi, quod ego eram in aiere ex omni parte, et omnem visionem vidi extinctam, excepta scilicet visione illius fere. Quasi dicat: Nihil videbam, nisi ieram.

Illam ibat natando *lenta, lenta*, idest paullatim: rotat, idest circum vadit et descendit; sed non perpendo nisi a visu: et deorsum me ventat; idest, *scroscium*: prope semitas

- 40 Io sentia già da la man destra el gorgo
Far sotto noi un horribile stroschio;
Per ch'io la testa giù cogl'ochi sporgo.
- 41 Allor fu'io più timido allo scoscio:
Però ch'io vidi fuochi, e sentii pianti;
Ond'io tremando tutto mi raccoscio.
- 42 E vidi poi, che nol vedea davanti,
Lo scender e'l girar per li gran mali
Che s'appressavan da diversi canti.
- 43 Come'l falcon ch'è stato assai in su l'hali,
Che senza veder logoro o uccello,
Fa dire al falconier: O mè! tu cali:
- 44 Discende lasso, onde si muove snello
Per cento rote, da lungi si pone
Dal suo maestro, disdegnoso e fello:
- 45 Così ne pose al fondo Gerione
A piè a piè della stalliata roccia,
E, discarcate le nostre persone,
Si dileguò, come da corda cocchia.

aquarum, parvus ventus me movet. Iam sentiebam ad manum dexteram gurgitem facere sub nobis horribile stroschium, idest horribile sonum; quare oculos deorsum et caput porrigo, idest inclino. Tunc ego fui magis timidus ad scoscium, idest ad descensum, quia ego vidi ignes et sensi planctus; unde ego, tremendo, totum me rescoscio, idest restringo. Ecce quod, primo, timebat ascendere super bestiam, et hic [timet], inclinans oculos considerationis ad considerandum quid erat sub isto stroschio, idest sonitu.

Et vidi postea (quia non videbam ante) descensum et clamores propter magna mala, que appropinquabant ex diversis partibus. Modo per unam comparisonem vult ostendere auctor, quomodo descendit Gerion, et quomodo applicuit ad ripam, et quomodo disposuit eos, qui erant super ipsam bestiam, et quomodo discessit ab eis. Comparatio talis est. Falconerius, idest ille, qui habet curam de falconibus, aliquando, in campania, solvit et dimittit falconem in venationem. Falco volat per aierem huc illuc; et

- 40 Iam sentiebam ad manum dexteram gurgitem
Facere sub nobis horribile stroschium;
Quare oculos deorsum et caput porrigo.
- 41 Tunc ego fui magis timidus ad scoscium:
Quia ego vidi ignes, et sensi planctus;
Unde ego tremendo totum me rescoscio.
- 42 Et vidi postea, quod non videbam ante,
Descensum et clamores propter magna mala
Que appropinquabant ex diversis partibus.
- 43 Sicut falco qui satis stetit in alis,
Qui absque hoc quod videat logorum, [aut avem],
Facit dicere falconerium: Heu michi! tu calas:
- 44 Descendit lapsus, unde movebat se snellus
Per centum rotas, et a longe se ponit
A suo magistro, dedignatus et fellus:
- 45 Ita nos deposuit ad fundum Gerion
Prope prope deformem rocciam,
Et, dehonieratis nostris personis,
Se deleguavit, sicut a corda cocchia.

si non reperit nec videt avem, sive venationem, descendit lassus, fatigatus, et facit centum rotas, sive circulos in aiere. Demum ponit se a longe a falconerio, aliquando per magnam distantiam; unde falconerius dolet, dicens: Heu michi! tu calas; idest descendis, idest, non ad velle meum. Ita ad propositum dicit auctor: Sicut falco, qui satis stetit in alis, idest in aiere volans, qui absque hoc quod videat logorum, idest cibum, vel avem; facit dicere falconerium: Heu michi! tu calas, idest descendis, sine preda: descendit lassus, idest fessus, unde movebat se snellus, idest levis, per centum rotas, idest circulos, et a longe se ponit a suo magistro, dedignatus et fellus, idest turbatus; ita nos disposuit ad fundum Gerion, appiè, appiè, prope, idest prope de tagliata, idest deformi, roccia, idest ruina; et dehonieratis, idest depositis, nostris personis, se deleguavit, idest disparuit, sicut a corda cocchia, idest sagipta. Cocchia dicitur proprie illa fixura sagipte, in quam intrat corda archus; sed hic accipitur modo poetico pars pro toto. Sic est: postquam sagipta emittitur ab archu, disparet.

LA FIERA DESCRITTA DAL POETA IN QUESTO CANTO

Maravigliosa è la figura della Frode che ci dà in questo canto l'Alighieri; una di quelle dipinture, che non possono uscire se non da ingegni sovrani, come fu il suo. Non v'è commentatore, o studioso del gran Poema, che non vi si fermi e non ne mostri alta ammirazione. È figura che fa rabbrivire; e la frode, per verità, è tale, come egli la descrive, nei lusinghieri suoi attramenti, nelle sue arti e ne' terribili suoi effetti. Ed è la stessa frode, di cui in parte già descrisse i guai che produce nella società, compiendone in questo canto e nel seguente la descrizione.

Di fatti, la frode è tal malizia che si presta ad ogni genere di misfatti, non essendo ristretta per sua natura più ad un genere di persone che ad un altro; e ciononostante vi fu chi, a modo cabalistico, si fece gloria d'aver trovato ritratta dal Poeta in questa fiera la romana Chiesa e il supremo suo magisterio, per farli segno all'odio universale. È grandemente a dolere che questa, come altre strane aberrazioni dell'infelice Rossetti, si facciano rivivere da scrittori italiani. No, il divino Poema non è una cabala: ché se fosse, non soltanto perderebbe l'appellativo di divino, ma diventerebbe il più ignobile lavoro che possa mai concepirsi.

La frode (giova ripeterlo) è arte malvagia, che entra e può entrare in ogni genere d'iniquità; e i promotori de' vizi, nei precedenti canti, come nel presente, dal Poeta colpiti, ci dicono quale concetto egli ne avesse: vogliam dire i Gianfigliuzzi di Firenze, i Dal Dente di Padova, i Buiaumonti, e tutti quegli altri che egli riconosce al color della tasca, che lor pendeva dal collo.


Poi che nel viso a certi gli occhi porsi,
Nei quali il doloroso fuoco casca
... io m'accorsi
Che dal collo a ciascun pendea una tasca,
Ch'avea certo colore, e certo segno;
E quindi par che 'l lor occhio si pasca.
E com'io riguardando tra lor vegno,
In una borsa gialla vidi azzurro,
Che d'un lione avea faccia e contegno.

Poi procedendo di mio sguardo il curro,
Vidine un'altra come sangue rossa,
Mostrare un'oca bianca più che burro.
Ed un, che d'una scrofa azzurra e grossa
Segnato avea lo suo sacchetto bianco,
Mi disse: Che fai tu in questa fossa?
Or te ne va': e perchè se' vivo anco,
Sappi che 'l mio vicino Vitaliano
Sederà qui dal mio sinistro fianco.
Con questi Fiorentin son Padovano:
Spesse fiate m'intronan gli orecchi,
Gridando: Vegna il cavalier sovrano,
Che recherà la tasca co' tre beccchi.
Quindi storse la bocca, e di fuor trasse
La lingua, come bue che 'l naso lecchi.

In letteratura, come in scienza, non vi è peggio della cabala, che ne è morte; non rimanendo che maliziosa goffaggine, la quale a poco a poco si converte in tale viziamento dello spirito, che addiventa da ultimo qualche cosa di orrido: perchè se lo spirito discende dalle alte regioni del vero e del bello, al cui apprendimento e possesso venne creato, si perde nei bassi e intricati laberinti della materia, fra i quali bene spesso si travolge in un totale rinnegamento di sé stesso.

Nè riescono meglio certe fantastiche e indefinite idealità, oggi tanto vagheggiate, nelle quali non sono concetti reali, dove possa trovare vero e sostanziale alimento lo spirito; questo, poichè è realtà, e realtà potente, chiede ed ha bisogno di realtà, della somma realtà del vero, del bello e del buono, che sia appagamento delle sue aspirazioni, e nel cui possesso trovi da ultimo il vero compimento della sua vita.

È doloroso, ripetiamo, che noi Italiani, a' quali Dio dette un intuito e un sentimento così pieni e sicuri nel percepire il vero ed il bello; è doloroso che, per miserabili passioni, e contro coscienza, lo deturpiamo, pazzamente imitatori di stranieri, che si diletano a farci traviare appunto per diminuir le glorie nostre. Che cosa ne acquisteremo noi, da ultimo, se non un fiero rimorso e un amaro pentimento?





CAPITULI DECIMIOCTAVI SUMMARIUM

In capitulo decimoctavo, quod incipit: *Locus est in Inferno dictus*, sive vocatus, *Malibolgie*, auctor describit penam duplicis fraudis, scilicet lenocinii et blandimenti, quia sunt iste due species plurimum similes. Primo describit istos decem circulos, sive Malibolgias, in quos dividitur iste secundus circulus Inferni murati, qui in ordine totali est septimus circulus quantum ad totum Infernum. Istud tamen vocabulum Malibolgie nunquam inveni in aliquo auctore, nisi in isto. Iste locus est concavus et capax multum, et est una magna vallis que continet in se decem valles, sicut circulus superior violentorum continebat tres circulectos. Vocat tales decem valles auctor Malibolgias, quia sunt replete valde malis spiritibus. Ista vallis cum omnibus convallibus circuit unum putheum profundissimum, de quo dicetur postea, quando erit expedita materia istarum decem fraudum. De una valle istarum decem ad aliam est unus pons, per quem transitur de una ad aliam. *Ora*, in isto loco descendentes de dorso Gerionis ad manum dexteram, auctor vidit nova tormenta, novos tormentatores et novos tormentatos. Ipsi autem, scilicet Virgilius et auctor,

ibant ad manum sinistram, sicut continue itur per Infernum. Sed ad manum dexteram erant tormenta. Tormentum, sive pena, lenonum est tale. Nam per istam primam vallem, sive primam Malibolgiam, in fundo currunt quasi innumerabiles anime nude, post quas currunt demones cornuti cum flagellis in manibus, flagellantes ipsas animas lenonum, et percutientes tam fortiter, quod nulla illarum, recepto uno ictu, expectat secundum; sed quelibet fugit. Et inter illas animas auctor recognovit animam Venedici Caccianimici de Bononia, qui fuit maximus leno, in tantum quod propriam sororem, nomine Guisolambellam, conduxit ad faciendum voluntatem marchionis Ferrarie et ad consentiendum ipsi marchioni Ferrariensi. Et in eodem capitulo ponit penam blandientium, que pena talis est. Nam in fundo vallis, in aliqua parte, erant stercora fetentia et putredines fetidissime, in quibus involvuntur isti blandientes. Inter lenones recognovit etiam Iasonem, qui decepit Ysiphilem. Inter blanditores invenit et recognovit Allexium de Interminellis de Lucca, et Taydem meretricem, etc.



CAPITULUM DECIMUM OCTAVUM

1 Luogo è in Inferno, decto Malebolge,
Tutto di pietra e di color ferrigno,
Come la cerchia che dintorno volge.

Loco è in Inferno. Locus est in Inferno: istud est decimum octavum capitulum huius Inferni, in quo auctor ad speculationem decem vallium, sive decem Malibolgiarum, accedit, in quibus puniuntur decem species fraudis in generali; tamen etiam in eo tractatur de prima specie fraudis, scilicet de lenocinio, sive de ruffiania. Quod quidem capitulum dividitur in quatuor partes. In quarum prima describit in generali totum circulum decem vallium, et situm et penam generalem prime speciei fraudis, que levior est, saltem minus gravis.

In secunda, que incipit ibi:

Mentre io;
Dum ego irem,

facit mentionem de uno spiritu moderno bononiensi. In tertia, que incipit ibi:

Io me raggiunsi;
Ego me reunivi,

facit auctor mentionem de uno notabili spiritu antiquo, qui etiam fuit involutus in hoc vitio.

In quarta parte, que incipit ibi:

Già eravamo;
Iam eramus ubi strictus callis,

tangit aliam speciem fraudis, adulationem scilicet. Primo, igitur auctor vult describere circulum fraudis, sive fraudulentie, qui continet in se decem, quos auctor vocat Malibolgas. Hoc vocabulum, Malibolgie, est proprie vocabulum auctoris, quia nunquam tale vocabulum in aliquo loco, nec in auctoribus poetis, nec in philosophis, inveni, nec in Chronicis, nec in sacra Scriptura. Depingit auctor sic istum circulum fraudis, quod ipse contineat in se decem

1 *Locus est in Inferno, dictus Malibolgie,*
Totus de petra et coloris ferrignus,
Sicut circulus qui in circum volvitur.

vallones circulares, sive circulos, vocatos Malibolgas, ita quod primus circulus istorum decem, continet secundum: secundus, tertius; tertius, quartus; quartus, quintus; et sic usque ad decem: et semper est latior maior; secundus, minor primo; tertius, minor secundo; quartus, minor tertio; quintus, minor quarto; et sic de aliis. Postea quando devenitur ad decimum, tunc in medio eius, idest decimi, est unus putheus profundus, de quo, et de eius ordine, dicitur suo loco et tempore. Demum de circulo in circulum, sive de vallone in vallone, sive de Maliborgia in Maliborgia, est unus pons, per quem itur de uno circulo in alium; et sic sunt decem circuli: ita oportet quod sint ad minus novem pontes ad transeundum. Et ad describendum tales vallones, sive circulos, ponit auctor talem figuram. Ymaginemur unum castrum in planitie, bene rotundum et muratum; et extra murum habeat, tale castrum, decem fossata, que circumant castrum. Et de porta castri, super primum circulum, sive vallone, sit unus pons; et sic, postea, sit alius pons de primo circulo ad secundum; et sic de secundo ad tertium; similiter de tertio ad quartum: ita quod a porta castri, procedendo usque ad ultimum circulum, sive vallone, est quasi unus pons longus, qui transit omnes illos circulos, sive vallones. Sic hic, in isto loco, ponit auctor. Tunc sic ad textum.

Locus [est] Inferni, dictus Malibolgie, totus de petra et coloris ferrigni, idest de ferro, sive ferrei, sicut circulus, qui in circulum volvitur, idest continet in circum. Iste locus est concavus, capax vasis Malibolgie, quia per excellentiam sunt male; idest sunt mali illi, qui in hiis cruciantur, quia maiores malefactores debent habere fortiores carceres et acerbiores penas. Morali ter denotat difficultatem huius materie et duritiem eius.

2 Nel dritto mezzo del campo maligno
Si gira un pozzo assai largo e profondo,
Di cui a suo luogo dicerò l'ordigno.
3 Quel cinghio che riman adonque tondo,
Tra'l pozzo e'l piè dell'alta ripa dura,
Era distinto in diece valli 'l fondo.
4 Quale, dove per guardia de le mura
Più e più fossi cingon e castelli,
La parte dove sen rende sicura;
5 Cotal ymagin quivi (1) facean quelli:
E come a tal fortezze di lor sogli
De la ripa di fuor son ponticelli,
6 Così da una de le roccie scogli
Eran, che ricidien argini e fossi
Infin al pozzo, che i troncha e raccogli.
7 In questo luogo, dalla schena scossi
Di Gerion trovammoci: e'l Poeta
Tenne a sinistra, et io dietro mi mossi.
8 A la man dextra vidi nuova pietra:
Nuovi frustati e nuovi frustatori,
Di che la prima bolgia era repleta.
9 Nel fondo erano nudi e peccatori:
Dal mezzo in qua ci venien verso'l volto;
Di là con noi, ma con passi maggiori.

(1) al. ivi.

In recto medio campi maligni vanegiat (idest vanus est) unus putheus largus et profundus, de quo suo loco et suo tempore dicitur ordo eius. Ille circulus, qui remanet, ergo, est tondus, idest rotundus, inter putheum et pedem, idest principium, ripe dure: erat distinctus in decem valles in fundo.

Nunc ponit comparisonem talem, dicens: Qualiter ubi, pro custodia murorum, plures et plures fosse, idest fossata, cingunt, idest circumdant, castella, in partem, scilicet illa[m], ubi reddunt se minus segura, idest ubi facilius possent expugnari.

Modo aptat comparisonem ad propositum, dicens: Talem ymaginem hic faciebant illi, scilicet vallones. Et sicut a talibus fortelitiis, ab ipsorum sciolis, idest portis, sive ianuis, ad ripam de foris sunt *ponticelli*, idest ponticuli, sive pontes parvi; ita ab ymo ripe, *roccie*, idest circuli, *scoli*, idest scopuli, movebantur, idest protendebantur, qui recidebant, idest pertransibant, argines et fossata usque ad putheum, qui truncat, idest dividit, et recolligit, idest readiungit; idest intercedit et readiungit.

In isto loco: nunc continuat auctor finem capituli precedentis cum isto textu, dicens: In isto loco *scossi*, idest

2 *In recto medio campi maligni*
Vanegiat unus putheus satis largus et profundus,
De quo suo loco dicitur ordo eius.
3 *Ille circulus qui remanet ergo est profundus,*
Inter putheum et pedem ripe dure,
Erat distinctus in decem valles in fundo.
4 *Qualiter, ubi pro custodia murorum*
Plures et plures fosse cingunt castella,
In parte ubi se reddunt minus segura;
5 *Talem ymaginem hic faciebant illi:*
Et sicut a talibus fortalitiis ab ipsorum soliis
Ad ripam de foris sunt ponticelli,
6 *Ita ab ymo roccie scopuli*
Movebantur, qui recidebant argines et fossata
Usque ad putheum, qui dividit et recolligit.
7 *In isto loco, ab humeris depositi*
Gerionis invenimus nos: et Poeta
Ivit ad sinistram, et ego retro ipsum me movi.
8 *Ad manum dextram vidi novam pietam:*
Novum tormentum et novos frustatores,
De quibus prima bolgia erat repleta.
9 *In fundo erant nudi peccatores:*
A medio citra veniebant versus vultum;
Et ultra nobiscum, et cum passibus maioribus.

depositi, ab humeris Gerionis, invenimus nos: et poeta tenuit, idest ivit, ad sinistram; et ego retro ipsum me movi, idest secutus sum ipsum.

Nunc auctor vult depingere et describere penam lenonum, que est talis. Per vallem istam primam, dictam Maliborgia, currunt velocissime anime lenonum, et diaboli cornuti cum flagellis ferreis currunt post eas, et percunt eas fortissime, et sepe continue sic demones flagellant tales animas. Modo una pars vallis est a medio citra; alia pars a medio ultra: illa pars animarum, que deceperunt mulieres, faciendo lenocinium, causa suimet, vadit per unam partem; alia pars animarum, que deceperunt mulieres ad petitionem aliorum, vadit et currit per aliam partem. Istud est vitium lenocinii. Ponitur hic in isto primo circulo Malibolgiarum, quia est minus malum vitium, et tamen maioris culpe et verecundie; et loquitur hic auctor de Inferno morali. Dat eis istam penam, que predicta est.

Ad manum dextram vidi novam pietam, idest compactionem, idest vidi penam diversam ab aliis, novum tormentum et novos frustatores, idest tormentatores, de quibus prima bolgia erat repleta in fundo. Erant nudi peccatores. A medio citra veniebant versus vultum, scilicet nostrum; et ultra nobiscum, cum passibus maioribus, idest velocioribus.

- 10 Com'è Roman, per l'esercito molto,
L'anno del Iubileo, su per lo ponte
Fanno passar la gente modo tolto:
11 Che dall'un lato tutti hanno la fronte
Verso'l Castello, e vanno a Sancto Pietro;
Dall'altra [s]ponda vanno verso'l monte.
12 Di qua, di là, su per lo saxo tetro,
Vidi demon cornuti con gran ferze,
Che li battien crudelmente dirietro.
13 Hay, come facean lor levar le berze
A le prime percosse! già nessuno
Le seconde aspectava, nè le terze.
14 Mentr'io andava, gl'occhi miei in uno
Furon scontrati; ond'io tantosto (1) dissi:
Di già veder costui non son digiuno.
15 Per ciò a figurarlo e piedi affissi:
E'l dolce duca mio sì si ristette,
Et assenti (2) ch'alquanto indietro gissi.
- 10 *Sicut Romani, propter exercitum multum,
In anno Iubilei, super pontem
Habent ad transeundum gentem modum toltum:*
11 *Ab uno latere omnes habent frontem
Versus Castellum, et vadunt ad Sanctum Petrum;
Ab altera sponda vadunt versus montem.*
12 *Citra et ultra, supra saxum tetrum,
Vidi demones cornutos cum magnis ferzis,
Qui percutiebant crudeliter retro.*
13 *Ay, quomodo faciebant eos levare berzas
Ad primas percusiones! iam nemo
Secundas expectabat, nec tertias.*
14 *Dum ibant, oculi mei in unum
Obviaverunt; et ego subito dixi:
Iam vidisse istum non sum ieiunus.*
15 *Ideo ad assicurandum ipsum pedes fixi:
Et dulcis dux meus restetit,
Et assensit quod aliquantulum retro irem.*

(1) al. sì tosto. — (2) al. e consenti.

Cursum istorum describit per comparisonem talem. Pro qua intelligenda, nota, quod in millesimo trecentesimo fuit annus Iubilei, idest generalis r. missionis; et tantus populus ivit Romam, quod erat difficile transire per pontem Sancti Petri. Hic est notandum: per civitatem Rome transit et fluit unus pulcher et amenus fluvius, qui vocatur Tiberis, sive fluvius Tiberinus. Hic fluvius antiquo tempore vocabatur Albula; sed quia postmodum suffocatus fuit in eo unus rex Albanus, vocatus Tiberinus, ideo sic fuit vocatus. Vel aliter: in montibus, qui vocantur montes Cutuli, ubi oritur, sive nascitur, iste fluvius, sunt tres fontes, qui stant insimul propinqui, sic dispositi sicut unum T, idest sicut littera T; et quia fluit ab illis tribus fontibus, dicitur Tiberinus. Modo super Tiberim fluvium est unus pulcherrimus pons, qui dicitur pons Sancti Petri; et in capite pontis est illud castrum, tam nobile, quod vocatur castrum Sancti Angeli, quia, tempore Sancti Gregorii pape, dum fuit et urgebat tam magna pestis, apparuit unus Angelus cum ense et vagina; et tunc castrum illud vocatum fuit castrum Sancti Angeli. Modo tempore Iubilei, propter multitudinem transeuntium super pontem, multi cadebant de ponte. Fuit facta una divisio pontis: fuit factus paries in medio pontis, dividens pontem per medium in longitudinem; ita quod illi [qui] descendebant de Roma, et volebant ire ad Sanctum Petrum, tenebant vultum et faciem versus castrum Sancti Angeli; illi qui veniebant de burgo Sancti Petri, tenebant vultum et faciem versus montem Capitolii: nam, ultra pontem predictum, est burgum Sancti Petri, et est una bona civitas.

Iam iste describit iter istorum currentium, idest animarum istarum, per hanc vallem, sic: Sicut Romani, propter exercitum multum, idest multitudinem gentium, in anno

Iubilei super pontem fecerunt, ad transeundum gentem, modum toltum, idest avisatum. Illi qui volunt transire pontem, ab uno latere, *tutti*, idest omnes, habent frontem versus Castellum, et vadunt ad Sanctum Petrum; ab alia sponda, idest lateraliter, vadunt versus montem. Citra et ultra, super saxum thetrum, idest obscurum, vidi demones cornutos, idest cornua habentes, cum magnis *ferzis*, idest flagellis ferreis, qui percutiebant crudeliter retro. Demones cornuti, sunt illi, qui tentaverunt illos lenones, qui fuerunt causa, quod mariti illarum, quas inducebant ad opus inhonestum, essent *cornuti*. Nota, quod castrum, de quo dictum est, fuit factum fieri per Adrianum imperatorem et per Traianum; et sic usque ad tempus Beati Gregorii fuit vocatum castrum Adriani imperatoris.

Admodo auctor exclamat truphātice contra lenones, dicens: Ay, quomodo faciebant eos levare *berzas*, idest calcaneos, ad primas percusiones! Iam nemo secundas expectabat, nec tertias. Vult dicere auctor, quod isti demones tam atrociter percutiebant istos lenones, quod quisquis erat semel percussus, tam velociter currebat fugiendo, ut nunquam expectaret iterum percuti.

Mentre io andava. Dum ego ibam: ista est secunda pars huius capituli, in qua auctor tractat de uno spiritu moderno, qui fuit magnus leno. Hic vocatus fuit Venedicus Caccianimicus. Caccianimici est nomen magne domus de Bononia. Fuit bononiensis miles, et magnus amicus Opizi, domini marchionis Ferrarie. Hic dominus Venedicus Caccianimicus, bononiensis, unam habebat sororem carnalem, nomine Guisolambellam, que propter excellentiam pulchritudinis, dicebatur antonomastice Guisolabella, de qua

- 16 E quel frustato celar si credette
Chinando'l viso, ma poco li valse;
Ch'io dissi: O tu che l'occhio a terra gette,
17 Se l'affection (1) che porti non son false,
Venetico (2) se'tu Caccianemico (3);
Ma che ti mena a sì pungenti Salse?
18 Et elli a me: Malvolentier lo dico;
Ma sforzami la tua chiara favella,
Che mi fa sovvenir del mondo antico.
19 Io son (4) colui che la Ghisolabella
Condussi a far la vogla del marchese,
Come su suona la sconcia novella (5).
20 E non pur io (6) qui piango Bolognese:
Anzi (7) n'è questo luogo tutto (8) pieno,
Che tante lingue non son hor apprese
21 A dicer sipa (9) tra Savona e Reno:
Se di ciò vuoi fede o testimonio,
Recati a mente el nostro avaro seno.
- 16 *Et ille frustatus se celare credidit
Inclinando visum, sed modicum profuit;
Quia ego dixi: O tu qui oculum ad terram giptas,
17 Si factiones quas portas non sunt false,
Venedicus es tu Caccianimicus;
Sed qui [te] conducit ad sic pungentes Salsas?
18 Et ille michi: Male libenter dico;
Sed cogit me tua clara loquela,
Que me facit subvenire de mundo antiquo.
19 Ego fui ille qui Guisolabellam
Conduxi ad faciendum voluntatem marchionis,
Sicut sonat turpis novella.
20 Et non solum ego hic ploro Bononiensis:
Ymo iste locus est tam plenus,
Quod tot lingue non sunt nunc apprese
21 Ad dicendum sipa inter Savonam et Renum:
Et si de hoc probationem vel testimonium queris,
Reduc tibi ad mentem nostrum avarum sinum.*

(1) al. se le faction, et melius. — (2) no. pr. — (3) de' Caccianimici da Bologna. — (4) al. fui. — (5) nel modo quod de hoc facta fuit cantilena. — (6) solo. — (7) al. anco. — (8) al. tanto, et melius. — (9) sì.

dominus Opizo, marchio Ferrarie, erat philocaptus. Iste, ad complacendum marchioni, et propter donaria magna, que ipse marchio donavit isti domino Venedico, sic ordinavit, sicut leno miser, quod marchio habuit voluntatem suam et rem egit cum ista Guisolabella. Hunc dominum Venedicum Dantes noverat Bononie, dum esset ibi scolaris. Demum nota, quod super Bononiam est unus mons, super quem una ecclesia est Sancte Marie, que est in maxima devotione in populo bononiensi; super quem montem est unus locus, qui vocatur Salse, in quo campo solebant sepelli illi, qui se suspendebant, et ubi seppelliebantur usurarii et excommunicati. Et quando quis vellet impropere uni in Bononia, diceret: Utinam tu seppelliaris ad Salsas, idest in illo campo, etc. Et tunc ad textum.

Mentre, dum, ibant oculi mei, in uno obviaverunt, idest unum viderunt; et ego subito dixi: Iam vidisse istum non sum ieiunus. Idest, iam vidi istum (dum fuerunt simul sotii in scholis Bononie). Ideo ad affigendum eum, idest ad recognoscendum figuram eius, pedes fixi, idest steti. *Et dulcis dux meus restetit*, idest expectavit, et assensit quod aliquantulum retro irem, quia ille percussus ibat velociter.

Fingit auctor, quod iste nolebat cognosci. Per hoc notatur, quod hoc vitium est turpe et magne infamie et verecundie; ideo ille inclinabat faciem ad terram, ne auctor recognosceret eum. Et ille frustatus, idest percussus, se celare credidit, dimittendo, idest inclinando, visum: sed modicum profuit sibi. Multi credunt facere turpia multa occulte: quod tamen [non] evenit; ymo sepiissime talia veniunt ad lucem. Quare ego dixi: Tu qui oculos ad terram *gettas*, idest inclinas, si factiones, idest effigies, vel linea-

menta, quas portas, non sunt false, Venedicus es tu Caccianimicus: sed qui te conducit ad sic pungentes Salsas? idest, quod vitium per peccatum commisisti tu, quod te conducat ad locum tantarum penarum et tanti obprobrii, sicut sunt Salse? De quibus satis dictum est.

Et ille michi, supple dixit: Male libenter dico, supple quia verecundor; sed cogit me tua clara loquela (quia non loqueris velate, sed aperte, et video quod tu me nosti), que me facit subvenire, idest recordari, dummodo de mundo antiquo, idest quando eramus simul.

Ego fui ille (modo declarat quod fuit peccatum, quod conduxit eum huc), qui Guisolambellam, idest pulchram, conduxi ad faciendum voluntatem marchionis, idest ad consentiendum marchioni; qualiter sonet, dicatur, *sconcia*, idest turpis novella, idest turpe novum. Nam, quia multi dixerunt variis modis, quomodo marchio Ferrarie habuit sororem meam, et egit rem cum ea, et commisit adulterium; aliqui dicunt, quod marchio venit Bononiam occulte, et intravit domum, et violentavit eam: sed quidquid dicatur, rei veritas est, quod fui conscius et leno, et induxi eam ad illud malum faciendum. Novum non potest esse nisi turpe, quando dicitur de una nobili, quod commisit adulterium.

Modo vult se excusare cum excusatione miserorum, dicendo: Ego [non] sum solus; sed quasi omnes de Bononia sumus lenones.

Ad intelligendum textum sequentem, nota quod prope Bononiam, extra civitatem, per duo milliaria versus orientem, est unus parvus fluvius, qui vocatur Savona; alius si-

- ²² Così parlando, l' percosse un demonio
Con la sua scuriata, e disse: Via,
Ruffian, qui non è femine da conio.
- ²³ Io mi raggiunsi con la scorta mia:
Poscia con pochi passi divenimmo,
Dov' uno scoglio da la ripa uscìa.
- ²⁴ Assai leggiermente quel salimmo,
E volti a dextra su per la sua scheggia,
Da quelle cerchie eterne ci partimmo.
- ²⁵ Quando noi fummo là dove vaneggia
Di sotto, per dar passo agli sferzati,
Lo duca disse: Attienti, e fa che feggia
- ²⁶ Lo viso in te di quest'altri malnati,
A' quali non vedesti ancor la faccia,
Però che son con noi insieme andati.
- ²⁷ Del vecchio ponte guardavàn la traccia,
Che venia verso noi dall'altra banda,
E che la sferza similmente caccia (¹).

(¹) al. scaccia.

militer est versus occidentem, qui vocatur Renu de Bononia, qui etiam distat per duo milliaria versus Mutinam. Inter istos duos fluvios est sita Bononia. Secundo nota, quod *sipa* est vocabulum propriè bononiense: *sipa*, idest sic. Quando Bononienses volunt dicere: Deus velit quod ego sim bonus, dicunt: *Sipa*. Et est vocabulum valde usitatum in ydiomate bononiense; et sepius, eundo per civitatem Bononie, audies homines et mulieres dicentes: *Sipa*.

Modo vult ostendere iste dominus Vened'cus, quot Bononienses lenones sint hic in isto loco, dicens: Et non solum ego hic ploro bononiensis; ymo iste locus est tam plenus, quod tot lingue non sunt nunc *apperse*, idest aperte, ad dicendum *sipa* inter Savonam et Renum; idest illum fluvium, qui est ultra Bononiam versus Romandiolam per duo milliaria, et Renum, idest alium fluvium, qui [est] citra Bononiam versus occidentem. Idest: non sunt tot lingue, dicentes *sipa* in civitate Bononie, quot Bononienses sunt hic in hoc loco. Et dat causam, unde posset credere, dicens: Et si de hoc probationem, vel testimonium hoc queris, reduc tibi ad mentem nostrum avarum sinum. Quasi velit dicere: Propter avaritiam sumus omnes Bononienses lenones. Non sunt Bononienses avari; non pro certo; ymo sunt naturaliter prodigi, et propter prodigialitatem veniunt pauperes: et tunc forsan, committunt talia vitia, etc., quia veniunt ad paupertatem; tunc, forte, propter paupertatem et donaria, que fiunt eis, aliquando committunt hoc vitium lenocinii. Et utinam non alibi! Sic loquendo, eum percussit unus demon de suo flagello, et dixit: Vade vias, ruffiane, idest leno: hic non sunt femine de conio, idest de denariis; idest, hic, in hoc loco, non sunt mulieres meretrices, que pro denariis, qui cuniantur, etc.

- ²² Sic loquentem eum percussit unus demon
De suo flagello, et dixit: Vade vias,
Leno, hic non sunt femine de conio.
- ²³ Ego me reunivi cum scorta mea:
Postea cum paucis passibus devenimus,
Ubi unus scopulus de ripa exibat.
- ²⁴ Satis leviter illum ascendimus,
Et versi ad dextram [super] suam schegiam,
Ab istis circulis eternis recessimus.
- ²⁵ Quando nos fuimus ubi vaneggiat
Deorsum, ad dandum passum inferzatis,
Dux dixit: Attende, et fac quod figant
- ²⁶ Visum in te de istis aliis male natis,
Quorum adhuc non vidisti faciem,
Quia ipsi nobiscum venerunt.
- ²⁷ A veteri ponte respiciebam tractiam,
Que veniebat versus nos ab alia banda,
Et quam ferza similiter expellit.

Io me raggiunsi. Ego me reunivi: hec est tertia pars huius capituli, in qua auctor tractat de lenonibus, qui conduxerunt feminas ad faciendum sibi ipsis lenonibus, et non aliis. Adhuc non ascenderant aliquem de istis archibus, idest in pontibus; sed erant in ripa, que continet omnes bolgias.

Ego me reunivi cum scorta mea, idest cum magistro meo: postea cum paucis passibus devenimus ubi unus scopulus de ripa exibat, satis leniter; illum, scilicet scopulum, *salivimus*, idest ascendimus. Et versi ad dexteram super *scheggiam*, idest summitatem, idest super circumum, huius pontis, ab istis circulis, *cie[r]chiis*, qui circumdant totum, eternis, recessimus.

Quando nos fuimus ubi *vaneggiat*, idest ubi est locus vacuus, quia sub ponte est locus vacuus deorsum, ad dandum passum, idest transitum *inferzatis*, idest percussis cum *ferza*, idest flagello, idest unde possunt transire illi qui percutiuntur, quia transeunt sub ponte, dux dixit: *Attende*, idest expecta, et fac quod *fegias*, idest, figas, visum in te de istis aliis male natis, idest dampnatis (quia omnes dampnati male sunt nati), quibus adhuc tu non vidisti faciem, idest quorum, quia ipsi nobiscum venerunt (quia, eundo, homo non videt eos qui se sequuntur): respice fixe eos. A veteri ponte (quia a principio mundi fuit factus) respiciebam *tractiam*, idest turbam frustatam, que veniebat versus nos ab alia *banda*, idest parte, et quam *ferza*, idest flagellum, similiter *scacciat*, idest expellit, sive fugere facit.

- ²⁸ Lo buon Maestro, senza mia dimanda,
Mi disse: Guarda quel grande che viene,
Che per dolor non par lagrime spanda:
- ²⁹ Quant'aspetto real ancor ritiene!
Quelli è Yason, che per cuor (¹) e per senno
Li Colchi del monton (²) privati fene.
- ³⁰ Costui passò per l'isola di Lenno,
Poi che l'ardite femmine e spiatate
Tutti li maschi lor a morte denno.
- ³¹ Ivi con segni e con parole ornate
Ysiphile ingannò, la giovinetta,
Che prim'havea tutte l'altre ingannate(³).
- ³² Lasciolla quivi gravida e soletta:
Tal colpa a tal martiro lui condanna;
Et ancor di Medea si fa vendetta.
- ²⁸ Et bonus magister, sine mea petitione,
Michi dixit: Intuere illum magnum qui venit,
Et propter dolorem non videtur quod lacrymam
- ²⁹ Quantum aspectum regalem adhuc retinet! ¹expandat:
Iason fuit ille, qui per cor et per sensum
Cholchos de montone privavit.
- ³⁰ Ipse transivit per insulam Lenni,
Postquam audaces femine spietate
Omnes masculos earum morti tradiderunt.
- ³¹ Ibi cum signis et cum verbis ornatis
Ysiphilem decepit, iuenculam,
Que prius omnes alias deceperat.
- ³² Dimisit hic gravidam et solam:
Talis culpa ad tale martyrium ipsum condemnat;
Et etiam de Medea fuit vindicta.

(¹) animosità. — (²) dell'oro. — (³) riservando l padre.

Modo ponitur hic unus spiritus antiquus. Hic spiritus fuit Iason, qui, audita fama de vellere aureo, quod erat in Cholchis (est enim una insula in Archipelago de numero Cieladarum, que vocatur Cholchis, in qua erat unus aries, qui faciebat vellus aureum), tunc Iason fecit fieri unam navem, et cum multis, scilicet cum Hercule, cum Theseo, et multis aliis probis viris, intravit mare, tendens versus Cholchis. Transiverunt prope unam insulam, que vocatur Lenno (est etiam in Archipelago); in qua insula acciderunt ea, que infra scribuntur, que Statius scribit. Illi homines de insula Lenno, ante dextructionem Troye, iverunt contra insulam Tracie et regem eius, et steterunt pugnantes bene per tres annos; quos sepe uxores eorum revocaverunt. Nunquam voluerunt redire. Ista[m] hystoria[m] de hiis, qui iverunt contra Traciam, Oratius bene ponit, hystoriam esse veram. Poete tamen fingunt, quod isti homines de Lenno non volebant colere Venerem deam, sed colebant Martem. Demum, post tres annos, redibant isti de Lenno victores. Tunc Venus inspiravit omnibus mulieribus de Lenno, quia masculi spreverunt Venerem, ut venientes masculos et redeuntes victores interficerent omnes eos; et facto consilio, quolibet iuravit interficere suum maritum redeuntem, vel germanum, ita quod nullus masculus remaneret. In quo consilio interfuit Ysiphile, filia regis Thoantis, regis Lenni, qui erat iam antiquus, quem Ysiphile promisit aliis mulieribus etiam interficere. Et omnia que deliberaverunt, omnes fecerunt, preter Ysiphilem, que compassa patri, non interfecit eum. Et quomodo mulieres interfecerunt omnes masculos? Ecce: quia venientes et redeuntes cum victoria de Tracia susceperunt letanter, facientes solempnem cenam, dando eis optima vina et inebriaverunt eos; et tunc de nocte, sopitos sompno et vino, omnes interfecerunt. Modo ista insula erat sine masculis; prope quam navigando Iason cum sotiis, applicuit ei insule Lenni. Mulieres, videntes

navem, et nullam aliam viderant, posuerunt se super muros civitatis ad propugnacula pro defensione: quod videns Iason, subito extraxit ramum ulive et ostendit signum pacis et amicitie. Quod videntes mulieres, aperuerunt eis portas et intraverunt, et steterunt ibi diu, et quilibet habebat bonam amasiam. Iason, qui erat filius regis, pulcherrimus corpore, astutus et prudens, strenuus in armis, recepit in amasiam Ysiphilem, filiam regis Thoantis, regis Lenni, qui disposavit eam, et promisit sibi semper tenere in suam uxorem; et volens complere iter suum cum sotiis, dimittens Ysiphilem gravidam et pregnantem de duobus filiis, recessit inde, et applicuit ad Cholchis insulam pro vellere aureo acquirendo. Tunc fuit ibi rex Cholchis, qui habebat filiam pulcherrimam, nomine Medeam, que erat litterata, prudens, incantatrix demonum, magica; noverat omnes virtutes erbarum, ut habetur in alia Tragedia Senecæ. Hec Medea, viso Iasone, et audita fama eius, subito fuit philocapta de ipso Iasone, et habuit secretum colloquium cum eo, et dixit sibi: Tu vis vellus aureum? Qui respondit, quod sic. Tunc dixit Medea: Tu nunquam posses acquirere, nisi tu scires modum, per quem; sed si tu vis promittere michi recipere me in uxorem, ego docebo te viam, etc. Iason promisit sibi omnia, que ipsa Medea petebat. Tunc ipsa docuit eum, quomodo oportebat eum primo preliari cum uno maximo serpente; et illo devicto (quod erat magnus labor ad faciendum), tunc oportebit ipsum ire ad silvam, et capere duos tauros feroces, indomitos, et illos coniungere iugo, et cum aratro arare cum ipsis duobus tauris, et recipere dentes serpentis interfecti et seminare eos in terra arata; et subito de dentibus illis orirentur et nascerentur homines armati, feroces in armis; et cum quolibet illorum oportebat ipsum Iasonem pugnare et vincere omnes eos: quo facto, obtineret vellus aureum, et nullo modo aliter posset obtinere. Et subiunxit: Et ego docebo

- ³³ Con lui sen va chi da tal parte inganna:
E questo basti della prima valle
Saper, e di color che'n se affanna ⁽¹⁾.
³⁴ Già eravam dove lo stretto calle
Coll'argine secondo s'incrocchia ⁽²⁾,
E fa di quello a un altr'arco ⁽³⁾ spalle.
³⁵ Quivi sentimmo gente che s'innichia ⁽⁴⁾
Nell'altra bolgia, che col muso sbuffa,
E sè medesma co' le palme picchia ⁽⁵⁾.

⁽¹⁾ al. assanna — ⁽²⁾ in modum crucis iungitur. — ⁽³⁾ ponte — ⁽⁴⁾ s'ascondono come in un nicchio. — ⁽⁵⁾ percuote.

cum carminibus meis et incantationibus sic et taliter facere, quod omnia succedent tibi ad nutum, si observaveris michi promissa. Quod et fecit. Omnibus feliciter expeditis, propter timorem patris Medee oportuit eos recedere occulte, et Medea portavit secum unum suum germanum parvunculum, octo annorum, hac de causa, dicens: Quia pater meus insequetur nos, ego interficiam hunc puerum germanum meum, et proiciam frusta eius ad terram. Pater meus, videns mortuum filium, vacabit circa planctum et sic nos fugiemus. Et ita, sicut ipsa dixit, omnia evenerunt. Tamen, intrantes in mari, navigaverunt, nec redierunt per insulam Lenni, ubi ipse Iason promiserat Ysiphile, quam dimiserat pregnantem; sed rediit ad Argos, ad civitatem suam, et habuit in uxorem istam Medeam, ex qua genuit quatuor filios: quam in processu temporis etiam decepit, volens accipere aliam uxorem, ut narrat septima Tragedia Senecae. Et sic Iason decepit Ysiphilem, et etiam decepit Medeam. Hic in isto loco tormentatur, quia fuit maximus leno ad decipiendum feminas, et ad inducendum eas ad faciendum voluntatem eius.

Modo auctor describit Iasonem. Et bonus magister, sine mea petitione, idest absque quod ego interrogarem eum, michi dixit: Intuere illum magnum, qui venit et propter dolorem non videtur quod lacrymam expandat: quantum aspectum regalem adhuc retinet! Iason fuit rex Argos. Ille est Iason, qui per cor et per sensum, idest corde audax, et prudens sensu, Colchis, idest insulam Colchis, de montone, idest vellere aureo, privavit, idest expoliavit. Ipse transivit per insulam Lenni, postquam *ardite*, idest audaces, femine, *spietate*, idest pietate private, omnes masculos earum morti tradiderunt. Ibi, cum signis ulive rami et cum verbis ornatis, Ysiphilem decepit (quia promisit eam tenere in uxorem, et impregnare eam; quod non fecit); iuvenculam, qui primitus omnes alias deceperat (quia promiserat interficere patrem suum, quem, pietate mota, non interfecit) dimisit, scilicet Iason, hic, scilicet in Lenno insula, gravidam et solam: talis culpa ad tale martyrium ipsum condemnatur; et etiam de Medea fit vindicta. Cum ipso vadit qui a tali parte decepit. Hec sufficiant de prima valle scire, et de illis quos in se *assannat*, idest commicunt tale vitium.

- ³³ Cum ipso vadit qui a tali parte decipit:
Hec sufficiant de prima valle
Scire, et de illis que in se assannat.
³⁴ Iam eram ubi strictus callis
Cum argine secundo connectitur,
Et facit de illo ad unum alium spatulas.
³⁵ Hic sensimus gentem que s'innuscat
In altera bolgia, et que cum muso scuffat,
Et semetipsam cum palmis piccat.

Già eravamo. Iam eram ubi: ista est quarta pars huius capituli, in qua auctor vult tractare de adulatione et simul de lenocinio: et hoc facit artificiose, quia ex hoc notatur, quod sunt duo vitia turpia; ideo vult cito se expedire a blanditiis et lenocinio. Hec duo vitia habent magnam affinitatem ad invicem: nec ubi auctor utitur isto modo, quo utitur hic; ymo [de] diversis speciebus vitiorum facit diversa capitula: de duobus istis facit tantum unum, et ponit penam istorum adulatorum, que est. Illa vallis est plena stercorebus fetidissimis, et in hiis stercorebus sunt isti adultores involuti et submersi. Ista vallis est plena lenonibus, idest ruffianis, ioculatoribus et meretricibus; quia communiter lenones, ioculatores et meretrices sunt adultores. De meretricibus dicit Salomon: Ecce mulier ornata meretricio, preparata ad capiendum animas; garrula et vaga; quietis impatiens; nec valens in domo consistere pedibus suis; nunc hic, nunc intus, nunc foris; apprensumque deosculatur iuvenem, et procaci vultu blanditur, dicens: Victimam pro salute [vovi], hodie reddidi vota mea, intexui funibus lectum meum, [stravi] tapeibus pictis ex Egipto: veni, inebriemur uberibus et fruamur cupitis amplexibus, donec illucescat dies. Commune proverbium solet dicere, quod adultores vendunt oleum, iuxta dictum Psalmi: Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

Iste autem auctor vult, quod in turpiori materia involvantur adultores quam in oleo, scilicet in stercore putrido. Sequitur satis bene Salomonem dicentem: Omnis mulier fornicaria est illa, que luxuriatur blandiendo, inducendo homines ad luxuriandum. Tunc ad textum.

Iam eram ubi strictus callis cum argine secundo, idest cum aggere secundo, *se' incrocchia*, idest connectitur, sive coniungitur, quia connectitur agger primus cum secundo propter pontem, qui prociat ab uno in alium aggerem, et facit de illo, idest aggere, ad unum alium spatulas, idest subistentamentum. Hic sensimus gentem, que *s'innuscat*, idest planimode dolet, quia non emittit vocem expressam, idest altam, in altera bolgia, et que cum muso, idest vultu, *scuffat*, idest sufflat, sicut facit porcus quando sufflat, in ceno tenendo *musum*, idest os in voluptatibus. Et semet cum palmis, idest manuum, *picchat*, idest sonat, sive pulsatur. Blanditiis adulantium fiunt cum muso, idest ore.

- ³⁶ Le ripe eran grommate d'una muffa
Per l'alito ⁽¹⁾ di giù che vi s'appasta,
Che cogl'ochi e col naso facea zuffa.
³⁷ Lo fondo è cupo sì, che non ci basta
L'occhio a veder senza montar al dosso
Dell'arco, ove lo scoglio più soprasa.
³⁸ Quivi venimmo, et ivi giù nel fosso
Vidi gente atufata in uno sterco,
Che dall'human privati ⁽²⁾ pareva mosso.
³⁹ E mentr'io laggiù coll'occhio cerco,
Vidi un col capo sì di merda lordo,
Che non pareva s'era layco o chereco.
⁴⁰ Quel mi sgridò: Perchè se' tu sì ngordo
Di riguardar più me, che gl'altri brutti?
Et io a lui: Perchè, se ben ricordo,
⁴¹ Già t'ho veduto co' capelli asciutti,
E se' Alexo Interminel da Lucca:
Però t'adochio più che gl'altri tucti.
⁴² Ond'elli ⁽³⁾ allor ⁽⁴⁾, battendosi la zucha:
Quaggiù m'anno sommerso le lusinghe,
Ond'io non ebbi mai la lingua stucha.

⁽¹⁾ puzza di merda. — ⁽²⁾ luoghi necessarii. — ⁽³⁾ al. Et elli. — ⁽⁴⁾ disse.

Ripe erant grommate, idest accasate. Grumma est illa pellicula, quam producit vinum in dolio, quando diu stetit in ipso, sicut grumma circum circa dolium ad intra stat. Ita stabant iste ripe; quia sicut vinum producit illam grummam; ita alitus, idest flatu, qui ascendit quasi fumus de stercore, producit illam grummam in ripis. *De una muffa*: muffa proprie est, quando in doliis, maxime in quibus stetit aqua, nascitur quasi una barba de pilis albis, et putridum odorem generat ad nasum. *Propter alitum*, idest fumum ascendentem de deorsum ad superius, *qui ibi s'appasta*, idest per modum paste se coniungit. *Que cum oculis et naso faciebat zuffam*, idest rissam et guerram; quia ipsa muffa erat ingrata, displicibilis et orribilis, tam sensui visus, quam naso, idest sensui olfactus.

Fundus est cupus, idest profundus, ita quod non sufficiat ibi ad videndum, nisi ascendatur deorsum arcus. Ecce quod adulatio est cupa et profunda, quia semper tendit ad deceptionem in fine; ideo, qui vult cavere se a deceptionibus, oportet quod ascendat dorsum, idest ad summitatem; quod cognoscat ad quid tales blanditiis porriguntur. Sicut hic oportebat ascendere ad summitatem arcus propter clare videre desuptis, idest que deorsum erant, ubi scopulus plus *superstat*.

Huc venimus, et hinc deorsum in fossum, idest fossatum, vidi gentem *atufactam*, idest submersam in uno stercore, quod ab humanis privatis, idest latrynīs, videbatur mo-

- ³⁶ Ripe erant grumate de una muffa
Propter alitum de deorsum, qui sibi s'appasta,
Que cum oculis et naso faciebat zuffam.
³⁷ Fundus est cupus ita, quod non sufficit oculus
Ibi ad videndum nisi ascendatur dorsum
Arcus, ubi scopulus plus superstat.
³⁸ Huc venimus, et hinc deorsum in fossum
Vidi gentem atufactam in uno stercore,
Quod ab humanis privatis videbatur motum.
³⁹ Et dum illuc cum oculo perquiro,
Vidi unum cum capite sic de stercore lordum,
Qui non apparebat si erat laycus vel clericus.
⁴⁰ Ille michi sgridavit: Quare tu es ita avidus
Respicere plus in me, quam in alios fedatos?
Et ego illi: Quia, si bene recordor,
⁴¹ Iam te vidi cum capillis siccis,
Et es Alexius de Interminellis de Lucca:
Ideo te intueor plusquam omnes alios.
⁴² Et ille, percutiendo tunc sibi caput:
Huc me submerserunt adulationes,
Unde nunquam habui linguam satiam.

tum, idest portatum. Stercus hominis est fetidius quasi omni alio stercore; ideo signanter dixit: ab humanis latrynīs. Preterea non est aliquod animal, faciens blanditiis et adulationes, nisi homo.

Modo vult facere mentionem de uno spiritu moderno, qui fuit de Lucca, et de una meretrice maxima. Primus spiritus fuit dominus Alexius de Interminellis, de nobili domo de Lucca, de qua domo fuit ille probus homo Castrutius. Iste dominus Alexius de Interminellis fuit adeo involutus in vitio adulationis, quod omnes urgebat, idest, adulando, decipiebat; quo nemo fuit magis vel maior adulator. Iste in hoc stercore est ita submersus cum capite et involutus, et suum caput est circumdatum stercore, quod homo qui videret eum, non cognosceret, si esset clericus vel laycus, idest si haberet clericam, vel non, quia caput cum capillis est totum plenum stercore.

Et dum illuc cum oculo perquiro, idest contemplor, quem possem hic locare, occurrit fantasie mee. Vidi unum cum capite sic de stercore *lordum*, idest fedatum, qui non apparebat si erat laycus, vel clericus, idest, si erat capillatus, vel non. Ille michi *sgridavit*, idest clamorose dixit: Quare tu es ita ingordus, idest avidus, respicere plus me, quam alios fedatos, *brutti*? Et ego illi: Quia, si bene recordor, iam vidi te cum capillis *asciutis*, idest siccis; et es Alexius de Interminellis de Lucca; ideo te *adochio*, idest te intueor, plusquam alios omnes. Et ille, scilicet Alexius, tunc, idest dixit, percutiendo sibi *zuccam*, idest caput:

- 43 Appresso ciò lo ⁽¹⁾ duca: Fa che pinghe,
Mi disse, 'l viso un poco più avanti,
Sì che la faccia ben cogl'ochi attinghe
- 44 Di quella sozza scapegliata fante,
Che là si graffia coll'unghe merdose,
Et hor s'accoscia, et hor è 'n piede stante.
- 45 Tayda è la puctana che rispose
Al drudo ⁽²⁾ suo, quando disse: Ho io gratie
Grandi appo te ⁽³⁾? Anzi ⁽⁴⁾ maravigliose.
E quinci sien le nostre viste sazie.
- 43 *Prope hoc dux: Fac ut pingas,
Michi dixit, aliquantulum visum plus ante,
Sic quod faciem bene cum oculis attingas*
- 44 *Illius turpis escapillate famule,
Quia ipsa se dilacerat cum unguis merdosis,
Et nunc se restringit, et nunc in pedibus stat.*
- 45 *Taydis est meretrix, que respondit
Drudo suo, quando dixit: Habeo gratias
Apud te magnas? Ymo mirabiles.
Et ex hinc sint nostre visiones satie.*

(1) al. appress'a questo 'l — (2) amadore — (3) Tayda — (4) hai grazie appo me.

Huc me submerserunt adulationes, unde nunquam habui linguam *stuccam*, idest satiam: idest nunquam fui satius, sive satiat, de blanditiis, quibus semper usus fui.

Et hiis dictis, prope hec dixit: Fac ut *pingas*, michi dixit, aliquantulum visum plus ante, idest intuearis ulterius longius, sic, idest in tantum, quod faciem bene cum oculis attingas illius *sozze*, idest turpis, escapillate famule, idest habentis capillos incompósitos, solutos, deturpatos, stercore involutos, quia ipsam se *sgriffat*, idest, dilacerat cum unguis merdosis, idest stercorizatis; et nunc se *accoscat*, idest restringit, sedendo; et nunc in pedibus stante, idest stando. Iste est secundus spiritus, de quo auctor hic facit mentionem. Hic spiritus fuit una speciosissima mulier Thebana, idest de Thebis, que fuit adeo pulchra, quod de eius pulchritudine omnes admirabantur, et plurimi amore ipsius capiebantur. De ista femina scribit Valerius Maximus, et etiam Terentius in secundo suo libro, qui vocatur Eunuchus. Dicit Valerius quod propter pulchritudinem istius mulieris, que vocabatur Thays, Demostenes, tam sapiens homo, ivit ad domum istius femine, et in ostio invenit servam ipsius Thaydis, que dixit Demosteni: Quid queris? Qui dixit: Volo concubere cum domina tua. Tunc famula retulit Thaydi, domine sue, verba Demostenis. Cui Thays: Vade, et dic sibi, quod sum contenta; sed oportet quod solvat centum talenta. Sic retulit famula Demosteni. Tunc Demostenes: Nolo unquam emere tanti penitere; idest nolo tantum expendere, nec tantum pretium dare, pro uno penitere. Quasi dicens: Si hanc rem egero, oportebit me penitere de malo acto perpetrato; ideo nolo emere illud penitere tanto pretio. Terentius vero, in Eunuchus, idest in secundo suo

libro, qui vocatur Eunuchus, dicit quod hec Thays, meretrix Thebana, habebat duos amasios, idest dilectores; et ipsa illos diligebat, propter donaria que isti duo largiebantur sibi Thaydi. Horum unus vocabatur Fedria; alter vocabatur Traso. Videbatur etenim Trasoni, quod Fedria plus amaretur a Thayde quam ipse. Cogitavit facere unum magnum donum ipsi Thaydi, ad removendum eam a tam intenso amore, quo videbatur diligere Fedriam; et dixit iste Traso Thaydi: Si vis me perfecte diligere, et plusquam Fedriam, donabo tibi unam pulchram puellam virginem. Dixit: Si hoc donum feceris michi, te plusquam Fedriam diligam. Et tunc Traso vocavit unum suum amicum, maximum adulatorem, qui vocabatur Gnatus, cui tradidit istam virginem, dicens: Vide, amice; hac vice servias michi: vade cum tua pulchra et ornata loquela, et due hanc virginem tecum; et ex parte mea presenta, dona, et da, eam Thaydi, et interroga eam, si propter hoc donum habeo gratiam magnam coram ea, et reporta. Hec omnia fecit Gnatus. Demum dixit: Bene, Thays, habet ne Traso gratiam apud te magnam propter donum? Respondit illa: Nedum magnam, sed maximam; maximas et ingentes gratias habet Traso apud me. Propter hec ultima verba dicit textus: Habeo ego gratias apud te magnas? Ymo mirabiles.

Tunc ad textum: Thays est meretrix, que respondit drudo suo, idest lenoni, scilicet Gnato, quando dixit, scilicet ex parte Trasonis: Habeo gratias apud te magnas? Ymo mirabiles, idest respondit.

Et ex hinc sint nostre *viste*, idest visiones, *satie*, idest simus saturi et bene satiati. De ista materia vidisse illa que vidimus, iam satis est.

SEGUITA L' ARGOMENTO DELLA FRODE

I rei, che il Poeta incontra colpiti dalla terribile giustizia di Dio nell'ottavo cerchio detto di Malebolge,

Tutto di pietra e di color ferrigno,
Come la cerchia che intorno il voige,

dove col suo maestro era stato scosso dalla schiena di Gerione, confermano quel che dicemmo alla fine del precedente canto; che, cioè, la paurosa fiera, di cui qui si tratta, non è che la Frode in generale in quanto si presta ad ogni maniera di colpe, chiunque le commetta. E v'insistiamo; perché anche di recente si è voluto farne una speciale creazione del Poeta, la quale contrassegnasse esclusivamente il distintivo carattere delle persone di Chiesa, e soprattutto del supremo capo che ne sta al governo.

Posato il Poeta nel suddetto cerchio, e col suo duca avviatosi alla sinistra, veggono nuovi tormenti e nuovi tormentati, dei quali la prima delle dieci bolgie di quel cerchio era piena; e parte lor venivano incontro, parte camminavano nella stessa loro direzione, ma con passi maggiori; così appunto,

Come i Roman, per l'esercito molto,
L'anno del Giubileo, su per lo ponte
Hanno a passar la gente modo tolto,
Che dall'un lato tutti hanno la fronte
Verso il Castello, e vanno a Santo Pietro,
Dall'altra spenda vanno verso il monte.

Chi eran costoro? E per quale reità così puniti? Erano i seduttori di donne, nè il Poeta nomina alcuna persona di Chiesa. E primo, tra gli altri, l'Alighieri vede Venedico Caccianimici da Bologna, reo dell'infamia, che il Serravalle, come la storia, spiega abbastanza. Il secondo è un nobile di Lucca, Alessio Interminelli che grida,

... battendosi la zucca:
Quaggiù m'hanno sommerso le lusinghe,
Ond'io non ebbi mai la lingua stucca.

E seguono altri di risma simigliante.

A gente poi di Chiesa, che maliziosamente adoperando, potessero avere mancato, il Poeta assegna un luogo a parte nel canto appresso: e sapientemente; da che a colpe gravissime, procedenti dalla stessa frode, che di tante e sì diverse è madre, le quali fossero in persone sacre per aver usato a strumento di iniquità il divino lor ministero, inesorabile ragione esige che fossero attribuite speciali e proprie pene. E così Dante mentre ci mostra di là l'eterna giustizia punitrice senza commiserazione del vizio, qualunque forma abbia rivestito, ci si appalesa ad un tempo il Poeta della somma integrità, mosso a colpire, non già da bassa passione qual si fosse, ma unicamente dall'eterna ragione, per cui si delineano il bene ed il male; la qual ragione è Dio stesso. E la sua parola, come già notammo, suona terribile specialmente contro certo genere di colpe, che conducono all'imbestiamento e preparano alla società giorni funesti di lagrime e di sangue!

Tornato a sè stesso e a Dio, e in viaggio per l'Inferno morale, ad assodarsi ne' virtuosi suoi proponimenti, e dipoi per l'erto Monte del Purgatorio, a fine di purificarsi d'ogni meno integro affetto, e poter così da ultimo affissare la luce limpidissima del cielo, tutto ciò che sa di fango, di turpe, di degradante, fieramente disdegna. La undecima e ventunesima terzina di questo canto in verità fanno rabbrivire! E chi non sentirebbe sdegno e ribrezzo alla confessione di Venedico, e alla foscia luce, che n'esce, degli infami misteri, ai quali è capace l'uomo di abbandonarsi? Pertanto la nostra conclusione è che l'Alighieri vuole essere per noi maestro di virtù principalmente, e che l'Italia allora apparirà veramente grande, forte e gloriosa, quando avremo fatto nostro il virile, integro e cristiano sentimento di virtù, che informo l'animo del Poeta immortale.



CAPITULI DECIMINONI SUMMARIUM

In decimonono capitulo, quod incipit: *O Symon Mage*, auctor describit penam symoniacorum, qui, propter aurum et argentum, clenodia et encenia, vendunt et emunt res sacras et divinas. Et in ista secunda Malibolgia, sive valle secunda, per latera et per fundum sunt puthei bene profundi, pleni igne, et in ore cuiuslibet puthei stant symoniaci. Sed in uno ore unius puthei stabat Nicolaus papa de Ursinis, qui stabat plantatus: caput et dorsum usque ad umbelicum stabat intus in putheo; crura

et tybie et nates erant extra os puthei. Et flamma ardens discurrebat per plantas pedum: sic sepe flamma transcurrit per res unctas et pinguedine plenas. Et tam velociter movebat pedes et crura, et excuciebat, quod ipse fregisset omnes ligaturas, cum quibus fuissent ipsi pedes ligati. Et iste Nicolaus papa, hic dampnatus et cruciatus, expectabat Bonifacium octavum, etc. Isti duo ex fama fuerunt magni symoniaci summi pontifices.



CAPITULUM DECIMUMNONUM

- ¹ O Symon Mago, o miseri seguaci (¹),
Che le cose di Dio, che di bontate
Debbono esser spose, e voi, rapaci,
² Per oro e per argento adulterate;
Hor convien che per voi suoni la tromba,
Però che nella terza bolgia state.

(¹) suoi symoniaci.

O Simon Mago. O Symon Mage: istud est decimumnonum capitulum huius Inferni, in quo auctor, postquam in capitulo precedenti tractavit de duabus speciebus fraudis, sive de lenocinio et adulatione, que puniuntur in duabus bolgis; et ista duo tractavit in uno solo capitulo, scilicet precedenti; modo in isto tractat de tertia bolgia, et de tertia specie fraudis, scilicet de symonia; symonia, que punitur in hac tertia bolgia. Et dividitur hoc capitulum in quatuor partes. In quarum prima describitur in generali pena symoniacorum.

In secunda, que incipit ibi:

Chi è colui;
Quis est ille,

introducitur auctor in speciali penam unius summi pontificis.

In tertia, que incipit ibi:

Se de saper chi sia;
Si scire quis sim,

predictus pontifex nominat aliquos alios symoniacos.

In quarta parte, que incipit ibi:

Io non so;
Ego nescio,

auctor reprehendit predictum spiritum et sequaces.

Redeundo ad primam partem, auctor primo exclamat contra symoniacos cum ira et indignatione, dicens: O Symon

- O Symon Mage, o miseri sequaces,
Quia res Dei, que bonitatis
Sponse debent esse, et vos, rapaces,
² Propter aurum et argentum, adulteratis;
Iam oportet quod propter vos pulsem tubam,
Quia in tertia bolgia statis.*

Mage, o miseri sequaces, quia res Dei, sive divinas, que sunt bonitatis, scilicet sacre, *sponse*, et vos rapaces, idest ad rapiendum intenti, propter aurum et argentum adulteratis, iam oportet quod propter vos pulsem tubam, quia in tertia bolgia statis.

Adulteratis, idest facitis adulteras, quia datis adulteris, idest malis et indignis; et non secundum Deum, non propter honorem Dei, aut bonum Ecclesie sancte sed propter aurum et argentum: ideo sonabo tubam, idest emictam vocem meam, et dicam vobis, vel scribam de vobis, in libro, qui, sicut tuba, manifestabit mala opera vestra.

Notandum est hic, quod, sicut mulier maritata, habens virum, si se dat aliis viris et cum eis coit, adulterium committit; sic res divine, sicut sunt episcopatus, beneficia ecclesiastica, que sunt res divine et sacre, et sunt et debent esse sponse bonorum virorum, qui dat eas viris indignis, malis, est causa adulterii, et facit illas adulteras: quod sepe fit, quando pro pecunia dantur beneficia, et quando venduntur res sacre, que nullo pretio possunt vendi, neque emi. Nota quod symonia dicitur a Symone, sicut zeizia dicitur a Zeisi, ut habetur in Actibus Apostolorum. Symon fuit Iudeus, de quo est hic sermo, qui fuit valens homo in scientia, incantator demonum, magus maximus, magnus astrologus. Fuit Rome tempore Neronis imperatoris, et magne fame. Hic audiens sanctissimos apostolos, Petrum et Paulum, facientes miracula et suscitare mortuos, quod iste non sciebat facere, nec poterat; accepta

- ³ Già eravamo a la seguente tomba
Montati, dello scoglio in quella parte,
Ch'a puncto sopra 'l mezzo fondo piomba.
⁴ O somma sapientia (¹), quant'è l' arte
Che mostri in cielo, in terra e nel mal
E quanto giusta (²) tua virtù comparte!
⁵ Io viddi per le coste e per lo fondo
Piena la pietra livida di fori (³)
D'un largo tutti, e ciascuno (⁴) era tondo.
⁶ Non mi parean (⁵) men ampi (⁶) nè maggiori,
Che quei che son nel mio bel Sangiovanni (⁷)
Facti per luogo de' baptezatori (⁸);

(¹) di Dio — (²) nell' Inferno. — (³) al. giusto, i. giustamente. — (⁴) forami ritondi. — (⁵) foro. — (⁶) quei fori. — (⁷) minori. — (⁸) chiesa di Firenze. — (⁹) sacerdoti, o altri che battezzano.

- Iam eramus ad sequentem tumbam
Ascendentes, de scopulo in illa parte,
Que recte supra medium fossi piumbat.
⁴ O summa sapientia, quanta est ars
Quam demonstras in celo, in terra et in malo
Et quantum iustitie tua virtus importat!
⁵ Ego vidi per costas et per fundum
Plenam petram lividam de foraminibus
Unius latitudinis omnia, et quodlibet erat rotundum.
⁶ Non videbantur michi minus ampla nec maiora,
Quam illa que sunt in meo pulchro Sancto Ioanne
Facta pro loco baptizatorum;*

magna quantitate pecunie, ivit ad Apostolos, promittens eis etiam quantitatem pecunie, si ipsi darent sibi virtutem faciendi illa miracula et suscitandi mortuos. Qui Sanctus Petrus apostolus dixit: Pecunia tua sit tecum in perditionem. Quare iste Symon indignatus, discessit ab Apostolis, factus inimicus eorum, et totius secte christianorum. Tandem, postea, mortuus fuit, cadens de aere, sicut legitur in legenda ipsorum Apostolorum. Ab isto Symone ortum est hoc nomen symonia, quia ipse volebat emere gratiam Spiritus Sancti cum pecunia sua; et sic quilibet qui emit res sacras, dicitur symoniacus.

Zeizia dicitur a Zeizi, sicut habetur in quarto libro Regum. Naaman Sirus, idest de Asiria, leprosus, fuit mundatus ab Heliseo propheta; cui propheta erat unus servus, qui vocabatur Zeizi. Propter beneficium mundationis a lepra, Naaman voluit donare multa mutatoria vestimentorum Heliseo propheta: propheta nihil recipere voluit. Recedente Naaman propheta, secrete Zeizi currit post Naaman, et dixit ei: Dominus meus propheta dicit, quod tu des aliqua de bonis tuis, quia vult providere aliquibus pauperibus, etc. Ille subito dedit sibi quantum iste Zeizi voluit. His assumptis, Zeizi abscondit ea dum rediret ad prophetam. Zeizi propheta dixit ei: Zeizi, ubi recondidisti res illas, quas recipere non debuisti? Admodo lepra Naaman sit super te. Et factus est leprosus, quia Zeizi voluit vendere gratiam Dei. Omnes modo, qui vendunt res sacras, debent vocari zeizici, quia committunt zeiziam. Verum est, tamen, quod temporibus istis homines utuntur uno pallio; et tam vendens quam emens res sacras, dicuntur symoniaci: quibus plena est Ecclesia Dei.

Iam eramus ad sequentem tumbam, idest ad tertiam vallem (vocat hic vallem, tumbam), ascendentes de scopulo in illa parte, que recte super medium fossi, idest fossati, *piumbat*, idest perpendiculariter trahit. Volens iam describere auctor penam symoniacorum, dirigit sermonem ad Deum, qui punit iuste peccatores, dicens: O summa Sapientia, quanta est ars, idest iustitia, sive ordo iustitie

tue, quam demonstras in celo, in terra, et in malo mundo, idest in Inferno, ubi cuilibet datur pena sua secundum crimina sua! Et quantum iustitie tua virtus impetit! Vult dicere auctor, quod tanta est ars Dei, quod tam in celo, quam in terra et in Inferno et in omnibus locis omnia bene disponit.

Iam auctor describit penam symoniacorum. Ymaginemur quod in fundo istius tertie vallis sint foramina, sicut sunt puthei rotundi (ita sunt multa foramina rotunda equalia in quantitate); modo in foraminibus illis sunt homines plantati, ita quod caput est intus in foramine, et quasi medietas corporis; sed crura sunt de foris: et omnia illa foramina sunt plena flammis accensivis, que cruciant istos plantatos hic. Et omnes hic plantati fuerunt symoniaci: plante pedum istorum semper ardent: continuo flamma discurrit per ipsas plantas. Isti, sic cruciati, propter ardorem agitant crura, et propter dolorem. Nota quod isti, qui sunt hic plantati, quia fuerunt homines ecclesiastici, quorum cor debuisset semper esse elevatum ad Deum, et oppositum evenit, quia semper cor talium fuit [ad] aurum et argentum, et non ad res divinas: ideo habent caput subtus immersum, et pedes versus celum; quia noluerunt speculari, nec contemplari Deum, sed solum ad terrena cogitaverunt: quasi dicerent in totum unusquisque: Spero celestia, et terrena volo possidere, et beatitudinem pono et credo esse in auro [et] argento.

Ego vidi per costas, idest per latera et per fundum, plenam petram lividam de foraminibus unius latitudinis omnia, et quodlibet erat rotundum.

Facit comparisonem talem. In Florentia, in ecclesia Sancti Ioannis Baptiste est locus baptismi, idest fons ad baptizandum. In illo fonte sunt per antiquum aliqua foramina, que sunt sicut putheoli, idest puthei parvuli, de marmore, in quibus baptizantur pueri; et quia in tota quadagesima non baptizatur aliquis in Florentia, sed omnes expectant diem Sabati sanctum, in illo die omnes qui nasce-

- 7 L'un de' quali, ancor non è molt'anni,
Rupp'io per un che dentro v'annegava:
E questo sia suggel⁽¹⁾ ch'ogn' homo sganni⁽²⁾.
8 Fuor della bocha a ciascun⁽³⁾ soperchiava
D'un peccator e piedi, e de le gambe⁽⁴⁾
Infin al grosso⁽⁵⁾, e l'altro⁽⁶⁾ dentro⁽⁷⁾ stava.
9 Le piante eran accese⁽⁸⁾ a tutti intrambe⁽⁹⁾;
Per che sì forte guizzavan le giunete⁽¹⁰⁾,
Che spezzat'haverien ritorte⁽¹¹⁾ e strambe⁽¹²⁾.
10 Qual suol al fiammeggiar de le cose uncte
Muoversi suso per l'extrema buccia;
Tal era lì da' calcagni alle punte.
11 Chi è colui, maestro, che si cruccia,
Guizzando più che gl'altri suoi consorti,
Diss'io, e cui più roggia⁽¹³⁾ fiamma⁽¹⁴⁾ succia?
12 Et elli⁽¹⁵⁾ a me: Se tu vuo' ch' i' ti porti
Laggiù per quella ripa che più giace,
Da lui⁽¹⁶⁾ saprai di sè e de' suoi torti⁽¹⁷⁾.
- 7 *Unum quorum, adhuc non sunt multi anni,*
Rupi ego propter unum qui intus suffocabatur:
Et istud est sigillum quod omnes homines sgannet
8 *Extra os cuilibet superferant*
Unius peccatoris pedes, et crura
Usque ad grossum, et totum reliquum intus stabat
9 *Plante erant hiis omnibus accense ambo;*
Quare tam fortiter movebantur,
Quod fregissent ritortas et strambas.
10 *Qualiter solet flammigiare rerum unctarum*
Movere se super extremam bucciam;
Taliter erat ibi a calcaneis usque ad punctas.
11 *Quis est ille, magister, qui turbatur vel irascitur,*
Guizzando plus quam alii sui consortes,
Dixi ego, et quem magis rubea flamma suggit?
12 *Et ipse ad me: Si tu vis quod te portem*
Illuc [d]orsum per illam ripam que plus iacet,
Ab eo scies de se et de suis tortuosis rebus.

(1) segno. — (2) dichiarì. — (3) foro. — (4) ancora. — (5) al polpaccio. — (6) tutto. — (7) al foro. — (8) di fuoco. — (9) amendue. — (10) le piante. — (11) torques. — (12) di balestro. — (13) rossa. — (14) di fuoco. — (15) Virgilio — (16) medesimo. — (17) peccati.

bantur in quadragesima, baptiza[ba]ntur. Sunt multi et multi; nec alibi baptizatur in Florentia, nisi in hoc loco: ideo sepe est compressio in baptizando. Oportet aliquando quod sacerdotes intrent intus in illum locum propter tumultum. Semel in uno Sabato Sancto erat tanta multitudo puerorum, qui portabantur, quod propter unum furiosum, qui indecenter comprimebat alios, unus puer erat ibi in aqua, qui suffocabatur, nisi quia Dantes, qui erat ibi, accepit unum maleum, et fregit lapidem, et sic liberavit puerum a suffocatione. Modo aliqui improperebant Danti, quod male fecerat, quia res sacras non debebat tangere. Ipse excusavit se, quod hoc non fecerat pro malo, sed solum ad liberandum puerum. Modo dicit textus de foraminibus illis. Non videbantur michi minus ampla, nec maiora, quam illa, que sunt in meo pulchro Sancto Ioanne, facta pro loco baptizatorum; unum quorum, scilicet foraminum, adhuc non sunt multi anni, rupi ego, propter unum qui intus suffocabatur: et istud sit sigillum quod omnes homines sgannet, idest de inganno trahat, idest declaret. Istud dictum potest sic intelligi: quia impugnabat[ur] quod fregeram cum maleo illum lapidem, et dicebatur quod non debebam facere, quia ad me non pertinebat, cum sim laycus, hoc quod dixi declaret omnes, quod ego non feci pro malo, ymo pie egi, laborando ad salvandum puerum illum, qui suffocabatur. Potest etiam aliter dici: Quia Florentie scitur publice, quod ego fregi illum lapidem; ideo si aliquis vellet gloriari falso, dicendo quod hunc librum, quem facio, et hoc opus, quod ego composui, fecerit ipse, sciant omnes, et non ignorent, quod ego fregi lapidem illum, composui istud opus.

Extra os, idest foramen, cuilibet supererant unius pedes et crura usque ad grossum, idest usque ad nates, et totum reliquum intus stabat. Crura erant omnibus hiis accensa ambo: quare tam fortiter movebantur in iunctura, idest agitabantur, quod fregissent ritortas, idest ligamina, et strambas, idest ligamina facta de iuncis.

Modo vult auctor facere comparisonem flammarum istarum, discurrentium per crura et plantas pedum istorum, dicens: Qualiter solet flammigiare rerum unctarum, idest discursus flammarum super res unctas, movere se, idest ire, per extremam bucciam, idest super finem; taliter erat ibi a calcaneis usque ad punctas, idest ad digitos pedum. Consideretur quod flamma sequitur nutrimentum: modo pinguedo est nutrimentum flammarum: tunc si tota planta est uncta, flamma discurret per totum, ubi est nutrimentum. Idem dicendum est super crura. Moraliiter, ista arsura est amor insatiabilis concupiscentie symoniacorum. Plante denotant affectiones concupiscentiarum.

Quis est ille: ista est secunda pars huius capituli, in qua auctor tractat de papa Nicolao de Ursinis.

Nota quod antequam esset papa, erat cardinalis optimi nominis et reputatus bone vite: sed postquam fuit papa, cum esset de alta domo, ymaginatus fuit ponere suos consanguineos et consortes in culmine summo boni status; et statim fecit octo cardinales de suis consortibus, et omnes ditavit. Totam Romandiolam dedit suo nepoti Bertoldo, et fecit eum comitem Romandiole; et iste, primus comes Romandiole fuit. Fecit iste papa concedi sibi Bononiam per Albertum, qui erat electus in imperatorem; non erat co-

- 13 Et io: Tanto m'è bello, quant'a te piace:
Tu se' signor⁽¹⁾, e sai ch'io non mi parto
Dal tuo voler, e sai quel che si tace.
14 Venimmo allora in sull'argine quarto
Volgendo; e discendemmo a mano stanca
Laggiù nel fondo foracchiato et arto.
15 Lo mio maestro ancor de la sua anca
Non mi dispose, fin che⁽²⁾ giunse al rocto⁽³⁾
Di quel che sì piangeva⁽⁴⁾ co' la zanca.
16 O qual che⁽⁵⁾ se', che l'i di su⁽⁶⁾ tien di socto,
Anima trista, come pal⁽⁷⁾ commessa,
Comincia' io a dir, se puoi, fa'moeto⁽⁸⁾.
17 Io stava come l' Frate che confessava
Lo perfido assassinn, che, poi ch'è ficto⁽⁹⁾,
Richiama lui⁽¹⁰⁾, per che la morte cessa⁽¹¹⁾.
- 13 *Et ego: Tantum michi est pulchrum, quantum tibi*
Tu es dominus, et scis quod ego non recedo ^[placet:]
A tuo velle, et scis etiam quod tacetur.
14 *Tunc venimus super aggerem quartum;*
Vertimus nos, et descendimus ad manum sinistram
Infra in fundum perforatum et arctum.
15 *Et bonus magister adhuc de tybia sua*
Non me deposuit, usquequo me iunxit apud ructum
Illius qui sic plangebatur cum crure.
16 *O qualicumque es, qui partem superiorem tenes*
Anima tristis, sicut lignum commissa, ^[infra.]
Incepi ego dicere, si potes, loquaris.
17 *Ego stabam sicut Frater qui audit in confessione*
Perfidum assassinum, qui postquam est fictus,
Revocat illum, ut mors cesset.

(1) mic. — (2) al. si mi. — (3) al. foro. — (4) al. torcea. — (5) qualunque. — (6) el capo. — (7) palo in terra. — (8) parlami. — (9) propaginato in terra. — (10) Frate confessore. — (11) si differisca alquanto.

ronatus. Misit unum consortem suum, cardinalem, scilicet dominum Latinum, sic vocatum, et fecit ipsum dominum Bononie. Iste fuit primus notorius symoniacus, de quo habetur et legatur, qui cepit dare beneficia propter aurum et argentum et magna pretia. De hoc dicit textus: Quis est ille, magister, qui se sic cruciat, guizzando, agitando pedes, plusquam alii sui consortes, idest summi pontifices, dixi ego, et quem plus rossa, idest rubea, flamma succiat, idest suggit, cremat? Tunc Virgilius non dixit: Ille est talis, vel talis. Sed dixit: Si tu vis quod ego te portem deorsum per illam ripam, que plus iacet, idest pendet, ab ipso scies de se et suis tortis, idest de suis malis operibus tortuosis, idest non recte perpetratis. Ista fictio fuit hic necessaria, scilicet quod portaretur a Virgilio, quia stando tantum a longe ubi erat, supra pontem, non potuisset audire illum nec intelligere, nec ab ipso intelligi.

Et ego: Tantum michi pulchrum est: idest, tantum volo, quantum tibi placet. Tu es dominus; tu scis quod ego non discedo a velle tuo, et scis id quod tacetur. Scilicet: licet non dicam tibi, tu scis quod ego volo, et quod michi bonum est.

Tunc venimus in arginem, sive aggerem, quartum, idest in ripam quartam, scilicet que dividit tertiam vallem a quarta: volvimus nos ad manum sinistram inferius, in fundum foracchiatum, idest multis foraminibus transforatum, et artum; et bonus magister adhuc me ab sua anca, idest tybia, non deposuit, donec me conduxit ad ructum, idest ad foramen, illius, qui sic plangebatur cum zancha, idest plantis. Ubi autem alii plangunt cum manibus, idest percutiendo manus, isti cum pedibus se percutiunt et cruciant. Sed notetur exordium quod auctor facit, volens sibi complacere, dum dicit: Quicumque tu sis, qui sursum tenes inferius, idest partem superiorem, sicut est caput, tenes

subtus (partem nobiliorem submersam sub tenet), et pedes, vilior partem, tenes versus celum, o anima tristis, sicut palum commissa, idest plantata, cepi ego dicere, si potes, fac mottum, idest loquere; quia non videbatur verisimile quod posset loqui sic stando cum capite subtus in foramine.

Nunc ponit auctor dispositionem, quomodo morabatur et expectabat, comparative dicens: Ego stabam sicut Frater, idest confessor, qui confitetur, idest qui audit confessionem perfidi assassini (assassinus est ille, qui occidit homines pro pecunia); qui, scilicet perfidus assassinus, postquam est fictus, idest iam plantatus, revocat illum, idest confessorem, ut mors cesset, idest tardetur. Similitudo bona. Sicut iam quando caput assassini est in fovea immisum, confessor stat ibi ad confortandum ipsum, et ille revocat confessorem, volens adhuc aliquid dicere (forte fuerat oblitus aliquorum peccatorum, quorum iam primo recordatur), et tunc oportet confessorem stare inclinatum ad audiendum illum, cuius caput immisum est iam in fovea; ita oportebat Dantem hic stare ad audiendum illum, cui iam dixerat quod ipse loqueretur. Dantes fingit hic, quod ille respondit non tamquam Danti, sed tamquam pape Bonifatio octavo, qui tunc vivebat, et erat papa, sed magnus symoniacus. De quo notandum est, quod Bonifatius iste fuit papa manifestus symoniacus. Notandum est modo, quod hic, in isto capitulo, fit mentio de tribus summis pontificibus, scilicet de papa Nicolao de Ursinis, de papa Bonifatio octavo, de domo Caetano, de papa Clemente Vascone de Vasconia.

De primo satis dictum est. De secundo nota, quod ipse fuit homo valde astutus; et sedente Celestino, sancto viro, qui non poterat corrigere cardinales, nec reducere eos ad bene faciendum, libenter renuntiasset: sicut et evenit tandem. Nam iste Bonifatius, dum esset cardinalis, habebat aliquos pueros, optimos cantatores: cum voce puerili faciebat eos cantari pulchras laudes, et sepe, audiente papa,

- 13 Et ei gridò⁽¹⁾: Se'tu già costì rieto,
Se'tu già costì rieto, Bonifatio⁽²⁾?
Di parecchi anni mi menti lo scripto.

(¹) colui, cioè papa Nicholao degl' Orsini. — (²) o Papa.

dicebant pueri: Summe pontifex, voluntas Iesu Christi est, quod tu renunties papatum, et quod tu vaces orationibus. Demum de nocte, cum arundinibus penetrantibus ad cameram pape, faciebat sic consimilia verba; in tantum quod papa Celestinus renuit papatum, ut dictum fuit in tertio capitulo. Facta renuntiatione, iste prequisivit voces a cardinalibus, in tantum quod fuit electus papa: et promiserat duobus cardinalibus de Columpna, scilicet domino Petro et domino Iacobo, transferre papatum in domum illorum de Columpna; sed nihil observavit de hiis, que promiserat illis de Columpna. Unde facti sunt inimici sui; quos ipse capello privavit, et fecit quasi exterminari domum de Columpna, abstulit ab eis Penestrinum, et multa alia. Sed quia ipse Bonifatius vocavit Karolum de Frantia, qui dicebatur Sineterra, quia nullam habebat terram, promictens ei facere ipsum regem, et nunquam fecit; ideo rex Philippus, germanus istius Karoli, rex Frantie, factus est inimicus ipsius Bonifatii. Quod audiens dominus Sciarra, nobilis miles de Columpna, ivit ad regem Philippum, regem Frantie, et dixit ei: Si vis me iuvare et michi auxiliari, nos deponeamus papam Bonifatium. Rex Philippus acceptavit, dicens: Pete quidvis. Tunc ipse petiit pecunias et homines armorum. Rex Philippus omnia concessit. Tunc papa Bonifatius stabat et morabatur in Anania, civitate Campanie. Iste dominus Sciarra fecit tractatum cum aliquibus de Anania, et dato ordine, ivit ad Ananiam et intravit civitatem. Papa nihil timebat, quia habebat quingentos homines armorum. Dominus Sciarra de Columpna incepit facere tumultum in civitate. Tunc homines armorum pape fugerunt. Papa, videns se derelictum, intravit strictiorem et secretiorem cameram, quam habebat, et preparavit se in pontificalibus cum omnibus suis cubiculariis, et ibi expectavit. Dominus Sciarra, subintrans et perveniens ad papam, dicebat pape: Renuntia papatum; renuntia omnino. Et ille dicebat: Papa moriar, Papa moriar. Tunc dominus Sciarra duxit papam Romam, et tenebat eum in una magna turri; et papa momordit manus suas: tandem, nolens comedere, fame periit et mortuus est. Iste dilexit tantum suos, quod, ad ditandum eos, fecit symoniam et omnia inconvenientia, propter ditare eos.

Tertius papa de quo hic fit mentio, fuit papa Clemens Vasco, qui fuit sic electus. Post mortem Bonifatii, immediate fuit electus papa Benedictus de Ordine Predicatorum, qui parum vixit. Quo mortuo, cardinales fuerunt ad eligendum successorem istius adeo discordes, quod steterunt in conclavi per multos menses: nam inter eos erat secta Bonifatii, que inimicabatur regi Frantie; et erat ibi secta illorum de Columpna, et hii amicabantur regi Frantie. Unus Cardinalis de Prato, oppido pulchro, quod est selempe castrum prope Florentiam per decem milliaria, erat valde

- 18 Et ipse clamavit: Es tu iam ibi,
Es tu iam ibi, Bonifati?
De pluribus annis est michi mentita scriptura.

prudens, et erat de Ordine Predicatorum; iste, videns tantam discordiam in electione, voluit se ad partem Bonifatii, dicens: Faciamus papam archiepiscopum Burdigalensem, qui est inimicus regis Frantie; sicut de facto erat. Contenti quo facto, iste Cardinalis subito occultissime misit, dicendo et indicando omnia hec regi Frantie, significando sibi, quod ipse provideret ad facta sua. Rex Frantie bene intellexit: subito scripsit archiepiscopo Burdigalensi, quod ipse veniret ad regem, quia etiam ipse rex versus ipsum archiepiscopum accederet; quod et factum est. Archiepiscopus Burdigalensis, ignarus horum omnium, veniebat bene timide ad regem; sed etiam ivit rex versus illum. In una terra obviaverunt sibi invicem; et post multa, rex Frantie dixit illi: Videte, domine archiepiscopo: constat michi quod vos fuistis inimicus meus; sed spero quod eritis de cetero bonus amicus meus, quia faciam vobis unum servitium, propter quod eritis michi amicus, et bene merito. Ego habeo modum et viam ad faciendum te papam: in mea potestate stat et est quod tu sis papa: si tu vis, promicte michi facere aliqua; ego faciam te papam. Tunc ille archiepiscopus dixit: Domine rex, talia nunquam merui; sed si hoc facere vultis, petite et fient omnia ad petitionem vestram. Tunc rex dixit: Volo reponas illos duos cardinales de Columpna, quos privavit Bonifatius, ad cappellum; volo quod dimittas michi decimas per decem annos; volo quod transmutes tu papatum ad partes istas, et quod tu non stes in Ytalia; et quod facias tu cremari et comburi ossa Bonifatii; et quod tu absolveras me ab omni censura, et quod casses et adnihilas omnes processus factos contra me; et quod tu dampnes illum Bonifatium pro heretico. Que omnia iste promisit facere, et omnia postmodum observavit, preter cremationem ossium Bonifatii et damnationem in hereticum. Tunc rex fecit cantari missam, et fecit quod iste archiepiscopus omnia hec intravit super corpus Christi. Tunc, quando fuit totum factum publicatum, iste archiepiscopus, qui fuit Clemens, nunquam intravit Ytaliā; sed subito misit pro cardinalibus et transtulit papatum ad partes Frantie, et sic stetit usque ad Urbanum sextum.

Et ille clamavit: Es ne iam istic tu, es iam tu istic. Bonifati? De pluribus annis mentita est michi scriptura. Iste papa Nicolaus de Ursinis, qui erat hic, credebatur quod Dantes, qui loquutus fuerat iam primo, esset papa Bonifatius; de quo, dum papa ille Nicolaus viveret, vel per astrologiam, vel per aliquam prophetiam audiverat, quod iste Bonifatius debebat esse maximus symoniacus, et debebat vivere in papatu octo annis. Duabus vicibus dicit: Es tu hic? es tu hic? propter admirationem, quia non erat completus numerus octo annorum papatus istius Bonifatii.

- 19 Se'tu sì tosto di quellò haver⁽¹⁾ satio,
Per lo qual⁽²⁾ non temesti torre⁽³⁾, a 'nganno⁽⁴⁾
La bella donna⁽⁵⁾, e poi di farne stratio?
20 Tal mi fec'io⁽⁶⁾, quai son color che stanno,
Per non intender quel ch'è lor risposto,
Quasi scornati⁽⁷⁾, e risponder non sanno.
21 E Virgilio mi disse: Dilli tosto,
Non son colui⁽⁸⁾, non son colui, che credi⁽⁹⁾:
Et io risposi⁽¹⁰⁾ com'a me fu imposto⁽¹¹⁾.
22 Perchè lo spirito tutti storse e piedi:
Poi sospirando, con voce di pianto,
Mi disse: Domque ch'è a me richiedi?
23 Se di saper ch'io sia ti cal cotanto,
Che tu habbia però la ripa⁽¹²⁾ scorsa,
Sappia ch'io fui vestito del gran manto:
24 E veramente fui figliuol dell' Orsa,
Cupido sì, per avanza⁽¹³⁾ gl'orsacti⁽¹⁴⁾,
Che su l'havere, e qui mi misi in borsa.
25 Di sotto al capo mio son gl'altri tracti,
Che preceder me symoneggiando,
Per la fessura de la pietra piacti⁽¹⁵⁾.
26 Laggiù chascherò io⁽¹⁶⁾ altresì, quando
Verrà colui⁽¹⁷⁾ ch'io credea che tu fossi,
Allhor ch'io feci⁽¹⁸⁾ el subito dimando.

(¹) thesoro de la Chiesa. — (²) al. per cui. — (³) togliere. — (⁴) con falsità et inganni. — (⁵) Chiesa romana. — (⁶) allora. — (⁷) dileggiati. — (⁸) cioè papa Clemente di Guascogna. — (⁹) tu. — (¹⁰) a lui. — (¹¹) da Virgilio. — (¹²) dell' Inferno. — (¹³) far ricchi e grandi. — (¹⁴) gl' Orsini. — (¹⁵) appiattati. — (¹⁶) papa Nicholao. — (¹⁷) papa Bonifacio, successor mio nel papato. — (¹⁸) a te.

Adhuc non rexerat nisi quinque annis et tribus mensibus: adhuc restabant duo anni et novem menses, quia moriebatur anno millesimo trecentesimo tertio. Ideo sequitur in textu: De pluribus annis, idest duobus et novem mensibus, scriptura mentita est michi. Hec verba Dantes non intelligebat, ymo fuit totus stupefactus. Et subiunxit papa Nicolaus: Es ne iam tam cito de illo *avere*, idest de illis divitiis, saturatus, propter quod, *avere* scilicet, non timuisti recipere cum deceptionibus pulchram dominam, idest Ecclesiam sanctam Dei, et postmodum de ipsa facere stratum, idest male tractare ipsam? Et quia Dantes non intelligebat eum, dicit: Tunc talem me feci, quales sunt illi, qui stant propter non intendere, sive intelligere, id quod eis respondetur, quasi *scornati*, idest terrii, sive decepti, et respondere nesciunt.

Tunc Virgilius dixit: Dicas sibi cito: Non sum ille, non sum ille, quem credis. Et ego respondidi sicut michi fuit impositum. Quare spiritus totos pedes torsit, idest distorsit; postea suspirando, et cum voce plantus, michi dixit: Quid a me requiris?

- 19 Es ita cito de illo ere satur,
Propter quod non timuisti recipere per deceptionem
Pulchram dominam, et postmodum facere de illa
20 Talem me feci ego, quales sunt illi qui stant,^[derisum?]
Propter non intelligere id quod eis est responsum,
Quasi derisi, et respondere nesciunt.
21 Tunc Virgilius dixit: Dicas sibi cito,
Non sum ille, non sum ille, quem credis:
Et ego respondidi sicut michi fuit impositum.
22 Ex quo spiritus totus distorsit pedes:
Postea suspirando, et cum voce planctus,
Michi dixit: Ergo, quid a me queris?
23 Si scire quis ego sim tibi est cure tantum,
Quod tu propter hoc ripam cucurreris,
Scias quod ego fui vestitus de grandi manto:
24 Et vere fui filius Urse,
Cupidus sic, ut ditarem ursactos,
Quia superius es, et hic me misi in bursiam.
25 Subtus caput meum sunt alii tracti,
Qui precesserunt me symonizando,
Per fixuras petre abyssi.
26 Huc infra cadam ego etiam, quando
Veniet ille quem ego credebam quod tu esses,
Tunc quando ego feci subitam interrogationem.

Si ad descendum quis sim tantum affectas, quod propter hoc tu ripam cucurreris, scias quod ego fui vestitus magno manto, idest fui papa: hec est tertia pars huius capituli. Mirabilis opinio est in Ytalia de isto manto: nam vetule et rustici dicunt, quod est unus mantellus Sancti Petri. Aliqui dicunt quod est unus magnus mantellus, quem dedit Constantinus Sancto Silvestro. Aliqui dicunt, quod iste mantellus est electio canonica: et forte quod isti appropinquant veritati.

Et vere fui filius Urse, tam cupidus propter superhabere ursactos, idest ut abundarent ursacti, idest ut mei attinentes et consortes essent divites, quod superius *avere*, idest divitias, et hic me *imborsat*, idest in hac bursia sum; idest superius pecunias posui in bursia; et ita symonizando posui animam meam hic in isto loco. Sub capite meo sunt alii tracti, qui precesserunt, symonizando, per fixuras petre piacti, idest quilibet in suo fetamine piacti, idest quasi plantati. Illic inferius ruinabo ego, quando veniet ille, quem te esse credidi, tunc quando feci subitam dimandam; idest, quando te tam subito interrogavi: Es ne tu iam hic, es tu ne iam hic, Bonifati? etc.

- 27 Ma più è 'l tempo già ch'è piè mi cossi,
E ch'io son stato così sotto sopra,
Ch'ei ⁽¹⁾ non starà piantato co' piè rossi:
28 Chè doppio lui verrà, di più layda opra,
Di ver ponente ⁽²⁾ un pastor ⁽³⁾ senza legge,
El qual convien che me e lui ricopra.
29 Nuovo Yason sarà, di cui si legge
Ne' Machabei ⁽⁴⁾: e come a lui ⁽⁵⁾ fu molle
Suo re ⁽⁶⁾, così fie lui ⁽⁷⁾ chi Francia regge.
30 Io ⁽⁸⁾ non so s'io fui qui ⁽⁹⁾ troppo folle ⁽¹⁰⁾,
Ch'io pur risposi lui ⁽¹¹⁾ in questo metro ⁽¹²⁾:
De[h], hor mi di' ⁽¹³⁾ quanto thesoro volle ⁽¹⁴⁾
31 Nostro Signore ⁽¹⁵⁾ pria da Sancto Pietro,
Che ponesse le chiavi in sua balla ⁽¹⁶⁾?
Certo, non disse se non: Viemmi dietro.
32 Nè Pier nè gl'altri ⁽¹⁷⁾ tolsero a Mathia ⁽¹⁸⁾
Oro o argento, quando fu sortito ⁽¹⁹⁾
Al luogo che perdè l'anima ria ⁽²⁰⁾.
33 De[h] ⁽²¹⁾ hor ti sta', chè tu se' ben punito;
E guarda ben la mal tolta ⁽²²⁾ moneta ⁽²³⁾,
La qual ti fece contra Karlo ⁽²⁴⁾ ardito.

⁽¹⁾ al. ch'el. — ⁽²⁾ di Guascogna. — ⁽³⁾ papa Clemente quinto. — ⁽⁴⁾ lib. II. cap. 4. — ⁽⁵⁾ a Yason. — ⁽⁶⁾ Antyocho. — ⁽⁷⁾ a Clemente. — ⁽⁸⁾ Dante. — ⁽⁹⁾ in questo luogo. — ⁽¹⁰⁾ stolto. — ⁽¹¹⁾ a papa Nicholao. — ⁽¹²⁾ che seguita. — ⁽¹³⁾ o papa Nicholao. — ⁽¹⁴⁾ ricevere. — ⁽¹⁵⁾ Iesu Christo. — ⁽¹⁶⁾ potestà. — ⁽¹⁷⁾ Apostoli. — ⁽¹⁸⁾ apostolo. — ⁽¹⁹⁾ per sorte electo. — ⁽²⁰⁾ di Giuda. — ⁽²¹⁾ al. Però. — ⁽²²⁾ per symonia. — ⁽²³⁾ pecunia. — ⁽²⁴⁾ re di Sicilia.

Sed plus est temporis iam quod pedes cossi, idest decoxi, et quo steti sic subsuper, idest quo partem superiorem, scilicet caput, tenni subtus, quam non stabit plantatus, cum pedibus rubeis, idest ipse Bonifatius: quia papa Nicolaus steterat iam hic tali modo bene viginti annis, Bonifatius non stabit nisi duobus annis. Vult hic fingere, et fingit, quod unus papa symoniacus, qui ponitur sic in hoc loco, tantum sic stat quousque moriatur alter papa symoniacus. Assignat causam, quare tam modicum stabit hic Bonifatius, dicens: Quia post ipsum venit de turpiori opere, idest maior symoniacus, de partibus ponentis, idest occidentis, unus pastor sine lege, talis, idest, quod oportet omnino ut ipsum Bonifatium, et me Nicolaum, cooperiat: idest erit maior symoniacus quam aliquis nostrum duorum. Dicitur de occidente, quia iste Vasco fuit, et Vasconia, respectu Ytalie, est pars occidentalis. Sine lege, quia oportebit ipsum facere, et sic faciet, quidquid placebit regi Frantie.

Nota quod in secundo libro Machabeorum scribitur, quomodo unus [fuit], qui vocatus fuit Iason, qui cupiebat summum sacerdotium et optinuit isto modo. Rex Antiochus tunc dominabatur in Hierusalem. Iste Iason ivit ad regem Antiochum, portans ei magnam pecuniam, et impetravit a

- 27 *Sed maius est tempus iam in quo pedes sunt michi*
Ex quo ego steti sic sub supra, ^{[coeti,}
Quam illud quo ipse stabit plantatus cum pedibus
28 *Quia post eum veniet, turpior opera,* ^{[rubeis:}
Ab occidente unus Pastor sine lege,
In tantum quod convenit quod me et illum recoo-
29 *Novus Iason erit, de quo legitur* ^{[periat.}
In libro Machabeorum: et sicut illi fuit mollis
Suus rex, ita erit sibi qui Frantiam regit.
30 *Ego nescio si ego fui hic nimis follis,*
Quod ego pur respondi sibi ad istud metrum:
Defh]or dicas michi quantum thesaurum voluit
31 *Noster Dominus prius a Sancto Petro,*
Quam poneret claves in sua baylia?
Certe non quesivit nisi: Tene me retro.
32 *Nec Petrus nec alii quesierunt a Mathia*
Aurum et argentum, quando fuit sortitus
In loco quem perdidit anima prava.
33 *Ideo remaneas, quia tu es bene punitus;*
Et custodias bene male ablatam monetam,
Que esse te fecit contra Karolum audacem.

rege, quod sic et taliter suas partes interponeret, quod iste esset summus sacerdos; et sic fecit. Antiochus taliter ordinavit, quod iste Iason fuit factus summus sacerdos. *Novus Iason erit*: scilicet iste papa Clemens. De quo, Iason scilicet, legitur in Machabeis, idest in libro Machabeorum. Et quomodo illi, scilicet Iason[i], fuit mollis, idest propitius, ymo adiutor et promotor, suus rex, scilicet Antiochus, sic est illi pape Clementi qui Frantiam regit, idest rex Frantie.

Ego nescio: hec est quarta pars huius capituli, in qua auctor reprehendit dictum spiritum, scilicet papam Nicolaum, dicens: Nescio ego si hic fui nimis mollis, idest presumptuosus, quoniam ego respondi ipsi omnino ad istud metrum, idest hoc modo. De[h], iam dic michi, quantum thesaurum voluit noster Dominus Iesus Christus, primo a Sancto Petro, antequam poneret claves in sua balla, idest in suo arbitrio? Certe, non petiit nisi: Veni post me. Ita quod Christus nullum danarium petiit a Petro, quando fecit eum papam, nisi: Sequere vestigia mea; scilicet, imitare paupertatem, humilitatem. Nec Petrus, nec alii, petierunt a Mathia aurum nec argentum, quando fuit sortitus, idest per sortes electus, ad locum, quem perdidit anima rea, idest Iudas Scarioth, in cuius loco electus fuit

- 34 E se non fosse ch'ancor lo mi vieta
La reverentia delle somme chiavi,
Che tu tenesti nella vita lieta,
35 Io userei ⁽¹⁾ parole assai più gravi;
Chè la vostra ⁽²⁾ avaritia el mondo attrista,
Calcando ⁽³⁾ e buoni e sollevando ⁽⁴⁾ e pravi.
36 Di voi pastor ⁽⁵⁾ s'accorse ⁽⁶⁾ l'Vangelista ⁽⁷⁾,
Quando colei ⁽⁸⁾, che siede sopra l'acque ⁽⁹⁾,
Puttaneggiar ⁽¹⁰⁾ coi re ⁽¹¹⁾ da lui fu vista:
37 Quella ⁽¹²⁾ che co' le septe teste ⁽¹³⁾ nacque,
E da le dieci corna ⁽¹⁴⁾ ebbe argomento,
Finchè virtute al suo marito ⁽¹⁵⁾ piacque.
38 Facto v'havete Dio d'oro e d'argento;
E che altro è da voi all'ydolatre,
Se non ch'elli ⁽¹⁶⁾ uno ⁽¹⁷⁾, e voi n'orate cento ⁽¹⁸⁾?
39 Hay, Constantino, di quanto mal fu matre,
Non la sua ⁽¹⁹⁾ conversion, ma quella dote
Che da lui prese ⁽²⁰⁾ el primo richo patre ⁽²¹⁾!
40 E mentre li cantava cotai note,
O ira o conscientia che 'l morderesse,
Forte spinghava con ambo le piote ⁽²²⁾.
- 34 *Et si non esset quod adhuc michi vetat*
Reverentia summarum clavium,
Quas tu tenuisti in vita leta,
35 *Ego uterer verbis adhuc gravioribus;*
Quia vestra avaritia mundum tristem facit,
Calcando bonos et sublevando pravos.
36 *De vobis pastoribus previdit Evangelista,*
Quando illa, que sedet super aquas,
Meretricari cum regibus ab eo fuit visa:
37 *Illa que cum septem capitibus nata est,*
A decem cornibus habuit argumentum,
Quousque virtus suo marito placuit.
38 *[Vos Deum vobis fecistis de auro et argento;*
Quid aliud est inter vos et ydolatras,
Nisi quod ipsi unum, et vos honoratis centum?]
39 *Ay, Constantine, quot malorum fuit mater,*
Non tua conversio, sed illa dos
Quam a te suscepit primus dives pater!
40 *Et dum ego cantabam tales notas,*
Vel quod ira, vel quod conscientia, eum morderet,
Fortiter spingabat cum ambabus plantis.

⁽¹⁾ al. ti direi. — ⁽²⁾ di voi pastori. — ⁽³⁾ tenendo sotto e subditi. — ⁽⁴⁾ a prelazione e dignità per symonia. — ⁽⁵⁾ avari. — ⁽⁶⁾ prevede. — ⁽⁷⁾ Iohannes, Apoc. XVII. — ⁽⁸⁾ Chiesa romana. — ⁽⁹⁾ popoli, o carnalità. — ⁽¹⁰⁾ per symonia. — ⁽¹¹⁾ signor temporalis. — ⁽¹²⁾ dico. — ⁽¹³⁾ septem spiritus dona, vel sacramenta. — ⁽¹⁴⁾ decem legis precepta. — ⁽¹⁵⁾ al. papa. — ⁽¹⁶⁾ che quelli ydolatre. — ⁽¹⁷⁾ ydolo. — ⁽¹⁸⁾ quot sunt nummi per symoniam recepti. — ⁽¹⁹⁾ al. la tua. — ⁽²⁰⁾ al. da te prese. — ⁽²¹⁾ Sancto Silvestro. — ⁽²²⁾ piante.

Sanctus Mathias, ut patet in Actibus Apostolorum. Ideo stes ibis, idest remane, quia tu es bene, idest iuste, punitus: et custodi bene male ablatam monetam; idest, quam tulisti, sive acquisivisti, per symoniam; que te esse fecit audacem contra Karolum. Quia propter divitias, quas dederat suo nepoti, fuit ausus petere pro suo nepote filiam regis Karoli in uxorem; quia Karolus noluit dare, dicens: Licet habeat papa infulam de auro, non tamen est congruum, quod pro nepote suo habeat natam ex sanguine regum Frantie. Papa Nicolaus cepit facere guerram ipsi Karolo; et nisi mors supervenisset ipsi pape, ipse privasset regem suo regno.

Et si non esset quia adhuc michi denegat reverentia summarum clavarum, quas tu tenuisti in vita leta, idest mundiali, que leta est respectu vite quam habet iste in Inferno. Vult dicere, quod adhuc dixisset asperiora verba isti pape Nicolao, nisi quod abstinuit propter reverentiam clavium, etc. Ego uterer verbis adhuc gravioribus: scilicet, quod vestra avaritia mundum contristat, calcando, idest deprimendo, non exaltando, bonos, et sublevando pravos, idest dando eis, pro pecunia, beneficia. De vobis pastoribus, scilicet Ecclesie, s'accorsit, idest perpendit, Evangelista, scilicet Ioannes, in libro Apocalypsis, quando illa, que sedet super aquas, meretricari cum regibus fuit visa, idest ostensa. Inter alia, que fuerunt revelata Sancto Ioanni Evangeliste

in libro Apocalypsis, quod interpretatur revelatio Dei, fuit sibi ostensa una mulier meretrix, sedens super aquas, et circa ipsam stabant multi reges, quos ipsa osculabatur et adulterabatur. Ista mulier, potestas papalis, sive gubernatio pastorum Ecclesie, sedet super aquas, idest super populos. Aque multe, populi multi sunt. Adulteratur cum regibus, sicut sepe fecit cum rege Frantie et multis aliis. Ista habebat septem testas, idest capita, idest septem dona Spiritus Sancti, vel septem virtutes, quatuor cardinales et tres theologicas; decem cornua, idest decem precepta Decalogi bene observata. Illa, que cum septem testis, idest capitibus, nata est, et a decem cornibus habuit argumentum, quousque virtutes suo marito, idest pape, placuerunt. Fecistis vobis Deum de auro et argento: quid est inter vos et ydolatras? idest que differentia est inter vos et ydolatras, nisi quod ipsi unum, idest Deum, adorant, de auro, et vos, idest, sed vos adoratis centum, idest quot florenos habetis, tot Deos honoratis? Nunc exclamat auctor contra illum, qui fuit causa divitiarum Ecclesie, scilicet Constantinum, dicens:

Ay, Constantine, quanti mali tu fuisti mater, non tua conversio, quia per ipsam tu fuisti sanatus in anima et in corpore, sed ille dotes, quas a te accepit primus dives Pater. Dum ego cantabam tales notas, vel ira, vel conscientia, que morderet eum, fortiter spingabat, agitabat, cum ambabus piotis, idest plantis.

41 Io credo ben ch' al mio duca piacesse,
 Con sì contenta vogla sempre attese
 Al suon de le parole vere e spesse.
 42 Però con ambo le braccia mi prese,
 E poi che tutto su mi s'ebbe (1) al pecto,
 Rimontò per la via onde discese;
 43 Nè si stanchò d'havermi a sè distrecto,
 Sì men portò sopra 'l colmo dell' arco,
 Che fa dal quarto al quint' argin (2) tragecto.
 44 Quivì soavemente sposò (3) el carco;
 Salimmo per lo scoglio sconcio et erto,
 Che sarebbe a le capre duro varco:
 Indi un altro vallon mi fu scoperto.

(1) al. mi tolse. — (2) argine. — (3) pose giù.

Ego bene credo, quod meo duci placueram: cum tam contento labio semper adesit, idest auscultavit, idest delectabiliter audivit, sonum verborum verorum, expressorum, idest que ego expressi; quia, quicumque me audivisset, cognovisset quod ego dixi verum et bene. Ideo cum ambobus brachiis me cepit; et postquam me habuit totum ad pectus suum, remontanit, idest reascendit, per viam, per quam descenderat. Nec fessus fuit habendo me strictum ad se; sic me portavit ad summum culmen arcus, qui a quarta, scilicet valle, ad quintum, scilicet ad circum, arginem.

41 Ego credo bene quod meo duci placuit,
 Cum ita contento labio semper auscultavit
 Sonum verborum verorum et expressorum.
 42 Ideo cum ambobus brachiis me cepit,
 Et postquam totum me habuit ad pectus,
 Reascendit per viam unde descenderat;
 43 Nec fessus fuit habere me apud se strictum,
 Quousque portavit me super culmen arcus,
 Qui a quarto ad quintum aggerem est traiectum.
 44 Ibi suaviter disposuit onus,
 Suave propter scopulum raptum et arctum,
 Quod esset capris durus transitus:
 Inde una altera vallis fuit michi discooperta.

sive aggerem, est traiectum, idest passus. Nam per ascensum, sicut primitus per descensum, Virgilius portavit Dan-tem: quia illa civitas erat nimis difficilis pro homine vivo, idest habente corpus; quod non sic fuisset, nec erat, pro uno spiritu. Hic in isto loco suaviter onus deposuit, idest me; suaviter per scopulum arctum et difficilem, et altum, qui esset capris, que leviter saltant, durus varcus, idest passus, vel transitus.

Inde unus alter vallonus fuit michi discoopertus, idest alium vallonem vidi inde.



VERI SENTIMENTI DELL'ALIGHIERI

RISPETTO A' PONTEFICI VICARII DI GESÙ CRISTO

Essendo questo il canto, in cui l'Alighieri mostrossi terribilmente sdegnato contro tre pontefici, che credè rei di gravissime colpe, come ne correva la fama, la quale, durando ancora al tempo del Serravalle, con favole aggiunte, anche da lui viene ripetuta, così come correva (ut dicitur, avverte egli stesso in un luogo); senza entrare qui ne' fatti storici, a' quali il Poeta accennava, messi omai nella vera e piena loro luce co' poderosi lavori, tra gli altri, del Tosti, dell'Audisio (e ci si consenta citare anche il nostro, modestissimo, del *Romano Pontificato nella storia d'Italia*); non possiamo non avvertire due cose.

La prima è, che non sappiamo intendere, come certuni di queste accuse, contro due o tre pontefici, piglino tanto scandalo; ed altri arrivino fino credere, che con la ripetizione delle medesime in tutti i tuoni, si possa viziare il concetto della Chiesa e farla decadere dalla comune estimazione cristiana. Ma perchè ei non si servono piuttosto di quel che narra il Vangelo, del primo che venne deputato capo visibile di essa Chiesa, d'avere, cioè, per ben tre volte rinnegato il suo Maestro divino; e fu verissimo? La ragione apparisce chiara. Quell'accusa è troppo antica, e non servirebbe allo scopo: ecco tutto! Ben altri intendimenti ebbe l'Alighieri. Il Poeta, cattolico per eccellenza, fremeva di quel che narra; perchè da quelle macchie egli, piena la mente del divino splendore della mirabile istituzione di Cristo, l'avrebbe voluta interamente pura e santa anche nella sua parte terrena. Essi, al contrario, ne tripudiano, come se con ciò la Chiesa fosse bell'e spacciata! Nè mancano pusillanini che se ne mettono in costernazione! Al contrario, come già avvertiva un dotto Commentatore, in fondo, quel divampante fuoco, che lo faceva rompere in parole così amare contro i travimenti della parte umana della Chiesa, e non mai della divina, che non può averne; quello zelo deve piuttosto edificarci ed esserci un ammaestramento nel vero amore della stessa Chiesa.

Qual meraviglia che così parlasse (compendiamo il Commentatore citato) chi s'era proposto nel suo Poema il nobile e sacro fine di rimuovere i viventi in questo mondo (come dice egli stesso) dallo stato di miseria in cui gemevano, e di condurli allo stato di felicità? Qual meraviglia, che egli abbia inteso di ciò ottenere mediante la restaurazione dell'Impero Romano (creato da Leone III, e da Silvestro II restaurato), e il riordinamento della corte pontificale e del clero; in nome di Dio intimando a tutti, e specialmente a questo, che agli altri deve

porgersi esempio, la santità de' costumi e il rispetto dell'autorità, nella mancanza della quale egli vedeva la causa di tutti i mali, dai quali era l'umanità oppressa?

« Sarebbe forse un ostacolo a persuadersene (prosegue il Commentatore) il non avere alcun che di simile intrapreso nè Omero, nè Virgilio, nè Lucano, nè Stazio, o piuttosto, perchè tale sentire sia tanto diverso da quello del nostro tempo, nel quale la politica procede per principii tanto diversi dagli esposti, e nel quale i castighi e le ricompense dell'altra vita non spaventano nè allettano, e la scienza teologica è pressochè bandita dalle scienze razionali? Ma Dante non iscrisse nè al tempo di quei poeti, nei quali però le credenze dell'altro mondo non erano senza una benefica azione sugli atti degli uomini; nei quali la politica scienza faceva parte dell'Etica; la scienza teologica era universalmente dai dotti studiata, e i teologi erano la classe più illuminata e più consultata anche nelle cose politiche e civili; e le credenze dei castighi e delle ricompense nell'altro mondo, erano il mezzo più potente, forse l'unico, per tenere in freno e la plebe e i sovrani. E però, siccome per intenderlo fa bisogno il conoscere la storia, i costumi, la cultura, lo spirito di quel tempo; così per coglierne gli intendimenti, è necessario considerarlo quale egli era; cristiano e cattolico sincero; dottissimo in ogni scienza; profondo teologo sopra tutto. » (*Commedia di Dante Alighieri, esposta e commentata da ANTONIO LUBIN, part. I, cap. III, Padova 1881*).

E però è che, dato sfogo all'amarezza dell'anima sua, contro quelle che riputò colpe del pontefice più di tutti gli altri da lui malmenato, con parole che non mai le più gravi, tornato in sè stesso, ne riconosce e vendica la legittimità, che in quell'impeto pareva aver negato, fulminando gli scherani che in Anagni l'avevano assalito, imprigionato, percosso, abbeverato di fiele, confitto in croce!

Veggio in Alagna entrar lo Fiordaliso,
 E nel VICARIO suo Cristo esser catto;
 Veggiolo un'altra volta esser deriso;
 Veggio rinnovellar l'aceto e il fele
 E tra' vivi ladroni esser anciso.

« Esempio a noi (conchiuderemo con la fine del capitolo XVI del secondo volume del nostro *Romano Pontificato nella storia d'Italia*) non che del profondo rispetto, che si deve a quella

somma autorità divina, ma del come si debbano vendicare le glorie nostre, e il nostro paese dagli oltraggi che ci sono fatti da gente straniera, che vorrebbe renderci apostati. A noi specialmente, figli di questa patria gloriosa e diletta, si conven-gono quelle sue parole:

Siate, cristiani, a muovervi più gravi,
Non siate come penna ad ogni vento,
E non crediate che ogni acqua vi lavi;
Avete il vecchio e il nuovo Testamento,
E il Pastor della Chiesa che vi guida;
Questo vi basti a vostro salvamento. »

In quanto poi alla storia di quel pontefice (messe da parte le favole) ripetiamo che oggi, per gli studii fatti e i documenti pubblicati, è ben altra da quella che correva a' tempi turbino-

sissimi del Serravalle, ed anche dipoi; e il non tenerne conto, come alcuni fanno, non è onestà, nè giovare alla storia e a questa cara Italia, che diciamo di amar tanto! Non fanno così gli stranieri, rispetto alla storia del loro paese!

Rispetto a' pusillanimi, che pur vi sono (e la pusillanimità non è sempre pusillanimità soltanto), se qualcun d'essi volesse a forza scandalizzarsi tanto delle parole del Poeta, quanto di quelle del Serravalle, i quali raccolsero la storia come la trovarono, *ut dicitur*, cioè, travisata da' que' fieri e potenti nemici, che furono, specialmente di Bonifazio, i Colonna e loro consorti; storia accresciuta inoltre di favole, come oggi è universalmente consentito; ci basterà invitar costoro a leggere la Vita e i Trattati su l'Inferno e il Purgatorio dell'insigne eroina della Chiesa, Santa Francesca Romana, pubblicati in Roma con l'approvazione del Maestro de' Palazzi Apostolici, dal chiarissimo Mariano Armellini, l'anno 1882.



CAPITULI VICESIMI SUMMARIUM

In vicesimo capitulo, quod incipit: *De nova pena me oportet facere versus*, etc., auctor tractat de divinatoribus et divinacionibus [et] auguriis; quorum pena talis est. Isti habent faciem revolutam a tergo, ita quod mentum et barba stant super renes, et tota facies anterior stat retro; crines vero et pars capitis posterior stant super pectus. Facies autem istorum divinantium sunt magis et minus transverse, sive transvolte, sive transvolute, sicut plus et minus usi fuerunt isti divinacione; et quia isti modo incongruo voluerunt videre futura, ideo transverse sunt eorum facies. Et dicit auctor, quod non credit quod propter paralysim usquequaque aliquis fuerit, [qui] passus fuit tantam transversionem in

membris; nam paralis aliquid transvertit membra hominum. Isti divinatores vadunt per fundum illius vallis plorando, lacrymando, et lacryme descendunt ab oculis per genas et mentum, et vadunt per renes, sicut crines tangunt pectora istorum, etc. Hic invenit auctor Amphyraum, Tyresiam, Manto, eius filiam. Et in hoc capitulo auctor describit edificationem mantuane civitatis. Hic auctor vidit Euripulum, divinatorem Grecorum. Vidit Arontam, de quo Lucanus in quinto libro loquitur; Calcan-tem, qui dedit signum in Aulide insula, ubi congregaverunt se Greci, quando venerunt ad obsidendum Troyam. Hic vidit Guidonem Bonacti de Forlivo.



CAPITULUM VICESIMUM

- ¹ Di nuova pena mi convien far versi,
E dar materia al ventesimo canto
De la prima canzon (¹), ch'è de' som-
² Io era già disposto tutto quanto ^[mersi (²)]
A riguardar nello scoperto fondo,
Che si bagnava d'angoscioso pianto:

(¹) Cantica. — (²) nell'Inferno

De nova pena me oportet facere versus: istud est vicesimum capitulum Inferni, in quo auctor tractat de divinatoribus et auguribus; quod dividitur in quatuor partes. In quarum prima ponitur pena divinatorum in generali. In secunda, que incipit ibi:

Drizza la testa;
Erige caput,

in speciali ponit aliquos divinatores. In tertia, que incipit:

Suso in Italia;
Sursum in Ytalia,

Virgilius facit unam digressionem, describendo civitatem suam Mantuanam.

In quarta, que incipit ibi:

E io: Maestro;
Et ego: Magister,

redit ad primam materiam.

In prima igitur parte, volens describere penam divinatorum, primo premittit quoddam dictum; scilicet quod de nova materia vult tractare, scilicet de divinatoribus. Est nova materia, quia nunquam talem materiam descripsit aliquis poeta, nec aliquis alius: et dicit novam penam, ad reddendum auditores attentos, et ad ostendendum difficultatem ad scribendum dictam materiam. Etiam dat secundam causam, scilicet ad dandum materiam vicesimo cantui,

- ¹ *De nova pena michi convenit facere versus,
Et dare materiam vicesimo cantui
Prime cantilene, que est de submersis.*
² *Ego eram iam dispositus totus
Ad respiciendum in discoopertum fundum,
Qui balneatur angustioso planctu:*

idest vicesimo capitulo totius Inferni. Quare dicatur cantus, dictum fuit in uno preambulorum, scilicet propter dulcedinem modi dicendi in carminibus, vel in rithymis. De prima cantione, que est de submersis: prima cantilena huius libri est Infernus; secunda, Purgatorium; tertia, Paradisus: sed istud est vicesimum capitulum prime cantilene, scilicet Inferni, que est de submersis, quia omnes dampnati sunt submersi inferius in Inferno; ubi purgandi sunt, supra montem; salvati, sunt in celo empyreo, quod est supremum celum. Dicit igitur auctor: De nova pena michi convenit, idest oportet, facere versus, et dare materiam vicesimo cantui prime cantilene, idest Inferni, que est de submersis, idest dampnatis.

Modo vult dicere auctor, quomodo erat totus dispositus, totum suum ingenium adplicare ad contemplandum istam vallem. In capitulo precedenti dampnati erant absconsi in stercore: non videbantur, quia adulatio est tota tecta et absconsa, que premittitur in precedenti capitulo. Isti vero sunt discooperti et gemunt penas suas et dolent; ideo dicit: Ego eram iam dispositus totus ad respiciendum in discoopertum fundum, quod balneatur angustioso planctu, idest descendente ab oculis istorum cruciatorum et angustiatorum.

- ³ E vidi gente per lo vallon tondo
Venir tacendo e lagrimando, al passo
Come fanno letane (¹) in questo mondo.
⁴ Come 'l viso mi scese in lor più basso,
Mirabilmente apparve esser travolto
Ciascun tra 'l mento e 'l principio del
⁵ Chè da le reni era tornato el volto, ^[casso (²)]
E indietro venir li convenia (³),
Per che 'l veder dinanzi era lor tolto.
⁶ Forse per forza già di parlisia
Si travolse così alcun del tucto;
Ma i' nol vidi, nè credo che sia.
⁷ Se Dio ti lassi, lector, prender fructo
Di questo legger, pensa per te stesso,
Com'io potea tener lo viso asciutto,
⁸ Quando la nostra ymagine da presso
Vidi sì torta, che 'l pianto degl'ochi
Le natiche bagnava per lo fesso.

(¹) Litanie. — (²) corpo. — (³) era necessario.

- ³ *Et vidi gentes per vallem rotundam
Venire tacendo et lacrymando, ad passum,
Sicut faciunt letanie in isto mundo.*
⁴ *Sicut visus descendit in eos magis ymus,
Mirabiliter apparuit esse transversum
Quemlibet intra mentum et principium pectoris.*
⁵ *Quia apud renes redierat vultus,
Et retrorsum eis venire conveniebat,
Quia videre ante erat eis sublatum.*
⁶ *Forte per vim aliquando paralis
Fuit transversus sic aliquis in totum;
Sed ego non vidi, nec credo quod sit.*
⁷ *Si tibi Deus concedat, lector, capere fructum
De tua lectione, cogita per te ipsum,
Quomodo poteram tenere visum siccum,*
⁸ *Quando nostram ymaginem prope
Vidi ita transversam, quod planetus oculorum
Nates balneabat per fixuram.*

Nunc describere intendit penam divinatorum in generali, que talis est: vadunt enim divinatores per fundum huius vallis lento passu (in circulo superiori currebant velociter) et vadunt gemendo, et ultra hoc, habent facies post terga. Vadunt lente: quia astrologi omnia faciunt secundum puncta previsa, et antequam veniant puncta, nihil facerent. Dicunt astrologi: Non vadas ad bellum, nisi dato tibi puncto: aliud non contrahas pactum cum vendente, vel emente, nisi in tali puncto, si vis ditari. Habent faciem retro: quia voluerunt nimis ultra de futuris videre, voluerunt usurpare ius Dei, ad quem, scilicet Deum, spectat scire futura. Lacrymantur ad passum: idest sicut mutatur passus, ita emittitur lacryma; nec est quasi aliqua ars, in qua artifices tam frequenter decipiuntur; et hoc est propter difficultatem calculandi. Sepe astrologi mentiuntur: dicunt falsa; raro verum. Non dico quod ars in se sit falsa; sed astrologi dicunt falsam propter non bene calculare. Est autem etiam nimis difficile bene calculare. Et secundum quod varii astrologi, vel divinatores, plus vel minus, exercuerunt artem in hac vita, tanto plus vel minus, habent faciem retro retortam. Aliqui habent faciem super latus dextrum; aliqui super sinistrum; aliqui totaliter retro per medium *schene*, sive per medium dorsi a tergo. Hii emittunt lacrymas ex oculis, que descendunt per medium renum a tergo, transeunt per mediam fixuram natum; et mulieres cooperiunt mammillas cum capillis et coma capillorum, et sic respiciunt retro, quia nimis voluerunt ante videre et ante tempus. Isti vadunt per istam quartam vallem taciti et paullatim, sicut vadunt populi post sacerdotes, qui vadunt cantando letaniam per civitatem et per plateas.

Et vidi gentes per vallem rotundam, venire tacendo et lacrymando ad passum; idest apud passum lacrymam emittendo, sicut faciunt letanie in isto mundo, idest sicut faciunt qui sequuntur cantantes letaniam. Et sicut cepi magis speculari penam istorum, mirabiliter et extra omnem modum vidi eos conditionatos. Sicut visus descendit in eos magis ymus, mirabiliter apparuit esse transversum quemlibet intra mentum et principium pectoris, quia ad renes redierat vultus et retrorsum eis venire conveniebat. Necesse erat quod sic irent, quia videre ante eis erat sublatum.

Vult facere comparisonem de paralyticis. Est autem quedam egritudo, que dicitur paralis. Quando aliquod membrum privatur quasi maiori parte vite et caloris naturalis, oportet tale tremere, vel torqueri in alia parte, quam ordinaverit natura. Ideo auctor: Forte, dicit, aliquando per vim paralis fuit transversus sic aliquis in totum; sed ego non vidi, nec credo quod fuerit. Hic auctor fuit valde compassus istis; ideo dicit: Considera, tu qui legis, quomodo poteram abstinere a gemitu, dum viderem ymaginem humanam sic deformatam.

Si Deus concedat tibi, o lector, fructum capere de tua lectione, cogita per te ipsum, quomodo poteram tenere visum siccum, idest quin cum lacrymis balnearem genas meas, quando nostram ymaginem prope vidi ita transversam, quod planetus oculorum nates balneabat per fixuram, scilicet natum.

- ⁹ Cert'io piangea, posato ⁽¹⁾ ad un de' rochi
Del duro scoglio, sì che la mia scorta ⁽²⁾
Mi disse: Ancor se'tu degl'altri sciochi? ⁽³⁾
¹⁰ Qui vive la pietà quand'è ben morta.
Chi è più scellerato che colui
Ch'al iudicio divin compassion porta?
¹¹ Drizza la testa, drizza, disse ⁽⁴⁾, a cui
S'aperse a gl'ochi de'Theban la terra,
Perchè gridavan tutti: Dove rui,
¹² Amphyrao? perchè lassi la guerra?
E non restò di ruinar a valle
Fin a Mynos, che ciaschedun afferra.
¹³ Mira c'ha facto pecto delle spalle:
Perchè volse veder troppo davante,
Indietro va e fa retroso calle.
¹⁴ Vedi Thyresia, che mutò sembiante ⁽⁵⁾,
Quando di maschio femmina divenne,
Cambiandosi ⁽⁶⁾ le membra tutte quante;
¹⁵ E prima e poi ribatter li convenne
E due serpenti avvolti co' la verga,
Che riavesse le maschili penne.
- ⁹ Certe ego plangebam, appodiatu uni ex scopulis
Duri saxi, ita quod meus dux
Michi dixit: Adhuc es tu de aliis insipientibus?
¹⁰ Hic vivit pietas quando est bene mortua.
Quis est magis sceleratus quam ille
Qui iudicio divino compatitur?
¹¹ Erige caput, erige, et vide illum, cui
Aperta fuit ante oculos Thebanorum terra,
Quare clamabant omnes: Quo ruis,
¹² Amphyrae? quare dimictis guerram?
Et non desiit ruere ad vallem
Usque ad Mynoem, qui quemlibet afficit.
¹³ Respice, quod fecit de pectore spatulas:
Quia voluit videre nimis ante,
Retro respicit, et facit transversum callem.
¹⁴ Vide Tyresiam, qui mutavit similitudinem,
Quando de masculo femina devenit,
Permutando membra sua omnia.
¹⁵ Et prius postea repercutere sibi convenit
Duos serpentes involutos cum virga,
Quam rehaberet masculinas pennas.

⁽¹⁾ al. poggiato. — ⁽²⁾ Virgilio. — ⁽³⁾ stolti. — ⁽⁴⁾ Virgilio a me. — ⁽⁵⁾ costume. — ⁽⁶⁾ al. cangiandosi.

Certe, ego plorabam, appodiatu uni ex scopulis duri saxi, ita quod meus dux michi dixit: Adhuc es tu de aliis insipientibus? Nunc vult auctor ostendere, quod non est aliquid, nedum faciendum, sed nec loquendum, quod sit contra iustitiam divinam et ordinationem, asserens tunc esse primum opus, congaudere iustitiae divinae, quando sic iuste punit, et iniquum sit compati punitis a Deo; ideo dicit: Hic vivit pietas, quando est bene mortua: quis est magis sceleratus, quam ille, qui iudicio divino compatitur? Quasi dicat: Nullus. Cum isti per divinum iudicium sint dampnati ad hanc penam, non debes eis compati quia secundum merita ipsorum et debite sint cruciati, quia hoc est facere contra divinum iudicium. Non videtur quod auctor adhuc tam dure doluerit in aliquibus punctis, sicut facit hic. Sed quare auctor ploraverit hic dolenter? Certe dolet, quia aliquando etiam ipse cepit astrologare, sicut patet in primo capitulo Inferni, in ultimo Purgatorii, et vicesimoseptimo Paradisi. Compatitur etiam Virgilio, qui fuit de talibus magnis astrologis.

Drizza la testa. Erige caput: ista est secunda pars huius capituli, in qua Virgilius suggerit auctori, ut non debeat amplius dolere, sed consideret bene de ipsis. Ideo dicit: Erige caput, vide illum, cui aperta fuit ante oculos Thebanorum terra; quare clamabant: Quo ruis, Amphyrae? quare dimictis guerram? Et non desiit ruere ad vallem, usque ad Mynoem, qui quemlibet afferrat, capit, condempnat, vel iudicat.

Nota hic de Amphyrao: sicut enim scribit Statius in suo libro, qui dicitur Thebaydos, Amphyraus fuit unus de septem regibus, qui ierunt contra Thebas. Iste fuit rex et sacerdos, sicut dicitur de Melchisedech; sed Melchisedech fuit sacerdos Dei altissimi; hic vero Deorum paganorum. Iste fuit, qui dabat punctum bellandi et omnium actuum bellicorum, cuius finis fuit talis: nam, una dierum, volens intrare bellum, ascendit suum currum regalem, et dum intraret bellum, aperta est terra, et vivus deglutitus est in profundum. Hoc fuit satis possibile; nam sepe terremotus absorbit civitates et castra. Dum autem rueret Thebani, miserantes ei, dicebant: Quo ruis, Amphyrae? quare dimictis guerram? etc. De quo Amphyrao dicit Virgilius auctori: Quia fuit divinator, respice quod fecit de pectore spatulas. Quia voluit videre nimis ante; idest nimis ante videre, retro respicit et facit retrorsum callem; idest habet faciem transversam ad spatulas, et retrogradus vadit.

Vide Tyresiam, qui mutavit similitudinem, quando de masculo femina venit, permutando membra sua omnia. Et, prius, postea, repercutere eum oportuit duos serpentes involutos cum virga, quam haberet masculinas pennas.

Notandum de isto Tyresia secundum Statium, [quod] fuit famosissimus vaticinator, qui sciebat omnia preterita, presentia et futura; sed iste modus loquendi est ad exaltandum, etc.; quasi dicat: Sciebat plus omnibus. Hic, dum semel transiret per quamdam silvam, in uno prato, a casu,

- ¹⁶ Arunthe è quei ch'al ventre li s'atterga ⁽¹⁾,
Che ne' monti di Luni ⁽²⁾, dove ronca ⁽³⁾
Lo Carrarese che di sotto alberga,
¹⁷ Ebbe tra marmi bianchi la spilonca
Per sua dimora; ond' a guardar ⁽⁴⁾ le stelle
E 'l mar non gl'era la veduta tronca ⁽⁵⁾.
¹⁸ E quella che ricuopre le mammelle ⁽⁶⁾
Che tu non vedi, co' le trecce sciolte,
Et ha di là ogni pelosa pelle,
¹⁹ Mantho fu, che cercò per terre molte,
Poscia si pose là dove nacqu'io ⁽⁷⁾;
Ond' un poco mi piace che m'ascolte.
²⁰ Poscia che 'l padre suo ⁽⁸⁾ di vita uscìo,
E venne serva la città di Baco ⁽⁹⁾,
Questa ⁽¹⁰⁾ gran tempo per el mondo gio.
- ¹⁶ Aronta est ille qui ad ventrem se attergat,
Qui in montibus Luni, ubi roncat
Cararexe quod inferius hospitatur,
¹⁷ Habuit inter albos marmores speluncam
Pro sua statione; unde ad respiciendum stellas
Et mare non erat sibi visio truncata.
¹⁸ Et illa que recooperit mammam,
Quas tu non vides, cum crinibus dissolutis,
Et habet ex alia parte omnem pilosam pellem,
¹⁹ Manto fuit, que perquisivit terras multas,
Postea se posuit ibi ubi ego natus fui;
Unde uno modico michi placet quod me auscultes.
²⁰ Postea[quam] pater suus ex vita exivit,
Et devenit serva civitas Bacchi,
Ista per magnum tempus per mundum ivit.

⁽¹⁾ al. se li atterga. — ⁽²⁾ città destructa. — ⁽³⁾ divide. — ⁽⁴⁾ considerare. — ⁽⁵⁾ mozza e tolta. — ⁽⁶⁾ poppe. — ⁽⁷⁾ in patria, in qua natus fui. — ⁽⁸⁾ Thyresia sopra detto. — ⁽⁹⁾ Baco, cioè Thebe. — ⁽¹⁰⁾ Mantho.

reperit duos serpentes coeuntes, quos percussit cum virga; quibus percussis, effectus est femina. Et iterum, alio tempore, illac transiundo, iterum similiter eos reperit, quos etiam similiter percussit; et tunc reassumpsit abitum virilem, et factus est vir masculus. Allegorice Tyresias est tempus, quod sepe efficitur masculus, quando non producit; fit aliquando femina, quando terra producit et generat. Virga Tyresie sunt calor et frigus: quando Tyresia, idest tempus, coniungit calorem et humorem, sicut tempore veris prime, tunc est femina, quia tunc generat res et producit; sed tempore autumnali, tunc est masculus, quia coniunguntur humor et frigus; et tunc terra sterilis est: sic mutantur membra feminina in virilia tempore veris, et e contra; et sic mutationes temporum.

Arona est ille, qui ad ventrem se attergat: idest, qui posteriora et terga ad ventrem habet, qui in montibus Luni, ubi roncat Carrarexe, quod inferius hospitatur, habuit inter blancos marmores speluncam pro sua demoratione, idest habitatione; unde ad respiciendum stellas et mare non erat sibi visio truncata. Iste Aronta fuit magnus augur et divinator tempore Cesaris et Pompei, de quo loquitur Lucanus in primo libro. Hic stabat in valle Macre. Macra est unus fluvius, qui dividit Thusciam a territorio Ianuensi: ibi prope sunt montes, qui montes dicuntur Luni. Carraya est unum oppidum, quod prope Aventiam est. Aventia est unum aliud oppidum super littus maris, inter fluvium Macre et Petram Sanctam. Istud oppidum Carraye est prope montes, super quos exciduntur pulcherrimi lapides marmorei. Ibi, in una spelunca montis, unde exciduntur tales marmores albi, stabat iste Aronta ad contemplandum stellas et ad exercendum artes magicas.

Et illa, que recooperit mammillas, quas tu non vides, cum crinibus dissolutis, et habet ex alia parte, idest posteriori, omnem pilosam pellem, Manto fuit, que post

mortem patris, perquisivit terras multas; postea, idest finaliter, se posuit, idest edificavit abitationem, ubi natus ego fui; ex quo aliquantulum michi placet, quod me auscultes. Ista Manto fuit filia Tyresie, de quo paulo dictum est, qui fuit de masculo in feminam et e contra mutatus: quo mortuo, civitas Thebarum (de quibus Thebis fuit Bacchus, qui primus in Grecia reperit usum vini, ideo fingitur Deus vini), quando Castor et Polux, duo fratres, fuerunt interfecti, devenit serva, quia fuit subiugata a duce Athenarum, scilicet a Theseo. Ista Manto, hic in Inferno, cooperit mammillas cum crinibus. Femina, in figura naturali, habet crines a tergo per spatulas: sed modo habet faciem transversam; et tunc crines, seu capilli, cooperiebant sibi mammillas. Pars anterior denominatur a facie: tunc si facies transvolvit[ur] ad renes, terga tunc dicuntur pars anterior. Posterius habebat pellem pilosam; et antequam facies transverteretur, pellis pilosa erat ante, etc.

Ubi natus fui ego: ista est tertia pars huius capituli, in qua facit digressionem auctor propter declarare principium et fundamentum civitatis Mantuane per verba Virgili; et incipit a longe. Nam ista Manto, damicella virgo, didicit artem magicam a patre et auguria; et mortuo patre suo, et facta serva civitate Bacchi Thebana, recessit de Thebis, et diu circuit per orbem: tandem devenit ad illum locum, ubi modo situata est Mantua; et videns illum habilem pro arte magica, edificavit ibi aliquas habitationes. Qua mortua, circumstantes, videntes illum locum esse forte, super ossibus Manto, filie Tyresie mortue, absque alio inditio astrologico et augurio edificaverunt civitatem, eam vocantes Mantuam propter hanc crudam virginem: quia nunquam voluit habere virum, ideo dicitur cruda. Ideo dicit textus: Postquam pater suus e vita exivit, idest moriebatur, et venit serva, idest subiugata, civitas Bacchi, ista per magnum tempus per mundum ivit, idest circuit.

- ²¹ Suso in Italia bella giace un laco
A piè dell'Alpe, che serran Lamagna
Sopra Tiralli, c'ha nome Benaco.
- ²² Per mille fonti e più, credo, si bagna
Tra Gharda e Valcamonica et Appennino
Dell'acqua che nel decto laco stagna.
- ²³ Luogo è nel mezzo là, dov' il Trentino
Pastore, e quel di Brescia, e 'l Veronese
Segnar porria, se fesse quel cammino.
- ²⁴ Siede Peschiera, forte e bello arnese (¹)
Da fronteggiar Bresciani e Bergamaschi,
Ove la lama (²) intorno più discese.
- ²⁵ Quivi (³) convien che tutto quanto caschi
Ciò che'n grembo a Benaco star non pò,
E fassi fiume giù per verdi paschi.
- ²⁶ Tosto che l'acqua a correr mette cò (⁴),
Non più Benaco, ma Mencio, si chiama
Fin a Governol, dove cade in Pò (⁵).
- ²⁷ Non molto ha corso, che trov' una lama (⁶),
Nella qual si distende in la paluda,
E suol di state talhor esser grama (⁷).

(¹) ornamento. — (²) valle. — (³) al. Ivi. — (⁴) capo. — (⁵) fiume. — (⁶) valle. — (⁷) inferma.

Volens iam Virgilius describere principium Mantue, dicit, quod in Ytalia iacet unus lacus; et dans confines laci, dicit quod est inter Alpes Apenninas, que claudunt et dividunt Ytaliā ab Alamaniam et e converso, et super Tyrallum. Tyrallum est unum bonum oppidum, in quo sunt comites, qui dicuntur comites Tyralli. Nomen laci est Benachus (sic vocabatur antiquitus); qui lacus fit et procedit a mille fontibus. Lacus igitur situatur inter Alpes dictas et Gardam (Garda est unum pulcrum castrum comitatus civitatis Verone in littore lacus) et Valcamonicam. Valcamonica est una pulcherrima vallis, in qua sunt plura pulcherrima oppida et castra. In territorio Brixie per mille fontes oritur talis lacus; in medio istius laci est una parva insula [ubi] sunt confines comitatus civitatum Tridenti, Brixie et Veronensis. Verum est quod episcopi non possunt benedicere, signando, nisi in sua diocesi: modo si episcopi tres trium dictarum civitatum essent in illo parvo loco, quilibet posset benedicere, signando, quolibet stante in confine suo. Super istum lacum unum pulchrum oppidum est, quod vocatur Piscaria, unde potest homo intueri territorium Brixie et Bergami. De isto loco, qui est clivior omnium locorum circumdantium lacum, exit aqua de lacu, et fit unum flumen, currens per diversa prata. Et tunc illa aqua, egrediens de lacu, non habet amplius nomen laci, scilicet Benachus, sed vocatur Mentius, usque ad unum castrum, vocatum Gubernum, quod castrum est super ripam Padi, et ibi perdit nomen, ex quo fluit in Padum, maximum fluvium totius Ytalie. Modo fluente isto Me[n]tio a lacu usque ad Gubernum, non multum a longe erat et

- ²¹ Superius in Ytalia pulchra iacet unus lacus
Apud montes, qui claudunt Alamaniam
Supra Tyrallum, et vocatur Benachus.
- ²² Per mille fontes et plures, credo, balneatur,
Inter Gardam et Valcamonicam et Appenninum
De aqua que in dicto lacu stagnat.
- ²³ Locus est in medio, ubi Tridentinus
Pastor, et ille de Brixia, et Veronensis
Signare posset, si faceret illud iter.
- ²⁴ Sedet Pischeria, [pulchrum] et forte arnese
Ad frontegiandum Brixianenses et Pergamenses,
Unde ripa circum magis descendit.
- ²⁵ Ibi convenit quod totum cadat
Quidquid Benachi in gremio stare non potest,
Et fit flumen per diversa pascua.
- ²⁶ Quam cito ad currendum aqua mictit caput,
Non plus Benachus, sed Mentius, vocatur
Usque ad Gubernum, ubi cadit in Padum.
- ²⁷ Non multum fluit, quod reperit unam lamam,
In qua se extendit in paludem,
Et solet in estate aliquando esse grama.

adhuc est una lama, idest unum pantanum, idest una palus, que multum se extendit et dilatat; tempore estivo efficit malum aierem, idest inficit aierem. Istac transeundo ista Manto, respexit ibi terram incultam et inhabitatam, ut non haberet consortium humanum: illic habitavit et exercuit artes suas magicas: ibi d'u vixit, et ibi moriebatur, et sui amore et propter nomen eius vocatur modo civitas Mantue. Hiis dictis, veniamus ad textum.

Superius, in Ytalia pulchra, iacet unus lacus apud Alpes Appennini, que claudunt, idest dividunt, Alamaniam super Tyrallum, et vocatur Benachus (antiquitus, supple). Per mille fontes et plures, credo, balneatur, idest originatur, inter Gardam et Valcamonicam et Appenninum, de aqua que in dicto lacu stagnat, idest stagnum efficit. Locus est in medio, ubi Tridentinus Pastor et ille de Brixia et Veronensis signare possent, si facerent illud iter. Sedet Piscaria, pulchrum et forte arnese, quia habet multas et pulchras turres et pulchra munimina, ad frontegiandum, idest ad respiciendum, Brixianenses et Pergamenses, idest territoria eorum; unde una ripa circum magis descendit; idest ubi est magis clivis; ubi convenit, idest oportet, quod totum cadat quidquid Benachi gremio (in gremio, sive in capacitate; caschi, idest derivet extra) stare non potest, et fit flumen per diversa pascua, idest pulchra prata. Quando ad currendum aqua mictit caput, idest incipit currere, non plus, idest amplius, Benachus, nomen fluvii, sed Mentius, vocatur usque ad Gubernum, nomen castri, ubi cadit in Padum, idest fluvium Padi, sic vocati. Non multum fluit quod reperit unam lamam, in qua se extendit in paludem, idest impaludat,

- ²⁸ Quindi passando la vergine cruda (¹)
Vidde terra nel mezzo del pantano,
Senza cultura, e d'abitanti nuda.
- ²⁹ Lì per fuggir ogni consortio humano,
Ristette con suo' servi a far sue arti,
E vixevi, e lassò suo corpo vano (²).
- ³⁰ Gl'homini poi, che 'ntorno erano sparti,
S'accosero a quel luogo, ch'era forte
Per lo pantan c'havea da tutte parti.
- ³¹ Fer la città (³) sopra quell'ossa morte;
E per colei (⁴), che prima el luogo elesse,
Mantua l'appellar (⁵) senz'altra sorte.
- ³² Già fur le genti sue dentro più spesse,
Prima (⁶) che la mactia (⁷) di Casalodi
Da Pinamonte inganno ricevesse.
- ³³ Però t'assenno, che se tu mai odi
Originar (⁸) la mia terra (⁹) altrimenti,
La verità nulla menzogna (¹⁰) frodi (¹¹).

(¹) solitaria. — (²) senza anima. — (³) di Mantova. — (⁴) Mantho. — (⁵) al. la chiamar. — (⁶) dopo, non prima. — (⁷) vel stultitia. — (⁸) narrar la origine. — (⁹) Mantova. — (¹⁰) bugia. — (¹¹) inganni.

sive paludem facit illam lamam, idest vallem, que desiccatur sepe in estate; et aqua marcet, et facit malum aierem et inficit, et solet in estate aliquando esse grama, idest fetida.

Illac transeundo illa virgo cruda, idest nunquam voluit habere virum, vidit terram in medio paludis, sine cultura et abitantibus nudam. Ibi, ut fugeret omne consortium humanum, idest societatem, sicut faciunt magici, stetit cum suis servis ad faciendum suam artem, idest magicam, que est illusio, non autem ars vera. Et vixit, et ibi dimisit suum corpus vacuum, anima subaudi, idest mortuum. Homines postmodum, qui circum erant sparsi, convenerunt ad illum locum, qui erat fortis propter paludem, quam habebat ex omnibus partibus; fecerunt civitatem super illa ossa mortua, ibi ubi illa steterat ad faciendum artem magicam. Et propter illam, que locum primo elegerat, Mantuam appellaverunt sine alia sorte, idest sine alio augurio; nam antiqui semper cum aliquo augurio, vel indicio astrologico, solebant fundare civitates.

Iam auctor vult ostendere differentiam dispositionis civitatis que est nunc, ab illa que antiquo tempore solebat esse. Ubi notandum est, quod in territorio Brixie fuerunt aliqui nobiles comites, qui dicebantur comites de Casalodis. Isti diu dominati sunt in civitate Mantue, et dominabantur nobiliter, et bene regebant; et erant multi nobiles cives in Mantua, et plurime familie nobiles, quibus comes Albertus de Casalodis, dominus Mantue, favebat: populares vero nimicabantur nobilibus. Quod perpendens unus astutus et maliciosus homo de Pinamontis, qui se fingeat fore amicum dicti domini comitis Alberti, domini Mantue, accessit ad dictum dominum, et dixit ei: Domine, audio et sentio,

- ²⁸ Illac transeundo illa virgo cruda
Vidit terram in medio paludis,
Sine cultura et habitantibus nudam.
- ²⁹ Ibi, ut fugeret omne consortium humanum,
Stetit cum suis servis ad faciendum suam artem,
Et vixit, et ibi dimisit suum corpus vanum.
- ³⁰ Homines postmodum, qui circum erant sparsi,
Convenerunt ad illum locum, qui erat fortis
Propter paludem quam habebat ex omnibus
- ³¹ Fecerunt civitatem super illa ossa mortua; [^{partibus}].
Et propter illam, que primo locum elegerat,
Mantuam appellaverunt sine alia sorte.
- ³² Iam fuerunt gentes sue intus spissiores,
Priusquam fatuitas illorum de Casalodis
A Pinamonte deceptionem reciperet.
- ³³ Ideo te moneo, quod si unquam tu audis
Originari meam terram aliter,
Veritatem nullum mendacium fraudet.

quod magna dissensio est in istos nobiles et populares, et timendum est ne insurgant populares et interficiant nobiles; et quia vos favetis nobilibus, sic etiam interficient vos. Bonum esset aliquod remedium apponere. Comes Albertus, dominus Mantue, bonus homo, credulus, confidens de isto, dixit: Quod remedium possem adhibere? Dixit ille proditor: Bonum esset quod escluderetis de istis nobilibus aliquos, ymo et multos, quoniam sic populus minutus placabitur, et res bene stabit. Quod placuit domino, et sic fecit. Iste proditor, videns nobiles attenuatos, immiscuit se popularibus, et seduxit eos sic et taliter, quod cum ipso insurrexit populus, et ceperunt simul clamare: Vivat populus; et sic interfecerunt bene centum de nobilibus et principalioribus, et demum interfecerunt etiam dominum suum, scilicet comitem Albertum de Casalodis. Et tunc iste proditor de Pinamontis, mediante favore populi, fecit se dominum Mantue. Vult dicere auctor, quod fuit una magna stultitia illa, quando dominus comes Albertus credidit illi de Pinamontis, quia nisi licentiasset illos nobiles, nunquam populus insurrexisset; et propter talem seditionem multum diminuta fuit civitas Mantue, que primo erat plena populo; tunc fuit plurimum attenuata.

Iam fuerunt gentes sue intus spissiores; idest erat maior populus, priusquam mactia, idest fatuitas, illorum de Casalodis, a Pinamonte deceptionem reciperet.

Ideo te assenno, idest moneo, quod si unquam tu audis originari meam terram aliter, idest civitatem Mantue, veritatem, subaudi, vel dicas, [vel] nullum mendacium fraudet; idest nullo mendacio fraudari te permittas; idest si aliquis diceret, meam terram aliter originem traxisse, non credas.

- 34 Et io ⁽¹⁾: Maestro, e tuoi ragionamenti
Mi son sì certi, e prenden sì mia fede,
Che gl'altri ⁽²⁾ mi sarian carboni spenti⁽³⁾.
35 Ma dimmi della gente che procede,
Se tu ne vedi alcun degno di nota;
Che solo a ciò la mia mente risiede.
36 Allor mi disse: Quel, che dalla gota
Porge la barba in sulle spalle brune,
Fu, quando Grecia fu di maschi vota,
37 Sì ch'apena rimaser per le cune;
Augur'è, e diede 'l puncto con Calcanta ⁽⁴⁾
In Aulide ⁽⁵⁾ a taglar la prima fume ⁽⁶⁾.
38 Euripile ebbe nome, e così 'l canta
L'alta mia tragedia in alcun loco ⁽⁷⁾:
Ben lo sai tu, che la sai tutta quanta.
39 Quell'altro che ne' fianchi è così poco,
Michele Schoto fu, che veramente
De le magyche fraudi seppe 'l g[i]uoco.
40 Vedi Guido Bonatti, vedi Asdente,
Ch'avere atteso ⁽⁸⁾ al chuoio et allo spago
Hora vorrebbe, ma tardi si pente.

⁽¹⁾ dixi a Virgilio. — ⁽²⁾ ragionamenti. — ⁽³⁾ non accenderebbero mia fede. — ⁽⁴⁾ altro augure. — ⁽⁵⁾ Ysola. — ⁽⁶⁾ de la nave imperiale. — ⁽⁷⁾ in II Eneydos. — ⁽⁸⁾ al. inteso.

Ed io: Maestro. Et ego: Magister, tua ratiocinia michi sunt ita certa, et apprehendunt ita meam fidem, quod alia michi essent carbones extincti; idest nihil essent respectu tuorum.

Sed dicas michi, de gente, que procedit, si tu vides aliquem dignum nota, quia solum ad hoc mens mea refertur.

Tunc michi dixit: Ille, qui a gena porrigit barbam super spatulas nigras, fuit quando Grecia fuit de masculis vacua, ita quod vix remanserunt per cunas; augur est et dedit punctum cum Calcanta in Aulide, idest in insula Aulide sic vocata, ad incidendum primam funem: Euripilus fuit vocatus; et sic eum cantat, idest describit, alta mea Tragedia: bene hoc scis tu qui illam scis totam.

Nota quod Calcax fuit augur, et fuit Troyanus; et quia providerat Troyam ruinandam et perdendam, et Grecos habituros victoriam, recessit a Troyanis et adhesit Grecis, et venit cum ipsis in insula Aulide, et cum isto Euripilo, qui erat Grecus et augur eorum, stetit. Modo Greci, volentes venire contra Troyam, congregaverunt se in insula Aulide, et ibi steterunt pluribus diebus. Naves omnes stabant in portu cum funibus ligate, et fuit preceptum quod omnes starent parati; veniente puncto bono, omnes rumperent funem et inciperent navigare. Modo isti, scilicet Calcax et Euripilus, dederunt et signaverunt punctum, quia erant ambo augures. Sic Virgilius dicit in libro suo, quod Dantes bene sciebat totum.

- 34 *Et ego: Magister, tua ratiocinia
Michi sunt ita certa, et apprehendunt ita meam
Quod alia michi essent carbones extincti.* ^[idem]
35 *Sed dicas michi de gente que procedit,
Si tu vides aliquem dignum nota;
Quia solum ad hoc mens mea refertur.*
36 *Tunc dixit michi: Ille, qui a gena
Porrigit barbam super spatulas nigras,
Fuit quando Grecia fuit de masculis vacua,*
37 *Ita quod vix remanserunt per cunas;
Augur est, et dedit punctum cum Calcanta
In Aulide ad incidendum primum funem.*
38 *Euripilus fuit vocatus, et sic eum cantat
Alta mea tragedia in aliquo loco:
Bene hoc scis tu, qui illam scis totam.*
39 *Ille alter qui in ilibus est ita modicus,
Michael Scotto fuit, qui vere
De magicis fraudibus scivit ludum.*
40 *Vide Guidonem de Bonactis, vide Asdentem
Qui vacasse corio et spachui
Nunc vellet, sed tarde eum penitet.*

Ille alter, qui in ilibus est ita modicus, Michael Scotto fuit, qui vero de magicis artibus scivit ludum. Iste Michael fuit astrologus Frederici; fuit mirabilis phisicus, et medicus, et fuit maximus nigromanticus, et multa futura predicebat. Hic predixit Frederico predicto mortem suam isto modo, quod unus lapis debebat eum percutere in capite, ex qua percussione debebat mori. Unde ipse Fredericus portabat celatam, idest parvam galeam ferream in capite semper. Dum ipse Fredericus obsideret civitatem Parme et esset in campo, audivit tintinnabulum, seu campanellam, pulsari ad signum elevationis corporis Christi. Licet esset modicum devotus, ivit et intravit ecclesiam, et deponendo caputem, denudavit caput suum. Unus passer, qui erat super unam trabem ecclesie, movit unum lapillum parvulum, qui cecidit super caput ipsius Frederici, et licet modicum offenderet, tamen cum unguis manus dextere ipse confricavit sibi caput, et ibi, in loco ubi cecidit lapillus, facta fuit una parvula plaga. Tandem, currentibus multis diebus, de tali plaga mortuus fuit ipse Fredericus. Dixit auctor superius, quod Grecia vacua remansit de masculis. Vult dicere, quod tot homines masculi iverunt contra Troyam, quod vix aliqui remanserunt, nisi parvuli, qui erant in cunabulis. Michael Scottus fuit de Scotia; fuit magnus magicus et scivit artes magicas cum fraudibus, quia ars magica non est nisi illusio.

Vide Guidonem de Bonactis, vide Asdentem, qui vacasse corio et spachui nunc vellet: sed tarde eum penitet. Iste Guido Bonacti fuit de Forlivio, mirabilissimus astro-

- 41 Vedi le triste che lassaron l'ago,
La spuola e 'l fuso, e fecersi divine;
Fecer malie con herbe e con ymago ⁽¹⁾.
42 Ma vienne omai, chè già tiene 'l confine
D'amendue gl'emisperi, e tocha l'onda ⁽²⁾
Sotto Sybilia, Cayno e le spine.
43 E già hier nocte fu la luna tonda:
Ben ten de'ricordar, che non ti nocque
Alcuna volta per la selva fonda.
Sì mi parlava, et andavamo introcque.

⁽¹⁾ imagini. — ⁽²⁾ l'acqua del mare.

logus, magnus phisicus, medicus excellens: fecit optimum opus in astrologia, nec reperitur hodie opus melius in astrologia; quam hoc opus suum. Iste fuit astrologus domini comitis Guidonis, comitis Montisferetri, qui tunc erat dominus civitatis Forlivii. Iste Guido stabat in platea civitatis super campanile Sancti Mercurialis; comes Guido stabat armatus et in equo, in platea, et veniente puncto, percutiebat campanam; et tunc comes Guido ibat et semper victoriosus redibat. Asdentes fuit ciardo de Parma, qui solebat suere sotulares et scarpas cum spachu: fuit etiam propheta Frederici. Multi etenim sunt astrologi a natura: hoc sepe visum est in quibusdam mulierculis; unde autem hoc eveniat alibi dicitur.

Vide miseras, que dimiserunt acum, spolam et fusum; hec omnia sunt instrumenta ad nendum, idest filandum et ad texendum, et ad purgandum lanam, linum, etc.; et fecerunt se divinatrices. Fecerunt malias, idest maleficia cum erbis et ymaginibus. Herbis sepe utuntur mulieres malifice, ut patet de Eriton cruda, sicut Lucanus dicit in quinto libro: faciunt etiam ymagines de cera, de plumbo, etc.

Sed venias admodo, quia iam tenet confinia amborum emispiriorum, et tangit undam sub Sibilia, Caym et spine.

Modo auctor describit tempus, volens dicere, quod fiebat dies; ita quod iam stetit in Inferno duobus diebus et duabus noctibus. Quando sol intrabat Arietem, luna erat plena,

- 41 *Vide miseras que dimiserunt acum,
Spolam et fusum, et fecerunt se divinatrices,
Fecerunt malefic[i]a cum herbis et cum ymaginibus.*
42 *Sed venias ammodo, quia iam tenet confinia
Amborum emispiriorum, et tangit undam
Sub Sibilia, Caym et spine.*
43 *Et iam heri de nocte fuit luna rotunda:
Bene debes recordari, quod tibi non nocuit
Aliquando per silvam fundam.
Sic loquebamur, et ibamus interdum.*

opposita soli existenti in Oriente; tunc luna est in Libra: Oriente sole, luna occidit. Per Caym et spinas intelligit hic auctor lunam, et loquitur modo muliercularum, que dicunt quod macula lune nil aliud est nisi Caym oneratus spinis: quia Caym faciebat sacrificium Deo cum spinis; ideo, pro penitentia, positus est in luna cum spinis. Sibilia est una nobilis civitas in regno Castelle, et est civitas regalis: alio nomine vocabatur Ispalensis. Modo ista civitas est in Occidente, et quando sol de mense martii occidit, apparet illis de Ytalia quod cadat in mari iuxta Sibilia. Modo sol erat in Ariete; luna erat plena; ergo ipsa erat in Libra: si igitur luna occidebat super Sibilia, sicut facit etiam de sero sol, sequitur quod fiebat dies. Ista civitas Sibille est abundans in pane, vino, oleo maxime; de qua fuit Isidorus Ispallensis.

Et iam heri de nocte fuit luna rotunda: bene debes recordari, quod tibi non nocuit aliquando per silvam fundam; quia aliquando prodest lumen lune de nocte euntibus per silvas: forte iam profuit ipsi Danti. Sic michi loquebatur et ibamus introcque, idest interim, vel interdum. Vocabulum perusinum est. Prope Sibilia, forte per centum leucas, est mons Giubelcar, iuxta quem montem mare Oceanum per angustum spatium septem leucarum fluit et vadit, et ingreditur mare Mediterraneum; et ego iam transivi per illud angustum spatium, quando redibam de regno Anglie ad partes Ytalie per mare. Moraliter: per istum mundum, qui dicitur silva, sepe ivit Dantes, etc.



LO SPIRITISMO

In questo ventesimo Canto viene la volta degli Indovini, che in punizione d'aver voluto sapere per arte loro il futuro, vanno per un fondo vallone, tacendo e lacrimando a lento passo, come si fa nel canto delle Litanie in questo mondo, e col viso mirabilmente travolto in dietro: spettacolo che trasse al Poeta il pianto. E con tale contorsione e deturpamento della persona nostra, che, anche in quanto al corpo, fa parte della somiglianza di cui per sua infinita bontà amò improntarci il Creatore, il Poeta volle far pensar noi a quel che peggio accade dell'anima, separata che siasi per la colpa dal fontale principio della vita.

Le arti magiche, ad ottenere effetti oltrenaturali, e più specialmente ad antivedere il futuro, le troviamo usate fino dalla più remota antichità, e severamente proibite da Dio nel Deuteronomio al suo popolo: « Nec inveniatur in te qui ariolos sciscitetur, et observet somnia atque auguria. Nec sit incantator, nec qui pytones consulat nec divinos, aut quaerat a mortuis veritatem. Omnia haec abominatur Dominus. » E per verità è atto abominevole, volendosi usurpare l'indovino una scienza che è propria soltanto di Dio; dacché lo spirito creato non possa del libero futuro aver altro che più o meno ragionevoli congetture.

In quest'arte, chiamata sacra da Cicerone, si segnalano specialmente gli Etruschi; per cui affermò Arnobio, essere stata l'Etruria madre di superstizione. Gli auspici erano gli oracoli del popolo, e sapienti nelle scienze astronomiche e fisiche, mediante le quali indagavano tutti i fenomeni della natura; e versati inoltre nella medicina, avevano tal fama, che i romani patrizi inviavano ad essi i loro figliuoli per riceverne ammaestramento, ed altri popoli spedivano a consultarli sulle loro sorti.

È facile vedere quel che, per lo studio della natura e delle sue leggi, si può preannunziare certamente, o probabilmente, che sia per accadere; ma in quanto al vero futuro, è al tutto sopra di noi, per ciò che sta nell'infinito, e finitissimo è l'uomo; tanto che anche di là, nel lume di gloria, la visione, sebbene piena e beata, resterà sempre in lui finita.

Eppure tale è l'incanto di quella lusinghiera parola, che nell'Eden risuonò all'orecchio della prima donna: « Eritis sicut Dii », che in ogni tempo, fra ogni gente, ed anche oggi, si vedono turbe di persone, le quali stimerebbero di avvilirsi praticando i riti cattolici, ma non già con andar dietro a fanatiche superstizioni, agli ipnotizzatori e spiritisti, e sottomettersi vilmente a strane, e spesso immorali, pratiche, dalle quali non raccolgono altro che vanissime immaginazioni, menzogne e corruzione.

Ma questo, dall'altra parte, prova che l'umana mente è così formata a credere, che, ove si riesca a sradicare da essa la fede in Dio e ne dommi cattolici, che pure elevano sì alto lo spirito umano, e sono ormai necessaria condizione al progresso, anche

puramente civile, dei popoli, è forza che si volga a credere nelle malie, nelle streghe e in responsi, che, quando non sono arti di ciurmatori dell'altrui dabbennaggine, sono responsi di spiriti, che la fede ci insegna veramente esistere, e che cercano di ingombrare le menti umane con tristi e perniciosi fantasmi.

Abbiamo conosciuto persone, che all'udir fatti dei quali, anche umanamente parlando, non si può dubitare, come l'esistenza di Cristo, l'aver egli aperto un'era assolutamente nuova nella storia dell'umanità, od altre cose simili, si contorcevano, temendo, come affermavano, di dar in errore e nel ridicolo, accogliendo coteste ch'ei reputano leggende: non capacitandosi che, pur usando de' metodi critici più rigorosi, è impossibile di que' fatti dubitare. Peggio poi parlar loro di fatti soprannaturali, dei quali torna impossibile far loro intendere soltanto l'esposizione. Eppure non vi è stranezza che costoro non credano dello spiritismo, e dei responsi che pretendono averne ricevuto. Per verità, tanta debolezza in chi mostrasi così geloso della propria dignità, non può non metterci un senso di profonda commiserazione!

Queste malattie della nostra parte spirituale, sono assai più gravi e dolorose che non quelle del corpo, e spaventevole è la rovina della moralità e della scienza che ne deriva. E però l'Alighieri, all'infuora dello sfiguramento della persona, per il volto stravolto, che hanno gli sciagurati percossi in questo girone, non pone per essi altra pena del corpo; bensì un duolo interno, vivo e continuo, che gli sforza a lacrimare senza interruzione, movendosi lenti, senza vedere dove volgano il passo. Ed è simbolo mirabilmente espressivo dello stato dell'animo loro stravolto. Singolare è altresì che qui soltanto, e non mai altrove (nota acutamente il Tasso, nelle sue Osservazioni a Dante) vien da Virgilio tacciata di colpevole la pietà per tanto sfiguramento dell'immagine divina, come se fosse un recare passioni umane al giudizio di Dio. E significa che tal colpa non avendo altro incentivo che la volontà cupida e men retta, è meno di ogni altra degna di commiserazione.

... io piangea, poggiato ad un de' rocchi
Del duro scoglio; sì che la mia scorta
Mi disse: Ancor se' tu degli altri scioocchi?
Qui vive la pietà quand'è ben morta:
Chi è più scellerato di colui
Che al giudicio di Dio passion porta?

Né a tali aberrazioni v'è altro rimedio che la fede, vero omaggio razionale a Dio, da che essa compie appunto con la sua luce infinita la limitatezza della ragione nostra; limitata sì certo e finita, ma che, unita per la stessa sua creazione all'Infinito di cui è opera, non può non sospirarne il possedimento: il che sarà nel cielo!

CAPITULI VICESIMIPRIMI SUMMARIUM

In vicesimoprimo capitulo, quod incipit: *Sic de ponte in pontem*, auctor describit penam baractariorum, quam continuabit per duo capitula cum dimidio. Pena baractariorum talis est. In ista valle bulit pix nigra, fortissime buliendo, in tantum quod sepe superascendit in altum illa pix sic buliens. Et ponit exemplum quomodo illa pix nigra bulit. Nam in arsenata, idest in loco, ubi fiunt naves, galee, et preparantur ea que sunt necessaria ad navigandum, civitatis Venetiarum, ubi fiunt remi, vela, sartie, sive ligamina, fiunt tymones, etc., sic bulit sepe pix tenax nigra propter resarcire, idest reparare, naves non sanas, etc.: sic hic in hac valle bulit pix, in qua immerguntur baractarii. Et multi demones vadunt et circunt istam vallem, in qua, in pice, buliunt baractarii, ut si quis vellet aliquantulum inde exire propter refrigerari, subito dyaboli cum uncis ferreis cruciant eos baractarios, sic se extraentes extra picem bulientem. Respiciens autem auctor in ista pice, vidit unum dyabolum, portantem unum civem Luccanum, qui fuerat maximus baractarius. Et quia periculosum erat hac transire, ideo Virgilius persuasit auctori, ut se absconderet. quousque ipse loqueretur istis demonibus, qui stant ad custodiam istius vallis. Et sic fecit. Auctor abscondit se: Virgilius ivit ad loquendum cum illis demonibus, quibus dixit, quod iter suum erat fatatum a Deo; ideo illi non poterant impedire tale iter. Et sic illi demones supersederunt. Et tunc Virgilius vocavit auctorem, qui aliquantulum latuerat. Tamen Dantes timebat, ne demones rumperent facta pacta. Et unus demon qui vocabatur Malacoda, loquens cum Virgilio, dixit: Si vultis ultra ire, vadatis per istam partem (quam ostendit); et tamen male docebat viam, et menciebatur quod illa esset bona via. Et dixit adhuc: Ego mieto decem de meis sotiis: ite cum eis, quia erunt vobis boni soti. Et vocavit decem, scilicet, Alichinum, Calabrinam, et Cagnatium, et Barbariciam, Libichocum,

Dra[ga]gnatium, Ciriaccum sannutum, Graffiaccanem, Farfarellum et Rubican[t]em pazzum. Sunt nomina decem demonum. Decem isti ibant simul, nec habebant aliud instrumentum ad sonandum, nisi quod stringendo linguam, sequebantur Barbariciam, qui trullando ambulabat. Omnia ista sunt notanda: scilicet, quare placuit Virgilio quod auctor aliquantulum lateret; quomodo illi ut canes insurrexerunt contra Virgilium; quomodo Virgilius dixit eis, quod suum iter erat, fatatum a Deo; quomodo isti demones docebant Virgilium non interrogati, et quare iste persuasit eis, quod irent cum illa sot[ie]tate, et quare posita sunt hic illa extranea nomina demonum, etc. Nota quod baractarii cum pexima intencione loquuntur. Nam, baractaria mediante commictuntur multa mala: ideo bonum est quod nemo se pallificet ubi sunt baractarii; quia ipsi cognoscentes et videntes homines divites et pecuniam habentes, subito parant insidias. Ipsi etenim baractarii semper stant attentissimi ad rapiendum et baractandum. Secundo, sunt sicut canes crudeles, et crudeliores canibus, quando habent aliquem in suis manibus, ut possint rapere. Bonum est ut cum astutia te[r]reantur baractarii, sicut fecit Virgilius, quando dixit quod a fato erat suum iter. Nota etiam, quod sepe baractarii docent viam falsam, ut viatores incidant, in quibusdam periculosos passibus, in manibus eorum, vel suorum sotiorum. Sic etiam aliquando baractarii fingunt se ituros ad aliquem locum, et appetere sotietatem, quam intendunt capere, rapere et depredari. Nomina autem terrentia et crudelitatem importantia sibi invicem imponunt, ut Spoliachristum, Malafacies, Desperatus, Raptorbonorum, Incendiarius, etc. Demum, quando habent captivum in manibus suis, unus fingit se velle iuvare captum, et tamen facit contrarium, etc. Stringunt linguam cum dentibus, ut non loquantur aperte, nec intelligantur, etc.

CAPITULUM VICESIMUMPRIMUM

- ¹ Così di ponte in ponte, altro parlando
Che la mia Comedia parlar non cura,
Venimmo, e tenemmo el colmo, quando
² Ristemmo ⁽¹⁾ per veder altra fexura
Di Malebolge, e gl' altri pianti vani ⁽²⁾;
E vidila mirabilmente scura ⁽³⁾.

⁽¹⁾ al. restammo. — ⁽²⁾ senza fructo. — ⁽³⁾ al. obscura.

Così di ponte in ponte. Sic de ponte in pontem: istud est vicesimumprimum capitulum Inferni, in quo auctor tractat de quinta specie fraudis, scilicet de baractaria. Baractaria hic non accipitur pro ludo taxillorum, non: pro vitio, quo baractarii utuntur, qui pro pecunia vendunt officia, vel negligunt iustitiam, et decipiunt dominos vel Comunitatem suam. Dividitur autem istud capitulum in quatuor partes. Quarum in prima describit, in generali, penam baractariorum.

In secunda, que incipit ibi:

Mentre laggiù fixamente;
Dum illic infra,

describit unum demonem, qui portat unum spiritum modernum, multum involutum in hoc vitio baractarie.

In tertia, que incipit ibi:

Lo buono maestro;
Bonus magister,

ostenditur quomodo Virgilius et ipse appulerunt ad istos tormentatores sine offensione.

In quarta, que incipit ibi:

Poi disse a noi;
Postea dixit nobis,

dicit auctor, quomodo fuit data eis scorta unus dux, qui conduceret ipsos per istam bolgiam.

Primo igitur auctor, continuando dicta dicendis, dicit: *Così*, sic, de ponte in pontem euntes scilicet, aliud loquendo, quod mea Comedia cantare non curat, venimus et tenebamus culmen, scilicet pontis, quando [etc.]. *Comedia*: sic vocavit

- ¹ Sic de ponte in pontem, aliud loquendo
Quod mea Comedia cantare non curat,
Venimus, et tenebamus culmen, quando
² Resedimus ut videremus alteram fixuram
Malibolgie, et altos plactus vanos;
Et vidi illam mirabiliter obscuram.

auctor librum istum. Quoniam multa veniebant ad mentem auctoris circa materiam pretactam, scilicet quia trahebatur ab ista alia materia, non curavit plus dicere de prima. *Culmen*: in cacumine.

Quando resedimus, ut videremus aliam fixuram (idest ad considerandum et speculandum penas istius loci alterius) Malibolgie, et altos planetos vanos (idest vane deploratos, quia nihil prodest ibi plorare); et vidi illam mirabiliter obscuram. *Mirabiliter*, notanter, dicit; quia de sui natura obscura est; secundo, est obscura propter picem nigram; tertio, propter demones nigros qui sunt ibi.

Auctor vult modo describere penam baractariorum in generali, que est ista: quod baractarii sunt submersi in pice nigra, bulienti et tenaci, et circumstant demones cum uncis ferreis; et si quis baractariorum, ad alleviandum penam, exiret ad modicum de pice, subito demones eum uncinant, decoriant, dilaniant. Pix est nigra; baractariorum vita est infamis et denigrata: pix est tenax; sic baractaria est tenax, quia fundata in avaritia tenacissima: pix est viscosa; sic baractaria quidquid tangit, inviscat, fedat, deturpat: baractarii sunt submersi in pice et non videntur; sic baractaria fit semper occulte: dum tamen bullit, pix sublevatur et facit bolias, ac si essent nuces in figura; sic sepe publicatur baractaria. Quasi musitando dicit aliquis: Nam talis pro tali baractaria recipit centum florenos. Alius dicit: Verum est; sed oportet tacere, quia de talibus verbis, que quisque loquitur, possemus malevalere et offendi ab illo, quia ipse magnus est et potens cum domino, etc.

- ³ Qual nell'arsena ⁽¹⁾ delli Venetiani
Bolle nell'inverno la tenace pece,
Per rimpalmar ⁽²⁾ li legni ⁽³⁾ lor non sani ⁽⁴⁾,
⁴ Che navigar non ponno, in quella vece ⁽⁵⁾
Chi fa suo legno ⁽⁶⁾ nuovo, e chi ristoppa
Le coste a quel ⁽⁷⁾ che più viaggi fece;
⁵ Chi ribacte da prora, e chi da poppa;
Altri fan remi, et altri volgen sarte;
Chi terzaruolo et artimon rintoppa:
⁶ Tal, non per fuoco ma per divin'arte,
Bollia laggiù una pegola spessa,
Che 'nvescava la ripa d'ogni parte.
⁷ Io vedea lei ⁽⁸⁾, ma non vedea in essa
Se non le bolle, che 'l bollor levava,
Gonfiar, e riseder tutta compressa.
⁸ Mentr'io laggiù fisamente guardava,
El duca mio, dicendo: Guarda, guarda,
Mi trasse a sè del luogo ov'io stava.
⁹ Allor mi volsi come l'huom che tarda
Di veder quel che li convien fuggire,
E cui paura subita sgagliarda,
¹⁰ Che, per veder, non indugia 'l partire:
E vidi dietro a noi un diavol nero
Correndo su per lo scoglio venire.
- ³ Qualis in arsena Venetorum
Bulit in yeme pix tenax,
Ad rimpalmandum ligna eorum non sana,
⁴ Quare navigare non possunt, et in illius vicem
Quidam facit suum lignum novum, et quidam
Costas illi quod plura viagia fecit; ^[ristoppat]
⁵ Quidam reperiunt a prora, et quidam a puppi;
Alteri faciunt remos, et alteri volvunt sertas;
Quidam terzarolum et artimonem rintoppant:
⁶ Talis, non per ignem sed per divinam artem,
Bulliebat ibi inferius una pix spissa,
Que inviscabat ripam ex omni parte.
⁷ Ego videbam ipsam, sed nondum videbam in ea
Aliud quam bulas quas bulor elevabat,
Et inflare totum, et resedere compressam.
⁸ Dum illuc infra fixus respiciebam,
Dux meus, dicendo: Cave, cave,
Me traxit ad se a loco ubi ego stabam.
⁹ Tunc me volvi sicut homo qui tardat
Videre illud quod ei convenit fugere,
Et quem timor subitus enervat,
¹⁰ Qui propter videre non differt recessum:
Et vidi retro nos unum dyabolum nigrum
Currando super illo scopulo venire.

⁽¹⁾ al. arzena. — ⁽²⁾ rappezar. — ⁽³⁾ navi. — ⁽⁴⁾ rotti. — ⁽⁵⁾ volta. — ⁽⁶⁾ nave. — ⁽⁷⁾ legno. — ⁽⁸⁾ la pece.

Ad ostendendum qualis sit et quomodo stet ista pix, facit bonam comparisonem de arsenata Venetorum, que est pulchrior de toto mundo. Arsenata est locus, ubi fiunt naves, galee, et ea que sunt necessaria in navibus. In ista arsenata sunt maximi lebetes et magna caldaria, in quibus ab igne calefit pix et bulit; que pix est necessaria ad resarciendum antiquas naves et etiam bituminandum novas. Tunc ad textum procedatur sic.

Qualis in arsenata Venetorum bulit in yeme, aliquando etiam in estate, pix tenax, ad rimpalmandum ligna eorum non sana, idest ad resarciendum, sive reparandum, naves non sanas, quia navigare non possunt: et in illius vicem, idest navium locum, quidam facit suum lignum novum, et quidam *rintoppant*, idest cum *stoppa* reparat, costas, idest latera, illi, quod plura *viagia* fecit, idest pluries ivit per mare (navis sic pice bituminata, est vita baractariorum, que habet diversas vias et cautelas, sicut naves habent diversas figuras); aliqui laborant in puppi, idest in parte posteriori (ita baractarii faciunt, quia scilicet, per postpositum incipiunt vendere officia et iustitiam); aliqui in prora, scilicet in parte anteriori (quia ostendunt facere quidquid agunt, propter bonum zelum); postea (quando baractarii se volunt excusare) reperiunt in puppi (idest cum quadam maturitate); aliquando in prora (cum maximo impetu conantur se excusare); faciunt remos (idest officia parva); aliqui, terzarolum et artimonem (sunt species velorum; que sunt magna officia, in quibus volant, sicut vela

per mare); alii volvunt ligamina, sive funes (colligando se multi ad unam baractariam faciendam): quidam reperiunt, idest laborant, a prora, quidam a puppi; alteri faciunt remos, et alteri involvunt sartias, idest faciunt funes; quidam terzarolum (est semivelum) et artimonem (velum completum) *rintoppant*, idest resartiunt: talis non per ignem, sed per divinam artem, bulliebat ibi inferius una pix spissa, que *inviscabat*, idest implicabat, ripam ex omni parte. Ego videbam ipsam, scilicet picem; sed non videbam in ea aliud quam bulas quas bulor elevabat, et inflare totam, et resedere compressam. Sic describitur modus bulliendi istius picis. —

Mentre laggiù. Dum illic infra: ista est secunda pars huius capituli, in qua describitur unus demon, qui per pontem, currando, veniebat; quod non solet esse per alios pontes. Habebat in humeris suis unum peccatorem, quem proiecit in picem de culmine pontis. Nam auctor erat in culmine pontis versus sinistram partem; et dum sic staret, Virgilius pertransivit eum ad aliam partem pontis, propter dare locum demoni venienti. Et tunc Dantes se movit ad verba Virgilio, per talem comparisonem: Si veniet unus furibundus versus unum; et unus alter, hoc videns, diceret isti: Fuge, fuge; ecce furibundum. Qui statim tremens, avidus sue salutis, incipit fugere; et fugiendo intuetur furibundum venientem; et intuendo, fugit.

Dum illic infra fixus respiciebam, dux meus, dicendo,

- 11 Hay, quant'egl'era nell'aspetto fero!
E quanto mi pareva nell'acto acerbo,
Coll' hale aperte, sopra 'l piè leggero!
- 12 L'humero suo, ch'era acuto e superbo,
Carcava un peccator con ambo l'anche,
Al qual tenea de' piè gremito el nerbo.
- 13 Del nostro ponte, disse: O Malebranche (¹),
Ecc' un degl'anziani di Sancta Zita (²):
Mettetel socto, ch'io torno per anche (³)
- 14 A quella terra che n'è ben fornita:
Ognun v'è baractier, fuor che Buonturo;
Del no, per li denar, vi si fa ita (⁴).
- 15 Laggiù 'l gittò (⁵), e per lo scoglio duro
Si volse, e mai non fu mastino sciolto
Con tanta fretta a seguitar lo furo (⁶).
- 16 Quel s'attuffò, e tornò su col volto;
Ma' dimon (⁷), che del ponte avean co-
Gridàr: Qui non ha luogo el Sancto

- Ay, quantum ipse erat in aspectu ferus!
Et quantum michi apparebat in actu acerbus,
Cum alis apertis, et supra pedibus levis!*
- Humerum suum, qui erat acutus et superbus,
Onerabat unus peccator cum ambabus tibiis,
Et ipse tenebat pedum gremium nervum.*
- De nostro ponte, dixit: O Malebranche,
Ecce unus de antianis Sancte Zite:
Mictas eum infra, quia ego redeo pro aliis*
- Ad illam terram que de illis est bene fulsita:
Quilibet est ibi baractarius, preter Bonturum;
De non, pro denariis, fit ibi ita.*
- Illuc infra eum proiecit, et per scopulum durum
Se volvit, et nunquam fuit mastinus solutus
Cum tanta festinantia ad persequendum furem.*
- Ille se submersit, et rediit sursum cum vultu;
Sed demones, qui de ponte habebant cooperturam,
Clamaverunt: Hic non habet locum Sanctus*

(¹) nome d'un altro diavolo. — (²) di Luccha. — (³) per più. — (⁴) si — (⁵) al. buctò. — (⁶) el ladro. — (⁷) le demonia. — (⁸) qui erant sub ponte. — (⁹) da Luccha.

Cave, cave, me traxit ad se, a loco ubi ego stabam. Tunc me volvi sicut homo, qui tardat videre illud, quod ei convenit, idest quod eum oportet, fugere, et quem timor subito enervat, *sgagliardat*, idest impotentem viribus facit, sive exterrit; qui, propter videre, non differt recessum. Et vidi retro nos unum dyabolum nigrum, currendo, super illo scopulo venire.

Ay, quantum erat in aspectu ferus, idest ferox, et quantum michi apparebat in actu acerbus, cum alis apertis, et super pedes, in pedibus, levis. Magnus baractarius figuratur hic in forma demonis levis, quia semper discurrit, de die, de nocte, ad ordinandum baractarias. Niger: quia maxime talia operatur de nocte. Et portare fingitur unum peccatorem, quia baractarius magnus inducit alium ad similiter faciendum, et per consequens ad penam; ideo portat eum. Ferox: quia baractarius est crudelis, qui, propter parvam pecuniam, vendit causam vidue et pupillorum.

Humerum suum, qui erat acutus et superbus, onerabat unus peccator cum ambabus anchis, idest tibiis. Hic amphibologia, dupla locutio. Dicit auctor, quod iste demon ferebat unum. *Anche*, idest tibi, istius portati, erant in humeris demonis: caput a tergo demonis pendebat; et ipse tenebat pedum *gremium*, idest strictum, nervum.

De nostro ponte dixit: O Malebranche, ecce unum de antianis Sancte Zite, idest civitatis: mictas eum, idest submergas, scilicet in pice infra, quia ego redeo pro aliis ad illam terram, idest Lucam, que de illis est bene fulcita. Quilibet est ibi baractarius, preter Bonturum. *De non pro denariis fit ibi ita*. Antianus, idest prior, vel maior ville.

In civitate Lucana est una ecclesia bene pulchra, et in una cappella, que est cappella domus de Fantinellis, est unum corpus unius sancte mulieris, que vocabatur in vita. Zita, nunc dicitur Sancta Zita; et propter tale corpus talis Sancte, multi vocant Lucam civitatem Sancte Zite. In hac civitate Lucana sunt multi baractarii, secundum dicta auctoris; inter quos baractarios Bonturus tenebat principatum; ideo dicit textus: preter Bonturum; idest, Bonturus est primus et principalior; idest Bonturus fraudavit pluries suum Comune et Rempubliam sue civitatis. *De non pro denariis fit ibi ita*: idest, illud, quod deberet negari pro bono Reipublice, propter denarios conceditur.

Bonturus in Lucana civitate suatim dabat officia, cui volebat, pro denariis; et excludebat quos volebat, eodem modo. Iste semel *ambasciator* sue civitatis Lucane ad papam ivit Bonifacium; quem, et suas astutias et baractarias, bene novit Bonifacius papa; et cepit eum per brachium, dicens: Bonture, Bonture! Et sic agitavit eum. Tunc Bonturus dixit pape: Domine Sancte Pater, tu nunc agitasti mediet[at]em civitatis Lucane.

Illuc infra eum proiecit, et per scopulum durum se volvit, et nunquam fuit mastinus solutus cum tanta festinantia ad persequendum furem. Mastinus est canis magnus, ferox et fortis, qui communiter ponitur ad custodiam ovium: talis canis etiam bene custodit domum et defendit a furibus de nocte.

Ille se submersit et rediit sursum cum vultu; sed demones, qui habebant de ponte cooperturam, idest qui cu-

- 17 Qui si nuota altrimenti che nel Serchio (¹);
Però se tu non vuoi de' nostri graffi,
Non far sopra la pegola soperchio.
- 18 Poi l'addentâr con più di cento raffi;
Disser: Covertò (²) convien che tu balli,
Sì che, se pùoi, nascosamente accaffi (³).
- 19 Non altrimenti e chuochi a'lor vassalli (⁴)
Fanno attufar nel mezzo la caldaia
La carne cogl'uncin, perchè non galli (⁵).
- 20 Lo buon Maestro (⁶): Acciò che non si paia
Che tu ci sia, mi disse, giù t'agguatta
Dopp' un scheggion ch'alcun schermo
- 21 E per nulla offension che mi sia facta; (⁷)
Non temer tu, ch' i'ò le cose conte,
Perch' altre volte fui a tal baracta.
- 22 Poscia passò di là di cò (⁸) del ponte,
Ma come giunse in su la ripa sexta,
Mestier li fu d'aver sicura fronte.

- Hic nactatur aliter quam in Serchio;
Quare si tu non vis de nostris graffis,
Non facias supra picem superfluum.*
- Postmodum addentaverunt eum cum plusquam
[centum raffis:
Dixerunt: Cooperte convenit quod hic tripudies,
Ita quod, si potes, absconsus accaffes.*
- Non aliter coqui suis vasallis
Faciunt submergi in medio caldarie
Carnes cum uncis, ad hoc ut non galle[n]t.*
- Bonus magister: Ad hoc ut non appareat
Quod tu sis hic, infra te absconde
Post unum scopulum, quia aliqua offensio te non
[habeat.*
- Et pro nulla offensione que michi fiat,
Non timeas tu, quia ego habeo res manifestas,
Quia alias fui ad talem baractam.*
- Postea transiit ultra caput pontis,
Et quam cito pervenit super ripam sextam,
Oportuit eum habere securam frontem.*

(¹) fiume di Luccha. — (²) sotto la pegola. — (³) pigli e mocholelli, come se'usato nel mondo, vendendo gl'offitii. — (⁴) guatteri. — (⁵) vada a galla. — (⁶) disse a me. — (⁷) di capo.

stodiebant pontem, clamaverunt: Hic non habet locum Vultus Sanctus.

Nota quod in civitate Lucana, in ecclesia maiori, est una ymago Salvatoris, in cruce extensa, que ad pedes habet unum, qui pulsat eitheram, et habet unum calicem; et illa ymago habetur in maxima devotione in Luca (vocat Vultus Sanctus): ante quam ymaginem sepe stant multi ad petendum gratias a Domino Deo. Ideo dicunt demones isti Bonturo, qui cum vultu exivit de pice bulienti: Hic non habet locum Vultus Sanctus, idest nihil proficit tibi Vultus, etc. Hic, scilicet, in pice natatur aliter quam in Serchio (Serchium est unum flumen, quod fluit iuxta civitatem Luce, in quo, tempore extivo, multi natando se balnea[n]t); quare, si tu non vis de nostris graffis, idest de vulneribus, idest nostrorum uncorum, idest grafiorum, non facias super picem superfluum; idest non appareas super picem, sed stes infra subtus.

Postmodum addentaverunt eum, idest rapuerunt, cum plusquam centum raffis, idest uncis, quia cum pluribus uncis pluries eum dilaniabant. Dixerunt: Cooperte convenit, idest oportet, quod hic tripudies; ita quod, si potes, absconsus, vel absconse, *accaffes*. Accaffare est res furtive et cito rapere, quasi dicant: Si tu fuisti bonus baractarius, hinc habebis experimentum.

Per unam solatiosam comparisonem auctor hic ostendit modum, quem tenuerunt hic demones cum isto Bonturo, dicens: Non aliter quoqui, idest quoquinarii, suis vassallis faciunt *attuffare*, idest submergere, in medio caldarie, idest

eni, vel lebetis, carnes cum uncis, ad hoc ut non gallent, idest veniant super aquam, sed ut melius quoqua[n]tur; sic faciunt isti demones hic, etc.

Lo buono maestro. Bonus magister: hec est tertia pars huius capituli, in qua auctor ostendit, quando ipsi pervenerunt ad istos demones sine offensa. Primo tamen Virgilius voluit experiri; et Dantes abscondit se, interdum, circa unum saxum, quod veluti scutum occultabat Dantem. Et dixit magister auctori: Si me videres male tractari, non timeas, quia ego novi mores istorum, quia alias practicavi cum eis.

Sequitur in textu. Bonus magister: Ad hoc ut non appareat quod sis hic tu, dixit, infra te absconde post unum scopulum, *scheggium*, qui aliquod schelimum, idest reparaculum, te habeat; vel quia aliqua offensio te non habeat: et pro nulla offensa, que michi fiat, non timeas tu; quia ego habeo res contas, idest manifestas, claras, vel notas, quia alias fui ad talem baractam, idest bellum, vel periculum.

Quando Virgilius ivit Romam, privatus campis suis et rebus, expulsus de sua villa, Pietola vocata, et de sua civitate Mantue, antequam ibi, Rome, posset habere introitum ad Cesarem Octavianum imperatorem, oportuit ipsum transire per manus talium baractariorum, si voluit habere notitiam Cesaris et gratiam. Etiam, alia vice, Virgilius fictive fuit hic, quando fuit coniuratus ab Erithon cruda, ut tactum est superius in nono capitulo.

Nunc vero, per talem comparisonem, ostendit auctor, quomodo ab istis demonibus fuit receptus Virgilius, dicens:

- 23 Con quel furor e con quella tempesta
Ch' escono e cani addosso al poverello,
Che di subito chiede ⁽¹⁾ ove s'arresta;
24 Usciron quei ⁽²⁾ di socto al ponticello,
E volser verso lui ⁽³⁾ tutti e runcigli.
Ma ei gridò ⁽⁴⁾: Nessun di voi sia fello.
25 Innanzi che l'uncin vostro mi pigli,
Traggasi avanti l'un di voi che m'oda;
E poi d'arruncigliarmi si consigli.
26 Tucti gridaron: Vada Malacoda ⁽⁵⁾;
Perch' un si mosse ⁽⁶⁾, e gl'altri ⁽⁷⁾ stetter
[fermi;
E venne a lui dicendo: Or che gli approda?
27 Credi tu ⁽⁸⁾, Malacoda, qui vedermi
Esser venuto, disse l' mio maestro,
Sicuro già da tutti vostri schermi,
28 Senza voler ⁽⁹⁾ divino e fato destro?
Lascian'andar, chè nel cielo è voluto
Ch'io mostri altrui ⁽¹⁰⁾ questo cammin
[silvestro.
29 Allor li fu l'orgoglio sì caduto,
Che si lassò cader l'uncino a' piedi,
E disse ⁽¹¹⁾ agl'altri: Omai non sia feruto.
30 E l' mio maestro ⁽¹²⁾ a me: O tu, che siedì
Tra gli scheggion del ponte guatto guatto,
Sicuramente omai a me ti riedi ⁽¹³⁾.

⁽¹⁾ la limosina. — ⁽²⁾ demoni. — ⁽³⁾ Virgilio. — ⁽⁴⁾ Virgilio. — ⁽⁵⁾ nomen demonis. — ⁽⁶⁾ solo Malacoda. — ⁽⁷⁾ tutti. — ⁽⁸⁾ o. — ⁽⁹⁾ al. valor. — ⁽¹⁰⁾ a Dante. — ⁽¹¹⁾ rivolto. — ⁽¹²⁾ disse. — ⁽¹³⁾ ritorna.

Postea transivit ultra caput, idest summitatem pontis, et quam cito pervenit super ripam sextam, oportuit eum habere securam frontem.

Cum illo furore, et cum illa tempestate, quibus exeunt canes contra pauperulum, qui statim querit ubi se restat, idest firmat, exierunt illi extra ponticulum, et volverunt contra eum omnes runcos; sed ipse clamavit: Nullus vestrum sit follus, sive follis, idest nullus me tangat. Sicut canes, sic baractarii stant faucibus apertis ad devorandum pauperem innocentem, ad faciendum eum redimi, qui venit ad manus suas propter aliquam causam: et hoc bene sepiissime accidit in romana curia, quando aliquis pauper petit introitum ad summum pontificem, rogando suppliciter, dicens se esse pauperem. Respondetur ei: Vade in perditionem cum tua paupertate. *Follus*: idest presumptuosus.

Antequam uncus vester me capiat, trahat se ante unus vestrum, qui me audiat; et postea de *runcigliare*, idest deruncare me, consilium fiat, idest inter vos.

Omnes clamabant: Vadat Malacoda. Quare unus se movit, et alii steterunt firmi, et venit ad eum dicendo: Quid tibi approdat? idest, quid tibi placet? quid vis?

- 23 Cum illo furore et cum illa tempestate,
Quibus exeunt canes contra pauperulum,
Qui statim querit ubi se restat;
24 Exierunt illi extra ponticellum,
Et volverunt contra eum omnes runcos.
Sed ipse clamabat: Nullus vestrum sit follis.
25 Antequam uncus vester me capiat,
Trahat se ante unus vestrum qui me audiat;
Et postea de runcare me consilium fiat.
26 Omnes clamabant: Vadat Malacoda;
Quare unus se movit, et alii steterunt firmi;
Et venit ad eum dicendo: Quid tibi approdat?
27 Credis tu, Malacoda, hic videre me
Venisse, dixit meus magister,
Securum iam ab omnibus vestris offensionibus,
28 Sine velle divino? non est permissum.
Permiete nos ire, quia sit voluntas in celo
Quod ego monstrem alteri istud iter silvestre.
29 Tunc arrogantia ei ita cecidit,
Quod ipse dimisit cadere uncum ad pedes,
Et dixit aliis: Ammodo non feriat.
30 Et dux meus ad me: O tu, qui sedes
Intra scopulos absconsus,
Secure ammodo ad me tu redeas.

Credis tu, Malacoda, hic videre me venisse, dixit dux, meus magister, securum iam ab omnibus vestris schermis, idest offensionibus? Iste Malacoda est canda scorpionis, idest Gerionis. Dicit Virgilius: Credis tu, Malacoda, me hucusque potuisse venire per tot malos passus, per tot pericula, nisi datum esset michi de celo, vel sine velle divino? Non est permissum, idest nobis. Permiete nos ire, quia sic est voluntas in celo, quod ego monstrem alteri istud iter silvestre; ymo oportet, quod ego demonstrem istud iter alteri, idest Danti (qui latebat et stabat absconsus), quia sic vult divina predestinatio et constellatio. Nam constellatio istius Dantis, faciebat eum habilem ad describendum istam materiam tali modo.

Tunc ei *orgoglium*, idest arrogantia, ita cecidit, quod ipse dimisit cadere uncum ad pedes, et dixit aliis: Amodo non feriat. Iam Virgilius, factus tutus de posse ire sine offensione, vocat Dantem latentem, dicens: (*Et dux meus ad me*): O tu, qui sedes intra scopulos pontis absconsus, secure admodo ad me redeas: noli plus stare. Quasi dicens: Secure redeas, quia habuisti honores, officia in comuni; tamen tu nunquam fuisti baractarius, nec pacto aliquo vendidisti officia, nec fecisti redimi pauperes.

- 31 Perch'io mi mossi, et a lui venni raptò;
E' diavoli si fecer tutti avanti,
Sì ch'io temetti non tenesse[r] ⁽¹⁾ pacto.
32 Così vidd'io già temer li fanti
Ch'usciron patteggiati di Caprona,
Vedendo sè tra nimici cotanti.
33 Io m'accostai con tutta la persona
Lungo l' mio duca e non torcea gl'ochi
Da la sembianza ⁽²⁾ lor ch'era non buona ⁽³⁾.
34 E chinando li graffi ⁽⁴⁾: Vuoi ch' il tochi,
Dicea l'uno all'altro, in sul groppone?
E rispondean ⁽⁵⁾: Sì, fa che gle l'accochi.
35 Ma quel demonio ⁽⁶⁾, che tenea sermone ⁽⁷⁾
Col duca mio, si volse tutto presto
Dicendo: Posa, posa ⁽⁸⁾, ⁽⁹⁾ Scarmiglione ⁽¹⁰⁾.
36 Poi disse a noi: Più oltre andar per questo
Scoglio già non si può, però che giace
Tutto spezzato al fondo l'arco sesto:
37 E se l'andar avanti pur vi piace,
Andatevene su per questa grotta;
Press'a un altro scoglio che via face.
38 Hieri, più oltre cinqu'hore che quest'otta,
Mille dugento con sexanta sei
Anni fornì ⁽¹¹⁾, che qui la via fu rocta.
- 31 Ex quo me movi, et ad eum veni festinus;
Et dyaboli fecerunt se omnes ante,
Ita quod ego timui ne tenerent pacta.
32 Et sic vidi ego iam timere famulos
Qui exhibant cum pactis initis de Caprona,
Videndo se infra inimicos tot.
33 Ego me hesi cum tota persona
Prope meum ducem, et non torquebam oculos
Ab apparentia ipsorum, que erat non bona.
34 Ipsi inclinabant raffos, et: Vis quod ego eum tangam,
Dicebat unus cum alio, super dorso?
Ipsi respondebant: Ita facias quod ei accoches.
35 Sed ille demon, qui tenebat sermonem
Cum duce meo, se voluit totus festinus
Et dixit: Quiesce, quiesce, Scarmiglione.
36 Postea dixit nobis: Ulterius iri per istum
Scopulum non potest, eo quia iacet
Totus fractus in fundo arcus sextus:
37 Et si ire ante pur vobis placet,
Vadatis super istam gruptam,
Prope unum alium scopulum qui viam facit.
38 Heri, magis ultra quinque horis, quam ista hora,
Mille ducenti cum sexaginta sex
Anni compleverunt, quod hic via fuit rupta.

⁽¹⁾ servasser. — ⁽²⁾ apparenza. — ⁽³⁾ ma gattiva. — ⁽⁴⁾ loro. — ⁽⁵⁾ tutti. — ⁽⁶⁾ Malacoda. — ⁽⁷⁾ favellava. — ⁽⁸⁾ sta fermo. — ⁽⁹⁾ o. — ⁽¹⁰⁾ nomen demonis. — ⁽¹¹⁾ al. compì.

Ex quo me movi, ad eum veni festinus, et dyaboli fecerunt se omnes ante, ita quod ego timui, quod non tenerent pactum. Et sic vidi ego iam timere famulos, qui exhibant cum pactis initis de Caprona, castro, videndo se infra inimicos tot.

In millesimo ducentesimo septuagesimo octavo Lucenses cum Florentinis iverunt ad obsidendum castrum Caprone, et, post aliquale tempus, illi de intus reddiderunt se, salvis personis. Et quia multa mala fecerant circumstantibus, et dampnificaverant multos, dum, exeuntes de castro, irent per campum, timebant sepe trucidari propter multa mala commissa in comitatu Luce. Dantes, quando erat iuenculus, fait in illa obsidione.

Ego me hesi cum tota persona prope meum ducem, et non torquebam oculos ab apparentia ipsorum, que erat non bona. Causa est, quia, qui vadit per manus baractariorum, oportet quod aliquid dimictat, vel de pelle, vel de pilis. Raro aliquis per manus talium evadit immunis.

Ipsi inclinabant raffos, idest uncus, et: Vis quod ego eum tangam, dicebat unus cum altero, super dorso, idest humeros? Ipsi respondebant: Ita facias quod ei accoches, idest infigas, vel super humeros ponas.

Sed ille demon, qui tenebat sermonem cum duce meo, se voluit totus [festinus] et dixit: Quiesce, Scarmiglione. Hic est notandum, quod etiam aliquando dux baractariorum, propter verecundiam facit observari pacta, vel, forte, ad faciendum maiorem deceptionem, quia, quando homo videt quod sibi observata fuit fides, confidit de maioribus postea, et sic potest amplius decipi. Iste demon, scilicet Malacoda, dixit hic unam veritatem, propter quam, cognitam a Dante et magistro suo, credebatur decipere eos in uno magno mendacio: nam dixit verum, quod pons erat fractus; sed de via mentiebatur. Ideo sequitur in textu: Postea dixit nobis: Ulterius iri per istum scopulum non potest, eo quod iacet totus fractus in fundo arcus sextus. In hoc dixit verum Malacoda; sed dum dixit: Et si ire ante, idest ultra, pur, idest perinde, vobis placet, vadatis super istam gruptam, prope unum alium scopulum, qui viam facit; idest ostendit; hoc est magnum mendacium, quia illa non erat bona via. Sic etenim accidit hominibus, qui habent praticare cum baractariis. Quando homo credit se esse expeditum ab ipsis, tunc reperit se nihil fecisse; quia expeditivisti te ab uno, et vadis ad manus adhuc unius peioris.

Heri, magis ultra quinque horis quam ista hora, mille ducenti cum sexaginta sex anni compleverunt, idest fini-erunt, quod hic, idest in hoc loco, via fuit rupta. Nota quod

³⁹ Io mando verso là di questi miei,
A riguardar s'alcun se ne sciorina (¹):
Gite con lor, che non saranno rei.

⁴⁰ Thra'ti avanti (²), Alychino e (³) Calchabrina, ⁴⁰ Trahas te ante, Alichine et Calcabrine,
Cominciò elli (⁴) a dir, e tu, (⁵) Cagnazzo;
E Barbariccia guidi la decina (⁶).
Incepit ipse dicere, et tu, Cagnazze;

⁴¹ Lybicoccho vegn'oltre, e Dragghynazzo, ⁴¹ Libichoccus veniat, et Drag[ag]natius,
Cyriatto sannuto, e Graffiacane,
E Farfarello, e Rubicante pazzo.
Ciriactus sannutus, et Graffiacane,
Et Farfarellus et Rubicantes pazzus.

(¹) di quelli che son ne la pece. — (²) o. — (³) o. — (⁴) Malacoda. — (⁵) o. — (⁶) dieci demoni.

totus iste ternarius verus est, et Malacoda in toto isto ternario dixit verum. Textus fortis est et difficilis valde. Ista verba fuerunt dicta per Malacodam Danti et magistro suo in millesimo tercentesimo, de mense martii et die Sabati sancto, in undecima hora diei. Christus moriebatur in die Veneris sancta, secundum opinionem quam tenet auctor, in meridie. In meridie erat hora sexta (et hic non accipitur hora sexta, in horologio), de mense martii, existenti sole in ariete (dum est equinoctium, est vere merides); qua hora, ut vult hic auctor, Christus expiravit. Et tunc fuit terremotus generalis, et in tali terremotu ista ruina facta fuit hic in hoc loco Inferni; et tunc fuit fractus arcus pontis sexti. Numera igitur annos a passione Christi usque ad Sabatum Sanctum de mense martii anni domini millesimi tercentesimi, qui sunt mille ducenti sexaginta sex. Iste mille ducentis [sexaginta] sex adde annos, quibus Christus vixit in hoc seculo, qui fuerunt triginta quatuor, sed non completi: scilicet, quia vixit triginta tribus annis et aliquibus mensibus ultra, illi menses plures computantur pro uno anno: et sic punctualiter, a nativitate Christi usque ad illum diem Sabati Sancti, fluxissent anni mille tercenti: a passione vero Christi fluxissent anni mille ducenti sexaginta sex. Tunc sic dicit textus.

Heri (verba ista fuerunt dicta in millesimo tercentesimo in die Sabati sancto de sero, hora undecima: igitur dicit heri), magis ultra quinque horis quam ista hora, mille ducenti, etc. Si quis bene advertit per ista dicta, clarus est textus totus: nullum est scrupulum. Sed non sic est clarum de triginta quatuor annis vite Christi. Sed hoc salvatur uno modo, sicut dictum est, quod pauci menses, scilicet tres, ponuntur pro uno anno. Alio modo posset salvari propter varium modum incipiendi annum, sicut fit in Regno, ubi regnicoli annum de mense septembri incipiunt. Et tunc clarior esset textus; quia sicut Christus vixisset triginta tribus annis et septem mensibus, quotiescumque, secundum consuetudinem exponentium communiorum, additur numero annorum unus mensis, ille computatur pro medio anno: tanto magis si adderentur duo, vel tres, vel quatuor. Et quotiescumque numero sex mensium additur unus mensis, accipitur postmodum pro uno integro anno: tanto magis si duo, etc. Florentie annus incipit de mense martii, ab incarnatione scilicet; et sic veniret ad idem. Vel potest dici, quod Dantes computat hic annos more poetarum, quibus, propter carmina, vel rithmos, conceditur aliquid diminueri.

vel addere, etc. Ecce quod de fractura pontis et de numero annorum dicebat Malacoda verum: sed de via, quam ostendebat, non dicebat verum, ymo magnum falsum; et si per talem viam ivissent, eis magnum periculum imminerebat.

Ego micto versus illam partem de istis meis, ad revidendum si aliquis se sciorinat, idest exit de pice, vel movet. Vadatis cum ipsis, quia non erunt vobis nocivi, ymo utiles, quia facient vobis bonam societatem. Et in hoc dicebat falsum, quia si Virgilius et Dantes ivissent viam, quam docuerant, male fuisset eis.

Volens admodum auctor ostendere mores baractariorum, finxit hic decem nomina demonum, quorum interpretatio bene convenit baractariis, et hos decem demones hic nominandos, Malacoda, scilicet fraus in cauda scorpionis, sive Gerionis, mictit ad revidendum totam istam vallem picis, si aliquis exiret de pice; et dat unum de istis decem eis in ducem, scilicet Barbariciam, precipiens eis, quod bene custodiant, etc., et quod faciant bonam societatem Virgilio et auctori.

Sequitur textus: Trahas te ante, idest venias coram me. Alichine et Calcabrina, sic incipit ipse dicere; et tu Cagnatie: et Barbaricia conducit decinam, idest sit dux vestrum decem. Libichoccus veniat ultra, idest coram me, et Dragagnatius, Ciriactus sannutus et Graffiacane et Farfarellus et Rubicantes pazzus. Alichinus, alliciens ad baractandum, et inducens alios. Calcabrina, idest ille qui calcavit, idest diu expertus est in baractaria. Cagnatius, crudelis baractarius, qui nemini parcat, sicut canis rabidus. Barbaricia, idest inveterata nequitia (hic Barbaricia dux est, quia conducit quosque ad baractandum). Malacoda remanet: non est de decem. Libich[oc]cus, in tractatis ardens, quotiescumque potest, et conatur toto nisu. Dragagnatius, idest venenosus, sicut serpens, semper omnes contractus venenat, semper apponit aliquid de illicito, idest non licito. Ciriactus, idest dilanians, idest ideo ponitur sannutus (sanne, idest magni dentes, sicut sunt dentes apri, egredientes de ore apri). Graffiacane, idest depilator, vel uncans pellem, et de pilis omnibus. Farfarellus, idest infrascator, sive involvens alios et intricans. Rubicantes pazzus, idest qui simul utitur fraude et vi et violentia.

⁴² Cercate intorno le boglenti pane;
Costor sien salvi infin all'altro scheggio,
Che tutto intero va sopra le tane.

⁴³ O me! maestro, che è quel ch'io veggio?
Diss'io, de[h] senza scorta andianci soli,
Se tu sa'ire, ch'io per me non la cheggio (¹).

⁴⁴ Se tu se' sì accorto come suoli,
Non vedi tu che digrignano e denti,
E colle cigla ne minaccian duoli?

⁴⁵ Et elli a me: Non vo'che tu paventi:
Lassali digrignar pur a lor senno,
Che fanno ciò per li lesi dolenti (²).

⁴⁶ Per l'argine sinistro volta dienno;
Ma prim'havea a ciascun la lingua streeta
Co'denti, verso 'l mio duca per cenno,
Et elli havean del cul facto trombetta.

(¹) domando. — (²) al. meschin.

Queratis circum bulientes pannas, idest bulientium in pice: isti sint salvi usque ad alium scopulum, qui totus integer vadit super tanas, idest foramina. Et in hoc mentitus est Malacoda; quia ille scopulus non erat integer. Auditis et visis ex nomine istis demonibus, auctor timuit, et merito, quia talia nomina sunt deformia et timorem incutientia. Ideo ribaldi in Ytalia imponunt sibi invicem turpia et terrentia nomina: ut *Spogliachristo*, idest expolians Christum; *Malocompagno*, idest malus sotius; *Mitifuoco*, idest ponens ignem; *Magagnato*, idest maculatus; *Pelabarba*, idest pilans barbam; *Mostarda dispietato*, idest sine pietate; *Scaramuscia*, idest bellum; *Pigliavilani*, idest capiens rusticum; *Guastallarte*, idest destruens artem; *Scannacompagno*, idest ingulans sotium; et huiusmodi.

Dantes, auditis hiis nominibus, timens, dixit: Heu michi! magister, quid est quod video? Dixi ego. (*De[h]*), interiectio est applaudentis). Sine scorta, idest sine conductore, vadamus soli; quoniam melius est solum, idest, solitarium esse, quam male sotiatum, sive male sotiatum; si tu scis ire: quia ego pro me illam non quero. Si tu es ita providus,

⁴² Queratis circum bullientes panas;
Isti sint salvi usque ad alium scopulum,
Qui totus integer vadit super tanas.

⁴³ Heu mihi! magister, quid est illud quod video?
Dixi ego, deh sine scorta vadamus soli,
Si tu scis ire, quia ego pro me illam non quero.

⁴⁴ Si tu es providus, sicut soles,
Non vides tu quod digrignant dentes,
Et cum superciliis nobis minantur dolores?

⁴⁵ Et ipse ad me: Volo quod non paveas:
Permictas eos digrignare pur ad eorum sensum,
Quia faciunt hoc propter miseros dolentes.


⁴⁶ Per aggerem sinistram voltam dederunt;
Sed prius habebat quilibet linguam strictam
Cum dentibus, versus eorum ducem pro cenno,
Et ille fecerat de ano tubiculam.

idest cautus, sicut soles, non vides tu, quod digrignant, idest dentes ostendunt, deridendo, vel fremendo cum dentibus, et cum superciliis nobis minantur dolores? Quasi dicat: Ista sunt mala signa.

Et ipse ad me, idest dixit: Nolo quod tu paveas: permictas eos digrignare, idest deridere, vel truffari, cum dentibus, *pur*, ad eorum sensum, idest modum, vel libitum, quia faciunt hoc propter lissos, idest in pice coctos, vel miseros, dolentes. Idest: non timeas minas eorum, quia hoc faciunt propter baractarios: sed tale vitium non tangit te, nec me, quia nunquam fuimus baractarii.

Per aggerem sinistram voltam dederunt, idest verterunt se: sed prius habebat quilibet linguam strictam cum dentibus versus eorum ducem, pro cenno, idest signo. Talibus signis utuntur baractarii: stringunt sepe linguam cum dentibus; faciunt truffas unus de alio; faciunt ficas.

Et ille, supple dux, fecerat de ano, idest culo, tubiculam; idest ibat trullando et cum culo faciendo sonum, vel sonando: quamquam inhonesta erat talis tuba pro certo.



Il presente canto ha una speciale relazione col terzo di questa prima parte della Divina Commedia, dove il Poeta ci mostrò la scritta che vide su la porta dell'abisso, entrato che fu con Virgilio per lo cammino alto e silvestro, che doveva tutto percorrere, udendo

..... le disperate stride

e vedendo

... gli antichi spiriti dolenti,
Che la seconda morte ciascun grida.

La scritta diceva:

Per me si va nella città dolente:
Per me si va nell'eterno dolore:
Per me si va tra la perduta gente.
Giustizia mosse il mio alto Fattore:
Fecemi la divina Potestate
La somma Sapienza e'l primo Amore.
Dinanzi a me non fur cose create,
Se non eterne, ed io eterno duro:
Lasciate ogni speranza, voi che'ntrate.

È l'eternità dell'Inferno, l'*ignem aeternum*, con tanto solenni parole rivelato da Gesù Cristo nel suo Vangelo.

Ma quello strazio non riceverà egli una progressiva diminuzione dall'eterna ed infinita misericordia divina, mettiam pure che non arriverà mai a cessare intieramente? Accennò a rinnovare questa opinione, che fu già di Origene, un potente ingegno de' nostri dì; ed è naturale che trovasse facile accoglimento appresso chi troppo leggermente ama le novità anche in fatto di dottrine religiose, per non conoscerle quanto a giudicarne dirittamente sarebbe richiesto.

Il Poeta teologo insegna in questo canto, che invano la spererebbero (se pur potessero avere speranza) i disgraziati chiusi nel suo baratro infernale. Seguiamolo nella quinta bolgia tra' barattieri, che quivi si tuffano, e scendono al fondo e salgono a galla in un lago di pece bollente. Egli vi trova un armeggio e tramestio di demonj d'ogni maniera, che mette terrore: da uno dei quali impara, che i più di que' miseri son della città di Lucca, tutti rei dello stesso vizio, fuorchè (per ironia) Bonturo, che fu di tutti il peggiore. La dipintura del loro strazio è condotta con arte inarrivabile!

Mentre col suo duca sta osservando quel bollimento spaventoso, viene avvertito dell'arrivo d'un nuovo reo; e voltosi, vede un ceffo di demonio nero,

Correndo su per lo scoglio venire

con tanta fierezza, che ne raccapriccia ed esclama:

Ahi! quant'era egli nell'aspetto fiero!
E quanto mi pareva nell'atto acerbo,
Con l'ali aperte e sovr'il piè leggero!
L'omero suo, ch'era acuto e superbo,
Carcava un peccator con ambe l'anche,
Ed ei tenea de'piè ghermito il nerbo.
Del nostro ponte, disse: O Malebranche,
Ecco un degli Anzian di Santa Zita;
Mettetel sotto, ch'io torno per anche
A quella terra, che n'è ben fornita:
Ogni uom v'è barattier, fuor che Bonturo;
Del no per li danar vi si fa ita.
Laggiù il buttò, e per lo scoglio duro
Si volse; e mai non fu mastino sciolto
Con tanta fretta a seguitar lo furo.
Quei s'attuffò, e tornò su convolto;
Ma i demon, che del ponte avean coverchio,
Gridâr: Qui non ha luogo il Santo Volto!
Qui si nuota altrimenti che nel Serchio!
Però, se tu non vuoi de'nostri graffi,
Non far sovra la pegola soverchio.


Che in questi versi si accenni all'integrità della dottrina cattolica, rispetto al modo con cui dureranno le pene infernali, era stato già avvertito dal nostro Padre Lombardi, dal Cesari, e da altri. E la ragione è che l'anima, valicando da questo mondo all'altro con volontà ostile a Dio, in quell'atto stesso con cui trapassa, si eterna, e addiventa un punto senza tempo e in sè stesso irremovibile. Impossibilità quindi d'ogni riprovazione del mal fatto, d'ogni umiliazione, d'ogni preghiera; e pertanto assoluta impossibilità, che Dio le usi qualsiasi misericordia, che essa irremovibilmente rifiuta e detesta, e rifiuterà e detesterà eternamente. Resta dunque quel raggio soltanto di pietà, che, come dicemmo in altro luogo, necessariamente s'accompagna alla stessa sua inesorabile giustizia verso i riprovati. Dal vero concetto dell'eternità, non facile a tutti, dipende la soluzione di ben parecchie capitali quistioni,

che altrimenti restano inintelligibili. Una Santa nostra italiana, Santa Caterina da Genova, l'esprimeva con una acutezza di mente, e con tale precisione di filosofia e di teologia ad un tempo, da stupirne.

«La perversa volontà contro la volontà di Dio (ella dice) è quella che fa la colpa; e perseverando la mala volontà, persevera la colpa; e per essere quelli dell'Inferno passati di questa vita con la mala volontà, la loro colpa non è rimessa, nè si può rimettere; perchè più non si possono mutare di volontà, poichè con quella sono passati di questa vita: dal qual passo si stabilisce l'anima in bene o in male, come si trova con la volontà deliberata; siccome è scritto: *Ubi te invenero*, cioè nell'ora della morte, con quella volontà, o di peccare, o malcontento e pentito del peccato, *ibi te iudicabo*. Al qual giu-

dizio non è poi remissione. Imperciocchè, dopo la morte, la libertà del libero arbitrio non è più variabile, ma fermata in quello in che ella si trova al punto di morte. Quelli dell'Inferno, per essere trovati nel punto della morte colla volontà di peccare, hanno con seco la colpa infinitamente, e la pena, non però tanta quanto meritano; ma pur quella che hanno è senza fine.» (*Tratt. del Purgat.* cap. IV).

Ma sarebbe egli possibile che i dannati ricevessero qualche leggero sollievo dalle nostre preghiere innalzate per tal fine a Dio? Rispondiamo brevemente, che non pochi Padri e Teologi tennero l'affermativa; e qualche anno fa trattava assai dottamente questa ardua questione l'illustre abate e professore della Sorbona, ELIA MÉRIC, nella sua opera: *L'autre vie*; Paris, 1880.





CAPITULI VICESIMISECUNDI SUMMARIUM

In vicesimosecundo capitulo, quod incipit: *Iam cidi milites, etc.*, auctor de una specie baractarie prosequitur, scilicet que commictitur, quando aliquis vendit gratias dominorum suorum, quas liberaliter domini faciunt, et quando aliquis vendit officia civitatis et reipublice, et unus familiaris alicuius regis, qui sciens voluntatem regis inclinatam ad faciendum aliquam gratiam alicui, ut liberandi aliquem a carceribus, vel morte, quam deberet pati, vel a pecuniis, etc., prevenit et dicit carcerato, vel debitori, vel iudicando ad mortem: Quid vis michi dare, si sic faciam quod te a morte liberabo, vel relaxabitur tibi tanta quantitas, vel extraheris de carcere? Qui promittet ei pecuniam, et dabit, putans quod talis spopondens sit causa sui boni. Talis fuit vocatus Ciampolus, unus baractarius, qui similia faciebat apud regem Theobaldum, regem Navarre, qui quasi omnes gratias regis sui sic et tali modo vendebat. Ille Ciampolus fuit expurius, male natus, et pexime vixit. Et sicut iste Ciampolus baractavit multos, ita hic a demonibus fuit baractatus; quia volens aliquantulum exire de pice bulienti propter recipere aliquod remedium,

ipse fuit captus a Graffiace cum unco, et extractus de pice, et fuit tractatus ut sequitur. Unus demon, nomine Rubicante: Decoria ipsum, dicebat uni sotiorum. Qui Ciampolus, interrogatus a Virgilio, quis esset, confessus est se fuisse a matre sua de uno ribaldo ex adulterio genitum, et positum ad serviendum uni domino. Demum confessus est fuisse familiarem regis Theobaldi et in curia sui regis commisisse multas baractarias. Tunc, talia loquentem, Ciriactus, qui habebat dentes ut aper, percussit eum et vulneravit eum dente atrociter; qui dolens multum de vulnere, cogitavit hic etiam decipere demones, sicut et fecit. Fingens se velle vocare sotios, discessit ab eis, ut patet in textu, et saltavit in picem et abscondit se sub ipsa pice. Et tunc isti demones sunt rixati, ex eo quia ille fugit. Ecce quomodo baractarius se dissolvit a demonibus. Volentes demones ipsum insequi, scilicet duo, scilicet Alichinus et Calcabrina, ambo rixati invicem, ceciderunt in picem bulientem. Hoc fingit auctor, quia aliquando baractarii unus publicat reliquum, et sic ambo vituperantur, ut patet in commento super isto vicesimosecundo capitulo.



CAPITULUM VICESIMUMSECUNDUM

- ¹ Io vidi già cavalier muover campo,
E cominciare stormo, e far lor mostra,
E talvolta partir per loro scampo;
² Corridor vidi per la terra nostra ⁽¹⁾,
O Aretini, e vidi gir gualdane,
Ferir ⁽²⁾ torneamenti, e correr giostra,
³ Quando con trombe, e quando con campane,
Con tamburi e con cenni di castella,
E con cose nostrali e con istrane;

⁽¹⁾ al. vostra. — ⁽²⁾ al. fedir.

Ego vidi iam milites. E io viddi già cavalieri: istud est vicesimumsecundum capitulum huius Inferni, in quo auctor tractat de secunda specie baractarie, scilicet quando baractarii vendunt suos dominos, idest bona et negotia suorum dominorum; nam prima species fuit, quando baractarii vendunt suam communitatem, vel bona et negotia sue communitatis. Et in hoc capitulo ponit auctor multos baractarios, singulariter Ciampolum, qui fuit de regno Navarre. Dividitur autem istud capitulum in quatuor partes. In quarum prima, continuans dicta dicendis, tangit modum et actum talium baractariorum, hic punitorum. In secunda parte, que incipit ibi:

Io vidi, et ancora;
Ego vidi, et adhuc,

introducitur in speciali unum spiritum, famosum baractarium, qui fuit pexime tractatus a demonibus. In tertia, que incipit ibi:

Lo duca meo;
Dux meus,

ille spiritus manifestat aliquot alios spiritus. In quarta, que incipit ibi:

Oimè, vedete;
Heu michi, videte,

- ¹ *Ego vidi iam milites movere campum,
Et incipere tumultum, et facere eorum demonstra-
Et aliquando fugere pro eorum evasione;* ^[tionem]
² *Cursores vidi per terram vestram,
O Aretini, et vidi ire gualdanas,
Ferire torniamenta, et currere ad hastiludia,*
³ *Aliquando cum tubis, et aliquando cum campanis,
Cum tympanis et cum signis castellorum,
Et cum rebus nostratibus et cum extraneis;*

auctor ostendit quomodo ille spiritus sagacissimus decipit omnes istos demones in questione et scandalo magno.

Dicit igitur, primo, auctor, continuando: Ego vidi iam milites movere campum, idest mutare et incipere stormum, idest tumultum; et facere eorum monstram, demonstrationem, idest resignam, sicut faciunt stipendiarii, quando se ostendunt in publico, ut scribantur, vel numerentur; et aliquando fugere per eorum evasionem. Vult auctor in effectu dicere, quod querebat dignam comparisonem ad describendum illum turpem actum, quem faciebat ille demon, qui trullabat cum ano, qui erat capitaneus illorum decem. Nec poterat auctor invenire aliquod signum proprium ad indicandum illud, nec in terra, nec in mari, nec in aliquo loco mundi, nec in pace, nec in guerra; et tamen in diversis locis et diversis temporibus fiunt diversa signa. Quando campi hominum armorum levantur, idest mutantur, fiunt aliqua signa, et oportet uti magna cautela. Et sic auctor notat se interfuisse in talibus campis. *Stormo:* idest tumultus.

Cursores vidi per terram nostram, o Aretini, idest territorium; et vidi ire gualdanas, idest masnadas, sive multitudines hominum armatorum, ferire torniamenta, idest in tornamentis, et currere ad hastiludia. In Ytalia fue-

- ⁴ Nè già con sì diversa cennamella
Cavalier vidi muover nè pedoni,
Nè nave a segno di terra o di stella.
⁵ Noi andavàn co' li diece demoni:
Hay fiera compagnia! ma nella chiesa
Cho' sancti, et in taverna co' ghiottoni.
⁶ Pur a la pegola era la mia intesa,
Per veder de la bolgia ogni contegno,
E de la gente ch'entro v'era incesa.
⁷ Com'e Dalphyni, quando fanno segno
A' marinar coll'arco della schena,
Che s'argomentin di campar lo[r] legno;
⁸ Talhor così, ad alleggiar la pena,
Mostrav'alcun de' peccatori el dosso,
E nascondeva ⁽¹⁾ in men che non balena.
⁹ Come all'orlo dell'acqua d'un fosso
Stanno e ranochi pur col muso fuori,
Sì che celano e piedi e l'altro grosso;
¹⁰ Sì stavan d'ogni parte e peccatori:
Ma come s'appressava Barbariccia,
Così si ritrhaen sotto e bollori.

⁽¹⁾ el dosso.

- ⁴ *Nec iam cum tam diversa tybia
Milites vidi moveri et pedites,
Nec navim ad signum terre sive stelle.*
⁵ *Nos ibamus cum illis decem demonibus:
Ah feram sotietatem! sed in ecclesia
Cum sanctis, et in taberna cum gulosis.*
⁶ *Semper ad picem erat meus intentus,
Ut viderem bolgie omnem qualitatem,
Et gentium que intra illam erant incense.*
⁷ *Sicut delphines, quando faciunt signum
Nautis cum arcu renum suarum,
Quod se argumentent ad evasionem sui ligni;*
⁸ *Aliquando sic, ad alleviandum penam,
Monstrabat aliquis peccatorum dorsum,
Et abscondebatur illud in minori spacio quam* ^[corruset]
⁹ *Et sicut ad ripam aque unius fosse*
*Stant rane solum cum capite extra,
Ita quod celant pedes et aliud grossum;*
¹⁰ *Sic stabant ex omni parte peccatores:
Sed statim quod appropinquabat Barbaricia,
Statim se retrahebant sub bullores.*

runt magne partialitates, et amplius in Thuscia; sed maxime in Aretio. Vult dicere auctor, quod, dum esset iuveneculus, reperit se quando civitas Aretii erat tota in tumultu. *Giosire*, hastiludia. Hoc potuit videre in pluribus civitatibus Ytalie. Aliquando cum tubis, aliquando cum campanis, cum tympanis, tamburis et cum signis castellorum, et cum rebus nostratibus, idest que sunt in nostro uso, et cum extraneis, idest que sunt extra nostrum usum. Nec iam, idest nunquam, cum tam diversa tybia, cialamella, vel busso (genus instrumenti est, quod cum ore pulsatur), milites vidi moveri, neque pedites, neque navim ad signum terre sive stelle. Ista duo signa fiunt in mari, facta per stellam vel humeram.

Nos ibamus cum illis decem demonibus: ahi feram sotietatem! idest dico: sed in ecclesia cum sanctis, et in taberna cum gulosis. Sic exclamavit auctor, quasi dicens. Verecundor fuisse cum tali sotietate. Et si dicatur quare ivit cum tali sotietate, dicit quod aliquando oportet etiam sociari malis, non propter effici similem illis, sed propter evadere aliqua pericula. Aliqui allegant hunc textum, qui conversantur cum ribaldis, in sui excusationem: sed raro potest bene allegari, quia auctor hic non vult quod sit conversandum cum pravis simpliciter, ut cum gulosis in tabernis; sed vult dicere, quod quando necessitas imminet, tunc oportet uti virtute, idest cavere: licet tu sis in sotietate pravorum, non utaris tamen moribus pravorum. Sicut si homo vult ire per navim, et in ea essent aliqui lusores, vel meretrices, Religiosi possunt intrare navim, non tamen

uti moribus malis: sic vult hic dicere auctor. Non poterat aliter facere, quam iret cum baractariis in hac vice, ubi erant tales demones tam inhoneste euntes. Semper ad picem erat meus intentus, idest intendebam, ut viderem bolgie omnem contegnam, idest qualitatem, et gentes, que intra illam erant incense. Quasi dicens: Nondum ad plenum dixi de baractariis.

Describit autem actus istorum a delphinis, qui sunt pisces, naturali instinctu presentientes tempestatem de proximo futuram, qui vadunt prope littus piscando, et sepe ostendunt schenam, et sepe immergunt se et occultant. Sicut delphines, quando faciunt signum nautis renum suarum, ut se argumentent, idest sibi provideant, ad evasionem sui ligni, idest sue navis (nam talia sunt signa proxime tempestatis), idest sic faciebant isti baractarii in pice bulientes: aliquando sic, ad alleviandum penam, monstrabat aliquis peccatorum dorsum, et abscondebatur illud in minori spatio quam *balenet*, idest corruset. Abscondunt se propter timorem inimicorum demonum.

Proponit unam comparisonem de ranis, sic dicens: Et sicut ad ripam aque unius fosse stant rane solum cum capite extra, ita quod celant pedes et aliud grossum, idest residuum ipsarum. Pulchra est comparatio. Nam rana est turpe animal; ita baractarii sunt maculati in vita et in fama. Rana non divellitur de pantano, semper vult esse in pantano, in luto; ita baractarii semper sunt viscati. Rana est animal tumidum, que tantum cantando tumet, quod

- ¹¹ Io vidi, et anco el cuor me n'(¹) acapriccia,
Uno aspectar così, com'egli incontra
Ch'una rana rimane, et altra spiccia (²).
¹² E Graffiacan, che gl'era più di contra,
Gl'arrunciglò le 'mpeolate chiome,
E trassel su, che mi parv'una lontra.
¹³ Io sapea già di tuctiquanti el nome,
Sì li notai, quando furon electi,
E poi che si chiamaro, attesi come.
¹⁴ O Rubicante, fa che tu gli metti
Gl'unghioni adosso sì che tu lo schuoi,
Gridavan tutti insieme e maladecti.
¹⁵ Et io: (³) Maestro mio, fa, se tu puoi,
Che tu sappi chi è lo sciagurato
Venuto a man degl'adversari suoi.
¹⁶ Lo Duca mio li s'accostò allato,
Domandollo onde fusse, e quei rispose:
Io fui del regno di Ravenna nato.

(¹) al. me s'. — (²) fugge. — (³) o.

moritur: ita baractarii sunt tumidi, tument, minantur, ne detegatur suum scelus, et aliquando, ymo et sepe, publicantur. Sic stabant ex omni parte peccatores: sed statim, idest cum, quod, appropinquabat Barbaricia, capitaneus illorum decem, subito se retrahebant sub bullores.

Ego vidi. Io viddi: ista est secunda pars huius capituli, in qua fit mentio de uno spiritu moderno, maximo baractario. Eunte Barbaricia circa fossum, omnibus aliis fugentibus, solummodo iste expectavit: sicut accidit de ranis, quod omnibus fugentibus, una remanet. Et Graffiacanes, qui erat proximus illi, cum uno cepit eum plenum pice, et extraxit de pice, sicut unam lontram. Ego vidi, et adhuc cor meum recapriciat, idest tremit, vel frigescit, unum expectare, sicut accidit quando una rana remaneat, et altera *spicciat*. *Spicciare* est proprie actus sanguinis, quando vena pungitur: sic dicitur *spicciare*. Sed hic auctor large capit *spicciare*, pro fugere, vel recedere.

Et Graffiacanes, qui erat magis contra eum, idest propinquior sibi, aduncavit sibi *impiceatas comas*, idest capillos, et extraxit eum sursum, quod visum fuit michi una lontra, idest ad similitudinem unius lontre. Graffiacanes provocabat alios ad baractandum.

Lontra, ut dictum est superius, est animal aquaticum, est nigrum, porosum: ita sunt baractarii, nigri in fama, et porosi, habent multa foramina parva, occulta, idest multas astutias. Est animal insidiosum: dilacerat retia, et propter capere unum piscem, dimittit multos. Sic faciunt baractarii: ut capiant unum divitem, dimittunt multos pauperes.

- ¹¹ Et vidi, et adhuc cor meum compatitur,
Unum expectare sic, sicut accidit
Quod una rana remanet, et alia spicciat.
¹² Et Graffiacanes, qui erat magis contra eum,
Aduncavit sibi impiceatas comas,
Et traxit eum sursum, quod visum fuit michi una lontra.
¹³ Ego sciebam iam omnium ipsorum nomina,
Ita eos notavi, quando fuerunt electi,
Et postquam se vocaverunt, attendi qualiter.
¹⁴ O Rubicantes, fac [quod] tu ei immictas
Ungues in dorso ita quod tu eum excories,
Clamabant omnes simul illi maledicti.
¹⁵ Et ego: Magister mi, facias, si tu potes,
Quod tu scias quis est ille infortunatus
Qui venit ad manus adversariorum suorum.
¹⁶ Dux meus adhesit eius lateri,
Interrogavit eum unde esset, et ille respondit:
Ego fui de regno Navarre natus.

Ego sciebam iam omnium illorum nomina, scilicet demonum: ita eos notavi quando fuerunt electi, idest quando facta fuit monstra, et dati nobis in sodalitium. Quando se vocaverunt unus alterum, ego notavi nomina eorum; et postquam se vocaverunt, attendi qualiter, idest se vocabant.

O Rubicantes, fac quod tu ei immictas unguis in dorso, ita quod tu eum excories; clamabant omnes simul illi maledicti. Rubicantes erat multum ardens ad predam. *Excories*: quia baractarii decoriant eos, qui ad eorum manus vadunt; idest depauperant. Solebat dicere Nero crudelibus officialibus suis: Fac cum illo, qui venit ad [te], quod excories eum, idest quod nihil ei dimictas.

Et ego: Magister mi, facias, si potes, quod tu scias quis est ille infelix, *sciaguratus*, idest infortunatus, qui venit ad manus adversariorum suorum. *Si potes*: quasi dicat: Est ita dilaceratus, quod forte non poterit loqui, aut habere habilitatem loquendi.

Dux meus adhesit eius lateri, et interrogavit eum unde esset. Et ille respondit: Ego fui de regno Navarre natus.

Nota quod iste miser fuit vocatus Ciampolus: fuit natione Hispanus de regno Navarre, quod regnum est in Hispania: fuit natus de una nobile muliere, nupta uni vilissimo viro, qui, postquam omnia sua bona consumpserat, suspendit seipsum. Ista nobilis domina ex illo ribaldo genuit istum Ciampolum, quem, mortuo patre, posuit ad standum cum uno nobili milite aulico, idest de aula regis, et factus est sibi carissimus, semper prosperando de bono in melius, in tantum quod venit ad notitiam regis Navarre,

- ¹⁷ Mia madre servo d'un signor mi pose,
Che m'havea generato d'un ribaldo
Distruggitor di sè e di sue cose.
¹⁸ Poi fui famiglo del buon re Tebaldo (¹);
Quivi mi posi a far baractaria,
Di ch'io rendo ragion in questo caldo.
¹⁹ E Cyriacto, a cui di bocha uscia
D'ogni parte una sanna com'a porco,
Li fe' sentir come l'una (²) sdruscia.
²⁰ Tra male gatte era venuto 'l sorco;
Ma Barbaricia 'l chiuse colle braccia,
E disse: State là, mentr'io lo 'nforco.
²¹ Et al maestro mio volse la faccia:
Domanda, disse, ancor, se più desii
Saper da lui, prima ch'altri 'l disfaccia.
²² Lo duca: Or dunque di' degl'altri rii:
Conosci tu alcun che sia latino
Sotto la pece? E quelli: Io mi partii
²³ Poch'è da uno, che fu di là vicino;
Così füss'io ancor con lui coperto,
Ch'io non temerei nè unghia nè uncino.
²⁴ E Lybicocecho: Troppo haven (³) sofferto,
Disse; e preseli 'l braccio col runciglo,
Sì che, tirando, ne portò 'l lacerto (⁴).

(¹) al. Tybaldo. — (²) di quelle sanne. — (³) habiamo. — (⁴) el braccio.

iustissimi et optimi regis et elementissimi. In tantum complacuit iste Ciampolus regi, quod rex commisit sibi omnia officia regalia, et posuit in manibus suis. Qui caute incepit aggregare et coacervare pecunias et divitias per baractariam: et licet rex aliquando habuisset querimoniam de isto, rex non credebat; et tunc ipse non correptus, semper de malo efficiebatur peior.

Mea mater pro servo unius domini me posuit, que me genuerat ex uno ribaldo, idest vili et tristi viro, destructore sui ipsius et suarum rerum: semetipsum suspendit. Postea fui familiaris boni regis Theobaldi: ibi me posui ad faciendum baractariam, de qua reddo rationem in isto loco. Ecce hic [ex. gr.] quod dominus, scilicet rex Diocletianus, bonus et optimus (et tamen familiaris erat tam malus) solebat dicere (erat Imperator Rome), quod minus malum erat, quod dominus esset malus, et familiares boni, quam e converso. Reddo, idest porto penam michi bene debitam.

Et Ciriactus sannutus, cuius ex ore exibat ab omni parte una *sanna* sicut porco, ei fecit sentire qualiter una dissuebat, *sdrusica*, lacerabat, vel feriebat. Inter malas branchas venerat sorex, idest mus. Sed Barbaricia eum clausit, idest avvinxit, cum brachiis, dicendo: State retro, quousque eum ego *info[r]co*, idest adunco, vel lacero.

- ¹⁷ Mea mater pro servo unius domini me posuit,
Que me genuerat ex uno ribaldo
Destructore sui ipsius et suarum rerum.
¹⁸ Postea fui familiaris boni regis Theobaldi;
Ibi me misi ad faciendum baractariam,
De qua reddo rationem in isto calore.
¹⁹ Et Ciriactus, cuius ex ore exibat
Ab omni parte una sanna sicut porco,
Ei fecit sentire qualiter una dissuebat.
²⁰ Inter malas branchas venerat sorex;
Sed Barbaricia eum clausit cum brachiis,
Dicendo: State retro, quousque ego ipsum inforco.
²¹ Et ad magistrum meum vertit faciem:
Interroga, dixit, etiam, si plus desideras
Scire ab eo, priusquam alter eum destruat.
²² Dux: Igitur or dicas de aliis reis:
Cognoscis tu aliquem qui sit latinus
Sub pice? Et ille: Ego recessi
²³ Parum est ab uno, qui fuit illis partibus vicinus;
Ita essem ego adhuc cum eo coopertus,
Quia ego non timerem unguem neque uncum.
²⁴ Et Libichococcus: Nimis substulimus,
Dixit; et cepit eius brachium cum runco,
Ita quod, lacerando, secum portavit unum lacertum.

Bona similitudo est. Sic facit *gatta*, quando habet murem inter branchas.

Et ad magistrum meum vertit faciem: Interroga, dixit, etiam, si plus desideras scire ab eo, priusquam alter eum *disfaciat*, idest destruat. Hoc dixit Barbaricia, propter dare ei humilitatem loquendi cum Virgilio. *Disfaciat*: quasi dicat: Bene vides quomodo isti sunt parati ad dilaniandum ipsum.

Lo duca mio. Dux meus igitur: Or dicas: hec est tertia particula huius capituli, in qua iste spiritus, scilicet Ciampolus, indicat multos alios baractarios Virgilio; et ideo Virgilius interrogat eum sic: Or dicas, dixit dux, de aliis reis cognoscis tu aliquem, qui sit latinus sub pice? Et ille: Ego recessi, parum est, ab uno, qui fuit illis partibus vicinus; ita essem, idest utinam, ego adhuc cum eo coopertus, quia ego non timerem unguem nec uncum. Interrogat Virgilius de baractariis ytalieis, qui melius noverunt artem illam exercere. Non erat ytalicus, sed propinquat Ytalie, de quo dicitur cito.

Tunc Libichococcus, idest ait: Nimis substulimus, idest compativimus, vel expectavimus. Dixit, et cepit eius brachium cum runco, ita quod, lacerando, secum portavit unum la-

- ²⁵ Draghignazz' ancho li volse dar di piglo
Giuso a le gambe; onde 'l decurio loro (¹)
Si volse intorn' intorno con mal piglo.
- ²⁶ Quand'elli uno poco rappaciatu foro,
Colui, ch' ancor mirava sua ferita,
Dimandò 'l duca mio senza dimoro:
- ²⁷ Chi fu colui, da cui mala partita
Di' (²) che facesti di venir a proda?
Et ei rispose: Fu Frate Ghomita,
Quel di Ghalura, vassel d'ogni froda,
Ch' ebbe e nimici di suo donno in mano,
E fe' lor sì, che ciascun se ne loda:
- ²⁸ Denar li tolse, e lascioli di piano,
Come si dice: e negl'altr' officii anche
Baractier fu non picciol ma sovrano (³).
- ³⁰ Usa con esso donno Michel Zanche
Di Locodoro: et a dir di Sardigna
Le lingue lor non si senteno stanche.
- ³¹ O me! vedete l'altro (⁴) che digrigna:
Io direi anche (⁵); ma io temo ch'ello
Non s'apparechi a grattarmi la tigna.

(¹) Barbariccia. — (²) dicas. — (³) grandissimo. — (⁴) cioè Farfarello. — (⁵) al. d'anche, cioè di più.

certum, idest unum membrum, sive unum frustum, scilicet medietatem brachii, idest unum musculum. Dragagnatius etiam voluit eum capere infra prope crura; sed decurius illorum, idest dux eorum, se vertit circum circa cum *malo piglio*, idest mala facie, seu turbata apparentia.

Quando isti fuerunt aliquantulum *rapaciatu*, idest pacificati, sive quietati, illum, qui adhuc respiciebat suas *feritas*, idest vulnera, interrogavit dux meus sine mora: Quis fuit ille, a quo malum discessum dicis quod fecisti, ut venires ad ripam? Et ipse respondit: Fui[t] Frater Comita.

Notandum est quod, per antiquum, insula Sardinie non erat de Ytalia, maxime dum regeretur per Cartaginenses, sive per Africanos; sed Iannenses et Pisani hoc moleste ferentes, fecerunt unam magnam armatam, et iverunt, et acquisiverunt eam, et reducerunt illam insulam ad Christianismum. Quo facto, quia vi insulam acquisiverunt, diviserunt sic: quod una pars deberet habere omnia bona, que erant in insula; alia pars postea haberet insulam liberam et derobatam. Tamen facto pacto, Iannenses totam insulam spoliaverunt; insula remansit Pisanis: qui Pisani, volentes reformare insulam, diviserunt in quatuor partes, quas vocaverunt quatuor Iudicata, et horum domini dicebantur Iudices. Primum Iudicatum nominaverunt Logodoro, et fuit pulchrior pars totius insule: secundum Iudicatum dixerunt Calari: tertium Alboream: quartum Galluram. Istud quartum Iudicatum datum fuit in sorte uni nobili domui Pisane, ex quibus fuit iudex Ninus, magnus et potens, nobilis, sapiens, qui fuit cognatus marchio-

- ²⁵ Dragagnatius etiam voluit illum capere
Infra prope crura; sed decurius illorum
Se vertit circum circa cum facie mala.
- ²⁶ Quando ipsi aliquantulum pacificati fuerunt,
Illum, qui adhuc respiciebat suas feritas,
Interrogavit dux meus sine mora:
- ²⁷ Quis fuit ille, a quo malum discessum
Dicis, quod fecisti, ut venires ad ripam?
Et ipse respondit: Fui[t] Frater Comita,
- ²⁸ Ille de Gallura, vas omnis fraudis,
Qui habuit inimicos sui domini in manibus,
Et fecit ita eis, quod quilibet se de eo laudat:
- ²⁹ Denarios accepit, et eos relaxavit de plano,
Sicut ipse dicit: et in aliis officiis etiam
Baractarius fuit non parvus sed summus.
- ³⁰ Conversatur secum dominus Michael Zancha
De Logodoro: et ad dicendum de Sardinia
Lingue eorum non se sentiunt fessas.
- ³¹ Heu michi! videte alterum qui digrignat:
Ego dicerem amplius; sed ego timeo ne ipse
Paret se ad dilacerandum michi caput.

nis Estensis, scilicet Ferrarie. Iste Ninus iudex tenebat ibi unum suum vicarium, vocatum Fratrem Comitam, qui apparebat bonus, sed tamen erat summus magister baractarie: quem iudex Ninus tandem, scita vita eius, fecit suspendi. Iste Comita habebat in carceribus multos inimicos iudicis Nini, quos dimisit pro pecuniis. Ille de Gallura, vas omnis fraudis, qui habuit inimicos sui domini, idest domini (Hyspani et Sardi dicunt donnum, idest dominum), in manibus, et fecit ita eis, idest ita eos tractavit, quod quilibet, supple ipsorum, se de eo laudat, quia dimisit eos abire. Denarios accepit, et eos relapsavit de plano, idest pacifice, sicut ipse dicit: et in aliis officiis etiam baractarius fuit non parvus sed summus. *Dicit*: sub pegola loquitur nobis. *Officiis*: idest distribuendo officia.

Conversatur secum dominus Michael Zanche de Logodoro; et ad dicendum de Sardinia, lingue eorum non se sentiunt *stanchas*, idest fessas: idest nunquam satiantur.

Iste Michael fuit claudus, ideo vocatur Michael Zancha. Fuit iconomus regis Entii, filii naturalis Frederici secundi. Et erat iste Entius rex Sardinie, et habebat locum meliorem de Sardinia, scilicet in Logodoro. Mortuo Entio, scivit tantum facere, quod etiam erat factor matris ipsius regis Entii, quam sumpsit in uxorem. Modo talia loquuntur isti sub pice, quia tractant fabrilis fabri; ita invicem isti loquuntur de suis baractariis.

Heu michi. O me, vedete: hec est quarta pars huius capituli, in qua Ciampolus decipit ultimo omnes demones.

- ³² E 'l gran proposto (¹) volto a Farfarello,
Che stralunava gl'ochi per ferire (²),
Disse: Fatti 'n costà (³), malvagio ucello.
- ³³ Se voi volete vedere o udire,
Ricominciò lo spaventato appresso,
Toschi o Lombardi, io ne farò venire.
- ³⁴ Ma stien le male branche un poco in cesso (⁴),
Sì ch'io non tema de le lor vendette;
Et io, sedendo in questo luogo stesso,
- ³⁵ Per un ch'io son, ne farò venir sette,
Quando suffolerò, com'è nostr'uso
Di far allhor che fuor alcun si mette.
- Cagnazzo a cotal motto levò 'l muso,
Crollando 'l capo, e disse: Odi malitia
Ch'egl'ha pensata, per gittarsi giuso.
- ³⁷ E quei ch'hava lacciuoli a gran dovizia,
Rispose: Malitioso son'io troppo,
Quando procuro a maggior mia tristitia.
- ³⁸ Allichin non si tenne, e di rintoppo
Agl'altri disse lui: Se tu ti chali,
Io non ti verrò dietro di galoppo,
- ³⁹ Ma basterò sopra la pece l'hali:
Lassali 'l collo, e sia la ripa scudo,
A veder se tu sol più di noi vali.
- ³² Et grandis prepositus conversus ad Farfarellum,
Qui retorquebat oculos ut feriret,
Dixit: Fac te retro, maligna avis.
- ³³ Si vos vultis videre vel audire,
Incepit pavefactus prope,
Tuscos et Lombardos, ego faciam venire.
- ³⁴ Sed stent male branche aliquantulum remote,
Ita quod ego non timeam de eorum vindictis;
Et ego, sedendo in isto loco eodem,
- ³⁵ Pro uno sicut ego sum, faciam venire septem,
Quando suflabo, sicut est noster usus
Facere tunc quando aliquis extra se mictit.
- ³⁶ Cagnatius ad tale moctum levavit caput,
Movendo faciem, et dixit: Audias malitiam
Quam ipse cogitavit, ut se proiciat infra.
- ³⁷ Unde ipse qui habebat laqueos in magna divitia,
Respondit: Malitiosus sum ego nimis,
Quando ego procuro meam maiorem tristitiam.
- ³⁸ Allichinus non tenuit se, et ante
Alios dixit ad eum: Si tu te cales,
Ego non veniam retro te de galoppo,
- ³⁹ Sed percutiam supra picem alas:
Dimictamus collem, sit ei ripa scutum,
Ad videndum si tu solus plus quam nos vales.

(¹) Barbariccia. — (²) al. fedire. — (³) o — (⁴) da canto.

Et primo fingit se habere magnum timorem, dicens: Dicerem adhuc de pluribus. Heu michi, videte alterum, scilicet demonem, qui *digrignit*, idest dentes monstrat. Ego dicerem amplius: sed ego timeo, ne ipse paret se ad lacerandum michi caput, *ad gratandum michi tingiam, tingia*, idest ad puniendum de baractaria. Tingia est infirmitas in capite inter capillos, et apparet quasi lepra capitis: raro unquam bene liberatur, et non sine depillatione: quam qui habent, libenter semper tegunt. Sic est de baractariis, quorum vita, si detegatur, magnam verecundiam infert.

Et grandis prepositus, scilicet Barbariccia, conversus ad Farfarellum, qui retorquebat oculos ut feriret, dixit: Fac te retro, o maligna avis, idest rapax ad predam. Si vos vultis videre, vel audire, incepit, scilicet dicere, pavefactus, *spauritus*, prope, idest statim, Tuscos et Lombardos faciam venire; sed stent male branche aliquantulum remote, idest longinque, ita quod ego non timeam, idest quod non habeam timorem, de eorum vindictis, idest vulneribus: et ego, sedendo in isto eodem loco (idest permittant me loqui; postea facia[n]t quidquid volunt, quia ipsi sunt boni baractarii), pro uno, sicut ego sum, faciam venire septem: tractentur ipsi, sicut ego, isti baractarii: quando suflabo, idest cum ore meo, sicut est noster usus (sicut consumemus

facere, ad tale signum) facere, tunc quando aliquis se extra mictit. Cum aliquibus signis nos vocamus simul ad invicem unus alium.

Cagnatius ad tale moctum, idest vitiosum dictum, levavit caput, *crulando faciem*, idest movendo, et dixit: Audias malitiam, quam ipse cogitavit, ut se proiciat infra, idest in pice. Quia isti erant magni baractarii, noscebant malitiam istius, qui cum perpendit se cognosci, statim invenit alium modum et alium laqueum. Ideo sequitur in textu: Unde ipse, qui habebat laqueos, idest astutias, in magna divitia, idest copia, respondit: Malitiosus sum ego nimis, quando procuro meam maiorem tristitiam et sotiorum meorum. Ecce quod sub specie simplicitatis se excusat, ubi est profunda malitia, et dicit quasi ironice: Ymo est magna fatuitas, quod velim procurare, ut mei sotii plus torqueantur.

Allichinus non tenuit se, idest non plus expectavit, et ante alios dixit ad eum: Si tu te calas, idest proiciis, ego non veniam retro te *de galoppo*, idest plane, vel mediocriter; sed percutiam super picem alas; idest velocissime veniam. Dimictamus collem, et sit ei ripa scutum, idest loco scuti sit ripa reparatio; quasi dicat: Ibi volo tecum certare, ad videndum si tu solus plusquam nos omnes vales, idest potes.

- ⁴⁰ O tu, che leggi, udirai nuovo ludo.
Ciascuno dell'(¹)altra costa gl'ochi volse;
Quel primo, ch'a ciò far era più crudo.
- ⁴¹ Lo Navarrese ben suo tempo colse,
Fermò le piante a terra, et in un puncto
Saltò, e dal proposto lor si sciolse.
- ⁴² Di che ciascun di colpa fu compuncto,
Ma più quei(²), che cagion fu del difecto;
Però si mosse e gridò: Tu se' giuncto.
- ⁴³ Ma poco valse; chè l'hali(³) el suspecto(⁴)
Non poter avanzar: quelli(⁵) andò sotto,
E quei(⁶) drizzò, volando, suso el pecto:
- ⁴⁴ Non altrimenti l'anitra di botto,
Quand' il falcon s'appressa, giù s'attuffa,
Et ei ritorna su crucciato et rotto.
- ⁴⁵ Irato Calcabrina della buffa,
Volando dietro gli tenne, invaghito
Che quei campasse, per haver la zuffa.
- ⁴⁶ E come 'l barattier fu disparito,
Così volse gl'artigli al suo compagno,
E fu con lui sopra 'l fosso ghermito.
- ⁴⁷ Ma l'altro fu(⁷) ancor sparvier grifagno
Ad artigliar ben lui, et amendue
Cadder nel mezzo del bollente stagno.

(¹) al. dall' — (²) Allichino. — (³) diaboliche. — (⁴) del Navarrese. — (⁵) Navarrese. — (⁶) Allichino. — (⁷) Allichino.

O tu qui legis, audies novum ludum. Quilibet, idest demonum, ad aliam partem oculos vertit, scilicet ad dilacerandum eum, vel alios: ille [primus], qui ad hoc faciendum erat crudior. Navarriensis bene suum tempus elegit, idest captavit: firmavit planctas in terra, idest in uno puncto, idest momento saltavit et a proposito eorum se subtraxit. Ex qua re quilibet, scilicet eorum, de culpa fuit compunctus; sed ille, scilicet Allichinus, magis, qui causa fuit defectus; ideo se movit et clamavit: Tu es *giontus*, idest superventus: quasi dicens: Tu es captus. Iste ludus dicitur novus, quia nunquam alias fuit descriptus.

Quilibet istorum fuit in culpa: sed Allichinus magis, idest se movit, etc. Et parum ei valuit, idest profuit, quia ale illius non potuerunt suspectum ultra illum prosequi, propter incendium; idest non potuerunt excedere. Ille ivit subtus, idest submersit se; et ille, scilicet Allichinus, direxit, volando, sursum pectus: idest timor plus valuit Ciampolo, quam ale Allichino; quia timor fecit eum velociorem, quam ale demonem portarent. Et hoc sepiissime facit timor multis.

Modo describit rem dictam per comparisonem, dicens: Non aliter anas, statim quando falco se propinquat, infra se, idest in aqua, submergit, et ille, scilicet falco, revertitur sursum iratus, idest turbatus et ructus, idest fessus. Iratus

- ⁴⁰ O tu, qui legis, audies novum ludum.
Quilibet ad aliam ripam oculos vertit;
Ille prius, qui ad hoc faciendum erat crudior.
- ⁴¹ Navariensis bene suum tempus collegit,
Firmavit planctas in terram, et in uno puncto
Saltavit, et a proposito eorum se subtraxit.
- ⁴² Ex qua re quilibet de culpa fuit compunctus,
Sed ille magis, qui causa defectus captus;
Ideo se movit, et clamavit: Tu es superventus.
- ⁴³ Et parum ei valuit; quia ale suspectum
Non potuerunt excedere; ille ivit subtus,
Et ille direxit sursum, volando, pectus:
- ⁴⁴ Non aliter anas statim,
Quando falco se propinquat, infra se submergit,
Et ille revertitur sursum iratus et ructus.
- ⁴⁵ Iratus Calcabrina de buffa,
Volando retro eum tenuit, vagus
Quod ille evaderet, ut haberet pugnam.
- ⁴⁶ Et statim baractarius disparuit,
Sic volvit artiglios ad suum sotium,
Et fuit cum eo supra fossum gremitus.
- ⁴⁷ Sed alter fuit bene ancipiter griffagnus
Ad artigliandum bene eum, et ambo
Ceciderunt in medium bulientis stagni.

Calcabrina de buffa, idest truffa, vel deceptione illa, volando retro eum tenuit, vagus, idest letus, vel cupidus, quod ille, scilicet baractarius, evaderet, ut haberet, scilicet cum Allichino, pugnam. Calcabrina fuit contentus de evasione Ciampoli, ut haberet materiam certandi contra Allichinum.

Et statim, sicut baractarius disparuit, sic volvit *artiglios*, idest pedes uncutos ad sotium suum, idest super foveam illius [et] p[ro]p[ri]um [quod] bulien[t]es; et fuit cum eo super fossum gremitus, quia unus cepit alium cum unguibus: sed alter fuit bene ancipiter, scilicet Allichinus griffagnus, idest rapax ad artigliandum bene eum, idest ad capiendum eum unguibus, uncis, vel unculis; et ambo ceciderunt in medio bulientis stagni.

Griffagnus est quoddam genus aucup[or]um, quod producit mirabiles et optimos versus. Differentia est: aqua stans, stagnum; species metallique, stagnum. Ciampolus est magnus coniator, idest magnus furcifer, seminator discordie, per modum baractarie, inter unum sotium et alium, tali modo. Scilicet, venit unus ad curiam aliquam; invenit unum, cui dicit: Si vis me expedire de tali, vel tali causa, dabo tibi tantum. Ille promittit, tenet istum in verbis, et non observat promissa. Tunc iste vadit ad alium, dicens sicut dixerat primo: Si vis me expedire, dabo tibi tantum.

- ⁴⁸ Lo caldo schermidor subito fue:
Ma però di levarsi era niente,
Sì havien invischiate l'hali sue.
- ⁴⁹ Barbariccia cogl'altri suoi dolente
Quattro ne fe' volar dall'altra costa
Con tutt'i raffi, assai prestamente.
- ⁵⁰ Di qua, di là, discesen a la posta:
Porsen gl'uncini verso l'impaniati,
Ch'eran già cocti dentro da la crosta:
E noi lasciammo lor così impacciati.

Ille promittit, tenet adhuc diutius in verbis, non observans promissa. Tunc iste venit ad tertium, scilicet Ciampolum dicens: Si vis expedire, etc. Tunc iste Ciampolus fit ponere divisionem inter primum et secundum; et licet tertius, scilicet Ciampolus, habeat predicta, sive lucrum, tamen isti duo remanent in pice et verecundia et infamia.

In calorem dimicantes (schermidor calidus) subito fuerunt, idest illi duo dyaboli invicem dimicantes; sed nihilominus ad surgendum nihil erat, idest non poterant: ita habebant inviscatas alas suas, idest implicatas in pice. Hec est causa quare non poterant surgere. Viscus est quasi gumma; cum quo visco capiuntur aves. Bulor statim dividit eos baractarios invicem dimicantes, sicut ira fecerat eos *rixari*, et per consequens ad invicem percurrere et in picem cadere, et tunc unus dimittit alterum: hoc faciunt timentes verecundiam infamie et pene, scilicet ne detegatur scelus eorum. Et quamvis unus odiat alium, tamen non audet *rixari* palam, ne res sciatur; ymo dissimulant amicitiam, si male possunt tegere, sepiissime, quin sciatur aliquo modo; ita quod remanent truffati.

- ⁴⁸ In calorem dimicatores subito fuerunt:
Sed nihilominus ad surgendum nihil erat:
Ita habebant inviscatas alas suas.
- ⁴⁹ Barbariccia cum aliis suis dolens,
Quatuor fecit volare ad aliam costam
Cum omnibus raffis, et satis celeriter
- ⁵⁰ Hinc, inde, ad postam descenderunt:
Porrexerunt uncus versus impaniatis,
Qui erant iam cocti intus in crosta:
Et nos dimisimus eos sic implicatos.

Barbariccia, cum aliis suis dolens, quatuor fecit volare ad aliam costam, idest ripam, cum omnibus raffis, idest uncis; et satis celeriter hinc inde descenderunt ad postam, idest ad locum, unde poterant suis sotiis appropinquare. Porrexerunt uncus versus, scilicet sotios suos, impaniatis, idest in pice implicatos, qui erant iam *cocti*, idest semiausti, intus in crosta, idest copertura picis. Pagina [sive paniones] est quoddam instrumentum ligneum, visco mistum, quo aves capiuntur: et nos dimisimus eos sic impaciatis et implicatos, idest impeditos. *Di ca, di là*: idest ita quod quatuor ex [una parte et quatuor ex] alia parte.

Idest, boni viri et sapientes, pacati, idest homines sapientes, de tali pice non curant, ymo irrident et truffantur de ipsis; et non habent sibi bonum tempus.

Si moraliter queratur, quare expediebat ista sotietas; dic quod unumquemque euntem per mundum, maxime per curias, oportet devenire ad manus talium, quibus dominus mandat quod sotient et faciant quod eatur secure. Notandum quod bona fuit comparatio de lontra, que capitur a piscatoribus cum unco ferreo et cum bona astutia.



Con la grande quantità di demoni, che pone il Poeta nella quinta bolgia più che altrove, e con l'infernale gazzarra che menano nello strazio de' barattieri, noi crediamo che egli abbia voluto farci intendere il distintivo carattere di quegli spiriti malvagi, padri di menzogna e d'inganno, da dieci de' quali viene accompagnato col suo maestro nel cammino. Ed è giusto quanto profondo concetto, se si osservi che parlando di spiriti, i quali intendono ed amano senza vincoli corporei, i rapporti del loro operare sono unicamente d'intelligenza e di volontà; cosicchè a questa potenza solamente tanto il bene quanto il male, che posson fare, si deve riferire. Or che cos'è il deviamiento d'intelligenza in tali spiriti? È errore ed inganno; come il deviamiento di volontà è odio e ferocia: ferocia, che il Poeta mirabilmente ritrae in quel loro diabolico digrignare e letiziarsi del supplizio dei barattieri, ronciogliandoli; mentre Malacoda, loro capo, nel dare istruzioni a Virgilio ed a Dante intorno alla via da tenere, non sa astenersi dall'ingannarli. Da poi ad essi, come ragion di poesia esigea, membra corporee, perchè noi non potremmo altrimenti intenderne l'interiore e spirituale natura.

Pertanto il color nero sta a significare l'animo loro, fatto nero dalla perversità omai immutabile, e che è il contrapposto della candidezza, simbolo dell'originaria innocenza. Imperocchè, a quel modo che il bianco (insegnano i fisici) è l'accolta armoniosa dei raggi luminosi d'ogni colore; così il nero ne è, o la privazione, o meglio, come nel caso delle interferenze, il contrasto; talchè l'effetto dell'uno viene tolto via dall'effetto dell'altro. Il color nero è altresì colore, non di transizione, ma stabile; come stabile, fissa, irrevocabilmente volta al male, è la terribile potenza volitiva dell'angelo ribelle. L'aspetto, infine, di quei demoni è sì fiero e truce, che mette terrore a sol mirarli: per lo che Dante ne prova tanto sgomento che vorrebbe scostarsi dalla lor compagnia; ma non gli è concesso. Le ali tese poi, i piè leggeri, e le anche superbe, simboleggiano la leggerezza e la forza degli angeli, che anche decaduti, serbano dell'originaria loro eccellenza le proprietà naturali, nelle quali restò e continua il vestigio dell'infinito.

Gli uomini veggono ed intendono attraverso le immagini; cioè nel parere, ed in ogni cosa bisogna che comincino dal distinguere ciò che apparisce, da ciò che è: l'angelo, invece, creato

soltanto ad intendere, libero da sensi e da parvenze, nell'essere soltanto trova la sua visione. E però, se talvolta, anzi il più delle volte, l'errore ha in noi origine dalla fantasia, e la volontà disordina sedotta da' sensi; in essi accade il contrario: quindi l'errore e il mal volere sono in noi mutabili; come mutabili sono le apparenze che di continuo nascono e muoiono; dove in essi acquistano fermezza, ostinazione, e diciam pure immutabilità d'intelletto, che li rende qualcosa di spaventevole.

Nessuno mai al mondo saprebbe ritrarre a parole la paurosa terribilità del loro interiore, ove più non splende raggio di bontà, di bellezza, di riordinamento o conversione possibile, come di un'opera eccelsa guasta irreparabilmente: in essi, le vestigia stesse di quel che furono prima della caduta, e di quel che sarebbero diventati tenendosi fedeli al loro Creatore, ne rendono più straziante la vista. Terribilmente pauroso sopra tutto, quell'aspetto, quella volontà malvagia, che con adamantina ostinazione vorrà eternamente essere quel che è nell'odio feroce di Dio, che detesterà eternamente. In verità, chi percorra col Poeta questa bolgia, non può a meno di non impaurirsi di sì malvagie potenze, e non tenersi in guardia dalle astute insidie, per le quali, come sta scritto, lavorano senza posa a renderci partecipi della loro dannazione.

E che sia così, apparisce anche, come notava un profondo filosofo, dall'indebolimento, che spesso avviene, delle nostre forze morali, per il quale siamo trascinati al male, eziandio ripugnanti. Niuna forza propriamente si estingue, nè morale, nè fisica; nè si estingue, nè s'indebolisce, considerata in sé stessa; ma può essere in parte o in tutto impedita da altre forze, nelle quali venga ad impigliarsi e sperdere la sua efficacia. Neanco le forze fisiologiche, o che vogliam dire vitali, diminuiscono quanto a sé, o si estinguono nelle malattie e nella morte; soltanto vengono in tutto o in parte impedita dalle forze chimiche e meccaniche del corpo nostro, sconcertate e prevalenti. E lo stesso è da dire delle più nobili tra le forze create, che sono la nostra intelligenza, la volontà, il libero arbitrio. Quando talvolta ci sembra che in noi si spengano, o quasi, non è così; invece s'incontrano allora in altre forze create, incorporee, e a noi nemiche, nelle quali le forze morali nostre restano intricate. E queste terribili forze, che ci portano un odio di morte, sono gli spiriti infernali.

CAPITULI VICESIMITERTII SUMMARIUM

In capitulo vicesimotertio, quod incipit: *Taciti, soli, sine societate*, auctor ponit aliam iniquitatem baractariorum, que est hec. Quando aliquis fugit de manibus eorum, vel evadit, conantur iterum capere eum cum multis insidiis; ideo insequuntur eum variis modis. Et si homo non esset prudens et discederet ab partibus ubi isti habent posse, periculum ipsis immineret; ideo bonum est elongare se a potestate ipsorum. Preterea, qui cum baractariis cohabitant, propter practicam ipsorum similes fiunt; quia cum sancto sanctus eris, et cum perverso perverteris, etc. Psalmo XVII. Ponit autem auctor hic suum dictum ex ymaginatione, scilicet quod demones infernales habent metas suas, ita quod aliqui possunt tormentare animas in uno loco, et in alio loco non habent potentiam hoc faciendi. Demum in hoc capitulo vicesimotertio auctor ponit penam ypocritarum, que est talis. Ypocrite habent cappas plumbeas, gravissimas, ponderosissimas, de foris deauratas; que cappe habent caputia magna, sicut portant monaci de quadam abbazia, que est in civitate Colonie. Isti ypocrite sunt quasi picti et vadunt circueundo per unam vallem, et vadunt lente propter gravissima pondera capparum. Vadunt plorando, et sunt continue fessi, et vadunt veillata facie, quia trahunt caputia sua ante faciem suam, cooperiendo eam cum dictis

caputiis. Iste incessus istorum bene indicat mores ypocritarum, qui de foris apparent aurum, intus autem sunt de plumbo: idest, fingunt de foris in conspectu hominum se esse bonos et sanctitatem simulant; intus aliter sunt. Incedunt lente, pretendentes maturitatem: nam ypocrisis dicitur ab *ypos*, quod est super, et *crisis*, quod est aurum, quasi super, sive exterius, aurum apparent, ubi interius sunt plumbum. Hic, in loco isto, invenit auctor duos Fratres de Ordine Gaudentium. Unus vocabatur Cathellanus, alter Loderingus: fuerunt bo[n]nien-ses. Hic in hoc loco vidit unum crucifixum in terra distensum. Hic erat Cayphas, qui dixit, quomodo oportebat unum hominem mori pro populo, etc.; super cuius ventrem omnes circumeuntes per val-lonem transibant. Et consimiliter stabat socer suus, scilicet Anna. Et Virgilius mirabatur de tali cruci-fixo, quia nesciebat legem evangelicam. Tunc Virgilius interrogavit istum Fratrem Cathellanum, ypocritam, de via: qui docuit Virgilium viam bene et recte; sed per oppositum de eo quod dyaboli baractarii docuerant. Sed tunc dixit: Ergo male nos docuit dyabolus viam, quando dixit quod ista alia erat via nostra. Respondens Frater Cathellanus, dixit: Audivi a diu predicari in pulpito Bononie, quod semper dyabolus fuit pater mendacii. Et tunc Virgilius et auctor recesserunt ab istis ypocritis.

CAPITULUM VICESIMUMTERTIUM

- ¹ Taciti, soli, e senza compagnia (¹),
N'andavàn l'un dinanzi e l'altro dopo (²),
Com'e Frati Minor vanno per via.
² Volto era in su la favola d'Esopo
Lo mio pensier per la presente rissa,
Dove parlò de la rana e del topo:

(¹) de le diece demonia. — (²) doppo.

Taciti, soli, sinza compagnia, sine sotietate: hoc est capitulum vicesimumtertium huius libri Inferni, in quo tractatur de ypocrisi, que est species fraudis mirabilis: quod dividitur in quatuor partes. In quarum prima auctor describit suum cogitatum super rixa duorum demonum supra tacta.

In secunda, que incipit:

Laggiù trovammo;
Ibi inferius reperimus,

auctor describit penam ypocritarum in generali.

In tertia, que incipit ibi:

Perch'io al duca mio;
Ex quo ego duci meo,

auctor describit in speciali duos spiritus modernos, qui enormiter peccarunt in ypocrisi.

In quarta, que incipit ibi:

Io comenzai, Frati, i vostri mali;
Ego incepi, Fratres, vestra mala,

describuntur aliqui antiqui spiritus, radix et fundamentum ypocrisis qui fuerunt.

Primo igitur, continuando dicta dicendis, volens ostendere, quomodo ipse et Virgilius pervenerunt de quinta bolgia ad sextam, dicit: Taciti, soli, sine sotietate; ad notandum quomodo erant intenti ad novam fictionem, quam erant facturi, meditando et speculando, et speculationem

- ¹ Taciti, soli, sine sotietate,
Ibamus unus ante et alter post,
Sicut Fratres Minores vadunt per viam.
² Voluta erat super fabulam Exopi
Mea cogitatio propter presentem rixam,
Ubi locutus est de rana et de mure:

impedit societas; ideo erant taciti et soli (etiam clamores impediunt); vel soli, qui hucusque habuerunt sodalitium decem demonum, nunc non erant plus sotiati. Ibamus unus ante et alter post, sicut Fratres Minores vadunt per viam; tamen dignior, scilicet Virgilius, ibat ante ad passum.

Nunc volens ostendere quid cogitabant, recedendo a bolgia quinta, scilicet baractariorum, dicit: Voluta erat super fabulam Exopi mea cogitatio propter presentem rixam, idest pugnam, illorum duorum demonum, Alichini et Calcabrini, ubi loquutus est de rana et de mure.

Hic nota, quod quidam poeta et philosophus de Asia, vocatus Exopus, fecit unum librum ad informationem vite civilis et humane, fingendo pulcherrimas fabulas, adeo [quod] Aristotiles facit mentionem de ipso. Inter alias fabulas ponit, quod semel mus voluit transire unum fluvium, et non poterat, quia aqua erat profunda. Rana, videns murem perplexum, ivit ad eum et obtulit se sibi, quia bene scit natare, trasportare eum ultra fluvium. Mus gavisus est et ascendit, se ponens super ranam, et ligavit se filo, ne caderet et periret. Quando rana fuit in aqua profunda, volebat se immergere propter suffocare murem: mus conabatur ad oppositum, et rana nitebatur omnino immergi. Et dum rixarent, milius, volans super, et sic videns murem, descendit et cepit utrumque, tam murem, quam ranam, et devoravit eos.

- ³ Che più non si pareggia mo et issa,
Chè l'un coll'altro fa, se ben s'accoppia,
Principio e fine co' la mente fissa.
⁴ E come l'un pensier da l'altro scoppia,
Così nacque di quello un altro poi,
Che la prima paura mi fe' doppia.
⁵ Io già pensava: Se questi per noi
Sono scherniti, con danno e con beffa
Sì facta, ch'assai credo che lor nò (¹):
⁶ Se l'ira sopra 'l mal voler s'agueffa,
E' ne verranno dietro più crudeli,
Che cane a quella lievre che acceffa.
⁷ Già mi sentia tutti arricciar li peli
Della paura, e stava indietro attento,
Quando dissi: (²) Maestro, se non celi
⁸ Te e me tostamente, io pavento
Di Malebranche; noi gl'haviàn già dietro:
Io gl'ymagino sì, che già gli sento.

(¹) rinesca. — (²) o.

Ista pugna muris et rane fuit simillima rixe facte inter Alichinum et Calcabrinam, et tam in principio quam in fine conveniunt; ita quod Dantes, visa illa rixa duorum demonum, cogitabat de rixa rane et muris, descripta favolose per Exopum, que tantum in se conveniunt, sicut iste due dictiones, *mo* et *issa*.

Nota quod vulgariter reperiuntur aliquae dictiones equivoce, que, licet differant in voce, tamen significant idem; cuiusmodi sunt iste dictiones in vulgari ytalico, scilicet *mo* et *issa*. Quando Ytalici volunt dicere nunc, nunc, dicunt, *mo, mo*, et similiter, *issa, issa*. Ecce quod iste dictiones, *mo* et *issa*, diverse in voce, idem important. Ita fuit de fabula Exopi, et de rixa predicta demonum; ideo dicit textus: Quia plus non parificant se, idest non magis conveniunt, *mo* et *issa*, quorum unum idem cum alio facit, si bene copulantur, sive coniunguntur, principium et finis cum mente fixa.

Mus hic figurat Alichinum; rana figurat Calcabrinam, qui venit post, fingens se velle iuvare Alichinum ad capiendum Ciampolum, qui fecit rixam; sed milius est Barbaricia, qui cepit predam et predavit sub pice, idest ivit ad cameram Barbaricie: nam isti tres simul figurant tres baractarios existentes in una curia alicuius magni domini. Veniet unus pauper homo, querens aliquod officium. Veniet iste, sicut Ciampolus, ad unum, scilicet ad Alichinum, dicens: Procura michi tali officium, et ego dabo tibi tantum. Et dat. Ille recipit, et tenet eum in verbis, nec observat promissum. Iste Ciampolus, videns se deceptum, vadit ad Calcabrinam, et facit similiter; a quo recipit similiter. Videns se deceptum Ciampolus, conqueritur de duobus. Unus eorum pugnat cum reliquo: Calcabrina ponit se in medio, et decipit illos duos, et capit ipse Ciampolum. Illi duo remanent *impaginati*, idest involuti in pice, idest diffamati.

- ³ Quia plus non parificant se mo et issa,
Quorum unum cum alio facit, si bene copulatur
Principium et finem cum mente fixa.
⁴ Et sicut una cogitatio ex altera pullulat,
Ita orta fuit ex illa una altera postea,
Que primum timorem michi fecit duplum.
⁵ Ego cogitabam sic: Isti pro nobis
Sunt delusi, cum dampno et verecundia,
Et tali, quod ego credo quod eis displiceat:
⁶ Si ira super malo velle applicatur,
Ipsi venient super nos crudeliores,
Quam canis versus illum leporem quem ipse acceffat.
⁷ Iam michi sentiebam omnes erigi pilos
Ex timore, et stabam retro intentus,
Quando dixi: Magister, si non celas
⁸ Te et me cito, ego habeo pavorem
De malis branchis; nos habemus iam eos retro:
Ego ymaginor ita, quod iam illos sentio.

Sed facta comparatione rixe duorum demonum ad fabulam Exopi, nascitur nova cogitatio in mente Dantis, et etiam Virgilii, modo quo dicetur. Ex rixa predicta cogitaverunt, nempe: Isti diaboli, a quibus discessimus, iam remanserunt in tanta briga propter nos, quia volumus audire illum Ciampolum. Videntes se delusos a Ciampolo, et nostri causa; ipsi sunt mali, ex natura saltem pessima voluntatis, isti diaboli, quia odiunt homines; demum, super eorum malam voluntatem evenit ira, quam habent causa nostri, tam de evasione Ciampoli, quam de rixa et coctura; quia illi, scilicet Alichinus et Calcabrina, erant semicocti in pice; ipsi venient post nos et facient, si poterunt, multa mala. Maxime isti duo sunt plurimi temendi. Sequitur in textu.

Et sicut una ymaginatio ex alia pullulat, idest oritur, vel nascitur; ita orta fuit ex illa cogitatione scilicet, una altera postea, que primum timorem michi fecit duplum. Ego cogitabam sic: Isti, scilicet demones, sunt delusi cum dampno et verecundia, et tali, quod ego credo quod eis displiceat. Si ira, idest odium, malo velle, idest male voluntati, applicatur, idest adiungitur, ipsi venient retro nos, crudeliores, idest magis crudeles, quam canis versus illum leporem quem ipse *acceffat*, idest ore prendit. Nota, quod ira est appetitus vindicte, vel accensio sanguinis circa cor. *S'accoppia*: idest duplatur. *Scoppia*: idest pullulat. *Schirriti*: idest delusi. *Beffa*: idest truffa. *S'agueffa*: idest applicatur. Quando ira applicatur male voluntati, *acceffa*, idest ore capit.

Iam michi sentiebam omnes *arricciare*, idest erigi, pilos ex timore, et stabam retro attentus, quando dixi: Magister, si tu non celas te et me cito, ego habeo pavorem de malis branchis: nos habemus iam eos retro: ego ymaginor ita, quod iam illos sentio. Propter timorem ymaginatum

- 9 Et ei: S'io fussi d'impionbato vetro,
L'ymagine di fuor tua non trarrei
Più tosto a me, che quella d'entro impetro.
- 10 Pur mo veniano e tuoi pensier fra'miei
Con simil acto e con simile faccia,
Sì che d'intrambi un sol consiglio fei.
- 11 Se gl'è che sì la dextra costa giaccia,
Che noi possiam nell'altra bolgia scendere,
Noi fuggirem l'ymaginata caccia.
- 12 Già non compì di tal consiglio rendere
Ch'ì li vidi venir coll'hale tese,
Non molto lungi⁽¹⁾, per volerne prendere.
- 13 Lo duca mio subito allor mi prese,
Come la madre ch'al romor è desta,
Che vede presso a sè le fiamme accese,
- 14 Che prende 'l figlio e fugge senza resta,
Havendo più di lui che di sè cura,
Tanto che solo una camicia vesta:
- 9 Et ille: Si esset de implumbato vitro
Imago extra tua, non traherem
Magis cito ad me, quam illam intra impetro.
- 10 Iam veniebant tue cogitationes intra meas
Cum simili actu et cum simili facie,
Ita quod de ambobus nobis unum solum consilium
[feci.]
- 11 Si sic est quod sic dextra costa iaceat,
Quod nos possimus in aliam bolgiam descendere,
Nos fugiemus ymaginatam fugam.
- 12 Iam non complevit ille consilium reddere,
Quod ego vidi eos venire cum alis tensis,
Non multum a longe, ut nos apprehenderent.
- 13 Dux meus cito me apprehendit,
Sicut mater que ad rumorem est excitata,
Et videt prope se flammam accensas,
- 14 Que apprehendit filium et fugit et se non firmat,
Habendo magis de illo quam de se curam,
In tantum quod solum unam camisiam vestiat:

(1) a noi.

pili eriguntur timentis et rigescunt, quia ymaginatio aliquando facit casum.

Bona est comparatio canis, primo, mordentis leporem, quem non cepit, seu tenuit; ideo canis ipsum insequitur iratus. Sicut canis nullam recipit offensam a lepore, quem mordet, tamen per odium naturale ipsum irate insequitur; sic baractarius insequitur pauperem insontem.

Et ille: Si essem de plumbato vitro, ymaginem tuam extra non trahere[m] magis cito ad me, quam illam intra impetro. Aliqui dicunt, et male: Si esses, scilicet, tu Dantes, de plumbato vitro. Oppositum intendit auctor; scilicet: Si ego Virgilius essem de plumbato vitro (plumbatum vitrum, idest speculum, quia speculum est vitrum, cui retro ponitur plumbum). Nam si Virgilius esset speculum, et ante ipsum staret Dantes, numquid ymago Dantis representaretur in ipso Virgilio? Certe, ita. Quasi dicat Virgilius: Ego scio quidquid tu cogitas. *Impetro*, idest comprehendo.

Iam deveniebant cogitationes tue intra meas; idest cogitatus tui concurrebant cum meis consimili actu et consimili facie, ita quod *d'intrambi*, idest de ambobus nobis, unum solum consilium feci; idest unum remedium deliberavi.

Si sic est, quod taliter dextra costa, idest ripa, iaceat, prout illi demones nobis dixerunt, quod nos possumus in aliam bolgiam descendere, nos fugiemus ymaginatam cacciam, idest fugam, sive periculum, idest persecutionem horum, quam tu et ego ymaginati sumus.

Iam non complevit tale consilium reddere, scilicet Virgilius, quod ego eos vidi venire cum alis tensis non multum a longe, ut nos apprehenderent.

Ista fictio vult docere in effectu, quomodo, postquam homo est licentiatu a domino, et vadit per viam suam, adhuc baractarii querunt revendere expeditionem factam et reducere expeditionem ad baractariam. Audi quid accidebat Aurelio Alexandro, imperatori Romanorum, qui fuit iustissimus. Habebat odio baractarios ultra omnes homines mundi. Hic habebat unum suum consiliarium, nomine Curinum. Iste Curinus erat valde gratus imperatori, et tamen turpissime decipiebat ipsum imperatorem, quia ipse sciebat omnia consilia imperatoris et omnes determinationes. Iste volebat lucrari, et tenebat tales modos. Scito quod imperator volebat facere talem vel talem gratiam illi vel alteri, vel liberare illum vel istum, faciebat ipsum vocari ad se occulte, et dicebat sibi: Quid dares uni, qui faceret tibi fieri talem gratiam? Ille respondebat: Tantum. Tunc dicebat Curinus: Vade occulte, et porta michi tantum, et habebis gratiam expeditam. Et ille rediens, portabat pecuniam, et dabat eam Curino; et sic gratiam iam factam ab imperatore, iste vendebat. Mores istius devenerunt ad notitiam imperatoris, qui diu stetit antequam crederet istas baractarias committi per Curinum. Sed, habita veritate, fecit eum capi et poni in una cavea in platea, et faciebat fieri magnum fumum subtus per totam unam diem, et prece stabat ibi, clamans tota die, et dicebat: Fumus pereat, qui fumum vendidit. Et sic turpiter mortuus est. Fumus ille fiebat de feno, stricte ligato et balneato.

Iam sequitur remedium Virgilii, ubi dicitur: Dux meus cito me apprehendit, sicut mater, que ad rumorem est excitata, *desta*, et videt prope se flammam accensas. Idest: quando in domo, tempore dormitionis, et dormiente bona matrefamilias, et accenditur ignis, et ipsa mater excitatur a sompno, videns ignem accensum, antequam induat se unam

- 15 E giù del collo de la ripa dura
Suppin si diede a la pendente roccia,
Che l'un de' lati a l'altra bolgia tura.
- 16 Non corse mai sì tosto acqua per doccia
A volger ruota di molin terragno,
Quand'ella più verso le pale aproccia⁽¹⁾,
- 17 Come 'l maestro mio per quel vivagno,
Portandosene me sopra 'l suo petto,
Come suo figlo, e non come compagno.
- 18 A piè⁽²⁾ furo i piè suoi giunti al letto
Del fondo giù, ch'ei giunser in sul colle
Sovr'esso noi: ma non gl'era sospetto;
- 19 Chè l'alta Providentia che lor volle
Poner ministri della fossa quin[c]ta,
Poter dipartirsi indi a tutti tolle.
- 20 Laggiù trovammo una gente dipincta,
Ch'andava⁽³⁾ intorno assai con lenti passi
Piangendo, e nel sembiante stanca e vincta.
- 21 Elli havean cappe con cappucci bassi
Dinanzi agl'ochi, facti ne la tagla⁽⁴⁾
Che in Colonia⁽⁵⁾ pe' monaci fassi⁽⁶⁾:
- 15 Et a colle ripe dure
Supinum se dedit ad pendentem rocciam,
Que unum laterum alteri bolgie claudit.
- 16 Non cucurrit unquam ita cito aqua per docciam
Ad volvendum rotam molendini terrestres,
Quando ipsa plus versus palatam appropinquat,
- 17 Sicut meus magister per illud vivagnum,
Portando me secum supra suum pectus,
Tamquam suum filium, non tamquam sotium.
- 18 Vix pedes sui pervenerant ad lectum
Fundi inferioris, quod ipsi fuerunt supra collem
Supra nos: sed ibi non erat suspicio;
- 19 Quia alta Providentia que eos voluit
Ponere ministros fosse quinte,
Posse recedere inde omnibus subtrahit.
- 20 Ibi inferius reperimus unam gentem depictam,
Que ibat circum satis cum lenti passibus
Plangendo, et in apparentia fessam et victam.
- 21 Ipsi habebant cappas cum caputis demissis
Ante oculos, factas ad similitudinem illarum
Que per monacos in Colonia fiunt:

(1) s'appressa. — (2) al. a pena. — (3) al. che giva. — (4) al. a quella tagla. — (5) città de Lamagna. — (6) dove portan gran cappucci.

solam interulam, sive camisiam, accipit filium, portans eum ut liberet. Que, mater scilicet, apprehendit filium, et fugit, habendo magis de illo quam de se curam, idest sollicitudinem, ut liberet filium suum ab igne, in tantum quod solum, vel solam, unam camisiam vestiat, subaudi se. Sic fecit Virgilius de Dante, et a colle ripe dure supinum se dedit, idest descendendo a summitate ad ynum, ad pendentem rocciam, idest rupem, que unum laterum, sive unum de lateribus, alteri bolgie claudit.

Non cucurrit unquam ita cito aqua, idest ita velociter, per docciam, idest canale (instrumentum ligneum est, per quod aqua, velocissime currendo, descendit) ad volvendum rotam molendini terrestres, idest terreni, quando ipsa plus versus pallatam, idest reparaculum ligneum, quod fit ad retraendum aquam, appropinquat. Molendina, que sunt in terra, et habent magnum descensum aque, velocius voluntur quam molendina, que sunt in medio fluviorum, in navibus fundata. Sic magister meus per illud vivagnum, idest vivaneum, idest decursum montis, vel ripe, portando me secum super suum pectus, tamquam suum filium, non tamquam sotium.

Vix pedes sui pervenerant ad lectum fundi inferioris, quod ipsi fuerant super collem super nos; sed ibi non erat suspicio. Et causa est, quoniam alta Providentia, que eos voluit ponere ministros fosse quinte, posse recedere inde

omnibus subtrahit; idest, ipsi non poterant exire terminos suos, qui sunt solum in quinta bolgia. Sic baractarii non possunt ledere, nec derubare, nec depauperare, aut decipere, nisi illos, qui ad eorum manus vadunt, vel ad suas curias.

Laggiù. Ibi inferius: ista est secunda pars huius capituli, in qua auctor describit in generali penam ypocritarum, quam talem fingit esse. Isti ypocrite vadunt per sextam vallem, sive Malibolgiam; vadunt et moventur tardissime, paullatim, propter pondus grave, quod portant. Nam habent cappas quasi monacales, idest factas ad instar capparum monachorum et ad formam: que cappe sunt facte de plumbo; sunt tamen de foris deaurate, ita quod quasi, propter colorem aureum, oculos videntium perturbant. Et qualitas capparum videtur esse ad formam capparum monachorum de Colonia. Et iste cappe habent maxima caputia: cooperiunt oculos istorum ypocritarum, qui vadunt, semper plorando, plane, plane. Quasi non videntur moveri propter tardum motum.

Ista est pena bene conveniens ypocritis. Sic isti ypocrite portant cappas et vestes despectas, idest non pulchre nec conte apparentie. Finguntur iste cappe valde esse graves, de plumbo, quia semper ypocrite portant salmam super se, idest conscientiam honoratam. Bene sciunt ipsi qualis est vita ipsorum: talis conscientia gravior est plumbo.

- 22 Di fuor dorate son, sì che gl'abbaglia;
Ma dentro pionbo tutto, e grave tanto,
Che Federigo⁽¹⁾ le mectea⁽²⁾ di pagla⁽³⁾.
23 O in eterno faticoso manto!
Noi ci volgemo ancor pur a man manca⁽⁴⁾
Con loro insieme, intenti al tristo pianto;
24 Ma per lo peso quella gente stanca
Venìa sì pian, che noi eravan nuovi
Di compagnia ad ogni muover d'anca⁽⁵⁾.
25 Perch'io al duca mio: Fa' che tu trovi
Alcun, che'l facto⁽⁶⁾ e'l nome sì cognosca,
E gl'ochi tuoi andando intorno muovi.
26 Et un che 'ntese la parola toska,
Dirieto a noi gridò: Tenete e piedi,
Voi, che correte sì per l'aere fosca:
27 Forse ch'havrai da me quel che tu chiedi.
Onde'l duca si volse⁽⁷⁾, e disse⁽⁸⁾: Aspetta,
E poi secondo 'l suo passo procedi⁽⁹⁾.
- 22 *Extra deaurate sunt, ita quod eos offuscat;
Sed intus omnes de plumbo, et graves tantum,
Quod Fredericus eas mictibat de paleis.*
23 *O in eternum faticose mante!*
*Nos vertimus nos adhuc pur ad manum sinistram
Cum eis simul, intenti ad tristem planctum;*
24 *Sed propter pondus illa gens fessa
Veniebat ita plane, quod nos eramus novi
De sotietate ad omnem motum cruris.*
25 *Ex quo ego duci meo: Facias quod tu reperias
Aliquem, qui factum et nomen cognoscat,
Et oculos sic eundo circum moveas.*
26 *Et unus qui intellexit loquelam tuscam,
Retro nos clamavit: Teneatis pedes,
Vos, qui curritis sic per aierem obscurum:*
27 *Forte quod habebis a me illud quod tu queris.
Unde dux se volvit, et dixit: Expecta,
Et postmodum secundum suum passum procedas.*

⁽¹⁾ Imperator. — ⁽²⁾ a dannati. — ⁽³⁾ a rispetto di quelle. — ⁽⁴⁾ sinistra. — ⁽⁵⁾ di passo. — ⁽⁶⁾ l'opere sue. — ⁽⁷⁾ a me. — ⁽⁸⁾ a me. — ⁽⁹⁾ va.

Ista gens est picta et deaurata, quia solum in apparentia, et non existentia, stat vita ypocritarum. Et dicitur ypocrisis ab *ypos*, quod est super, et *crisis*, quod est aurum, quasi res super deaurata, quia ypocrite intus sunt mali, et exteri[us] apparent boni. Solum in superficie est eorum bonitas, et tamen gloria ypocrite est ad instar puncti. Vadunt semper lacrymantes, ut appareant devoti et lugere peccata hominum. Procurant habere faciem lividam, ut appareant abstinentes, ieiunantes et facientes penitentiam. Fingunt cilicium et circulos ferreos, ut appareant macerare corpus suum. Tenent caputia in oculis, ne oculi eorum videant vanitates. Vadunt plane, induti de plumbo, ut appareant graves.

Nota quod in partibus Alamanie inferioribus est una solempnis civitas super Renum, pulcherrimum fluvium Alamanie, in qua sunt tres reges, idest corpora trium Magorum, qui venerunt ad adorandum Christum cum muneribus. In hac civitate sunt aliqui monaci, qui portant cappas magnas, deformes, ita quod magis apparent sacci quam cappe. Ad harum formam sunt iste cappe ypocritarum, quas portant hic in Inferno.

Nota etiam quod Fredericus secundus, qui fuit rex Sicilie et imperator, erat crudelis homo valde, et fuit valde rigidus punitor; cui fuit fortuna valde sinistra: qui reperit omnes amicos suos fore et converti in inimicos, quibus dedit magnas penas. Filium suum fecit mori in carceribus; Petrum de Vineis obcecavit: et inter alias penas, quas dabat culpabilibus in prodizione, faciebat fieri cappas de plumbo foderatas, et postea fundi aquam bulientem super, ita quod simul et semel fundebatur plumbum et caro puniti. Dicit quod ille cappe, quas faciebat fieri imperator Frede-

ricus, erant leves respectu istarum, quas ferunt hic ypocrite: quia ille affligebant pro una hora, vel duabus, aut tribus, et non nisi corpus; sed iste affligunt eternaliter et animas. Nunc ad textum.

Ibi inferius reperimus unam gentem depictam, que ibat circum, satis cum lentis passibus, plangendo, et in apparentia fessam et victam. Ipsi habebant cappas cum caputis dimissis ante oculos, factas ad similitudinem illarum, que per monacos in Colonia fiunt. Extra, idest foris, deaurate sunt, ita quod eos offuscat; idest illa deauratio impedit, vel conturbat oculos: sed intus omnes de plumbo et graves tantum, quod Fredericus eas mictibat de paleis, idest respectu istarum.

Nunc exclamat auctor: O in eternum faticose mante (vocativi casus)! idest, o laboriose mantelle! Nos vertimus nos adhuc, *pur*, ad manum sinistram cum eis simul, intenti ad tristem planctum. O in eternum faticose! Idest, vos ypocrite, habentes pro vobis ipsis tale mantellum. Ad tristem planctum; quia apud Evangelium, Matthei sexto, ypocrite sunt tristes. Sed propter pondus, illa gens fessa veniebat ita plane, quod eramus novi de sotietate ad omnem motum cruris, idest ad omnem passum; quia antequam illi facerent unum passum, Dantes faciebat septem.

Perché io al duca mio. Ex quo ego duci meo: ista est tertia pars huius capituli, in qua describuntur duo moderni spiritus. Notandum est hic, quod tempore Bonifacii octavi surrexerunt quidam bene divites et nobiles viri, qui plus diligebant otium quam exercitium, et fuerunt de Regio et de Mutina, civitatibus Lombardie et de Bononia,

- 28 Ristecti, et vidi due mostrar gran frecta,
Nell'acto del lor viso, d'esser meco;
Ma tardavali el carco e la via stretta.
29 Quando fur giuncti, assai coll'occhio bieco
Mi rimiravan senza far parola:
Poi si volseno a sè⁽¹⁾, e dicean seco:
30 Questi⁽²⁾ par vivo all'acto de la gola⁽³⁾:
E se son morti, per qual privilegio
Vanno scoperti de la grave stola?⁽⁴⁾
31 Poi disse a me: O Tosco, ch'al collegio
Dell'ypocriti tristi se' venuto,
Dir chi tu se' non haver in dispregio.
- 28 *Restiti, et vidi duos monstrare grandem festinantiam
Animi, cum visu, esse mecum,
Sed retardabat eos onus et via stricta.*
29 *Quando fuerunt ad me, satis cum oculo obliquo
Me rexpexerunt sine aliquo verbo,
Postea verterunt se ad invicem, et dicebant secum:*
30 *Iste apparet vivus ad actum gule:
Et si sunt mortui, ex quali privilegio
Vadunt discooperiti de gravi stola?*
31 *Postea dixerunt ad me: O Tusce, qui ad collegium
Ypocritarum miserorum venisti,
Dicis quis es tu, nec habeas nos in displicentiam.*

⁽¹⁾ al. in sè. — ⁽²⁾ al. costui. — ⁽³⁾ per lo spirare. — ⁽⁴⁾ del piombo.

qui volebant se occupare in servitio Dei et auxilio pupillorum et viduarum. Et aliqui eorum iverunt Romam ad papam Bonifacium, et petierunt ab ipso aliquem ordinem ad bene serviendum Deo. Qui bene perpendit, quod isti gaudebant otio: dedit eis, ut possent bene vivere in otio sancte contemplationis. Tunc papa concessit quod non ferrent arma, nec occuparentur in artibus nec in officiis, sed haberent curam de pupillis et viduis, et alios dedit articulos. Isti redierunt et edificaverunt monasteria, et maxime in Bononia: inter quos Fratres erant duo bononienses, quorum unus vocabatur Frater Cathellanus de Cathellanis, alter Frater Loderingus *degli Andalò*, et reputabantur inter alios excellentiores. Et quia isti gaudebant et habebant optimam [vitam], homines incepterunt hoc videre, et imposuerunt nomen eis iuxta vitam ipsorum, et vocaverunt eos Fratres Gaudentes; licet nomen quod habuerunt, scilicet ordinem eis a papa Bonifacio datum, esset quod dicebantur devoti et filii Virginis Marie. Isti duo Fratres fuerunt requisiti a Florentinis, quod deberent ire Florentiam ad morandum, ut sedarent partialitates magnas, que erant in Florentia. Tunc enim temporis, ex quo rex Manfredus, filius Frederici secundi, qui erat rex Sicilie, prope Beneventum fuit victus et interfectus a Karolo primo, omnes Gebellini de Ytalia male valuerunt et in Tuscia maxime. Guelfi, qui diu fuerant expulsi de Florentia, voverunt redire, et, mediante dicto Karolo rege, erant multum potentes; et quia iste partes erat in Florentia, Florentini miserunt pro istis duobus Fratribus Gaudentibus, sive devotis Beate Marie Virginis, ut venirent Florentiam, et ibi morarentur ad sedandum partialitates pro bona pace populi et pro bono statu civitatis. Interdum isti venerunt Florentiam, steterunt ibi; Guelfi intraverunt Florentiam, et cum peximis provisionibus istorum Fratrum Gaudentium, scilicet Cathellani et Loderingi, Gebellini fuerunt expulsi de Florentia; et remanserunt multe domus vacue in Florentia, et etiam multe fuerunt destructe, et maxime in Gadingo (Gadingum est una contrata, ubi est ecclesia Sancti Petri in Schiragio, ubi erat domus illorum de Ubertis, qui erat caput partis gebelline): ita quod duo Fratres non

fuerunt causa pacis populi Florentie, vel boni status, sed oppositum evenit. Nunc ad textum.

Dantes habebat voluntatem, inter istos cappatos noscere aliquem; ideo rogabat Virgilium de huiusmodi re. Ex quo ego duci meo, scilicet dixi: Facias quod tu reperias aliquem, qui factum et nomen cognoscat, et oculos sic eundo circummoveas. Et unus, qui intellexit loquelam tuscam, retro nos clamavit: Teneatis pedem, idest firmetis vos, vos qui curritis sic per aierem obscurum. Forte (quia ypocrita semper loquitur in dubio, ut videatur nunquam velle mentiri), forte quod habebis a me illud quod queris. Unde dux se volvit et dixit: Expecta, et postmodum secundum suum passum procedas.

Iste fuit Frater Cathellanus, qui fuerat officialis in Florentia, ita quod poterat bene informare auctorem de conditionibus Florentie, et quia cum sua ypocrisi fuerat magna causa destructionis civitatis florentine.

Restiti, idest firmus steti, et vidi duos, monstrantes grandem *frectam*, idest festinantiam, animi, cum visu, esse mecum; sed retardabat eos onus et via stricta.

Quando fuerunt, idest pervenerunt, ad me, satis cum oculo *bieco*, idest obliquo, me rexpexerunt, sine aliquo verbo, supple dicto. Postea verterunt se ad invicem et dicebant secum: Iste apparet vivus ad actum gule. Dicit auctor: Eram vivus, et non mortuus in tali vitio ypocrisis; ideo loquutus sum audacter. Ad actum gule, respirandi scilicet. Et si sunt mortui, ex quali privilegio vadunt discooperiti de gravi stola? Quasi dicant: Quare non habent cappam? idest, quare non sunt etiam ypocrite, si volunt conversari inter ypocritas? Hoc dixerunt, ut commoverent Dantem ad loquendum.

Postea dixerunt ad me: O Tusce, qui ad collegium ypocritarum miserorum venisti, dicis quis tu es, nec habeas nos in displicentiam. Quasi dicat: Bene videmus, quod tu non es ypocrita: non displiceat tibi loqui nobis, licet simus ypocrite.

- 32 Et io allor: Io fui nato e cresciuto
Sopra'l bel fiume d'Arno a la gran villa⁽¹⁾,
E son col corpo ch' i' ho sempre havuto.
- 33 Ma voi chi sete, a cui tanto distilla,
Quant' io veggio, dolor su per le guance,
E che pena è in voi che sì sfavilla?
- 34 E l'un⁽²⁾ rispose: O me! le cappe rancie⁽³⁾
Son di piombo⁽⁴⁾ sì grosse, che li pesi
Fan così cigolar le lor bilance⁽⁵⁾.
- 35 Frati Gaudenti fummo, e Bolognesi⁽⁶⁾,
Io Catelano⁽⁷⁾ e questi⁽⁸⁾ Loderingo
Nomati⁽⁹⁾, e da tua terra⁽¹⁰⁾ insieme presi,
- 36 Come suol esser tolto un huom solingo⁽¹¹⁾
Per conservar sua pace⁽¹²⁾, e fummo tali,
Ch' ancor si par dintorno dal Guardingo⁽¹³⁾.
- 37 Io cominciai: O Frati, e vostri mali...
Ma più non dissi⁽¹⁴⁾: ch' i' agl' occhi⁽¹⁵⁾
Un, crocifisso in terra con tre palis.^[m'occorse]
- 32 Et ego ad eos: Ego fui natus et adultus
Supra pulchrum flumen Arni in grandi villa,
Et sum cum corpore quod semper habui.
- 33 Sed vos qui estis, quibus tantus distillat,
Quantum ego video, dolor infra per genas,
Et que pena est in vobis que sic vos sfavillat?
- 34 Et unus respondit ad me: Cappe rancie
Sunt de plumbo ita grosse, quod pondera
Faciunt ita cicolare eorum bilantias.
- 35 Fratres Gaudentes fuimus, et Bononienses,
Ego Cathellanus et ipse Loderingus
Nominati, et ab una terra simul assumpti,
- 36 Sicut solet assumi unus homo solitarius
Pro conservanda sua pace, et fuimus tales,
Quod adhuc apparet circum Gardingum.
- 37 Ego incepti: Fratres, vestra mala...
Sed plus non dixi: quia ante oculos michi occurrit
Unus, crucifixus in terra cum tribus palis.

(1) città di Firenze. — (2) di loro. — (3) gialle d'oro di fori. — (4) dentro. — (5) noi che le portiamo. — (6) chiamati cavalieri della Vergine Maria. — (7) chiamato. — (8) altro. — (9) chiamati. — (10) Fiorenza. — (11) solitario e di buona vita. — (12) di Firenze. — (13) contrada di Firenze. — (14) che le predette parole. — (15) perchè. — (16) miei.

Et ego ad eos: Ego sum natus et adultus super pulchrum flumen Arni, in grandi villa (hic loquitur auctor more Gallicorum, qui vocant civitates, villas): ego nunquam fui ypocrita, et sum cum corpore quod semper habui. Sed vos qui estis, quibus tantum distillat, quantum ego video, dolor infra per genas; et que pena est in vobis, que sic vos sfavillat, idest cruciat? Quia perpendebat auctor per actus exteriores, quod isti erant valde onerati, et ibant sicut unus sub nimio et inepto pondere totus tremens. Videntur disiungi. Et quis cogitaret quod isti, qui videntur sancti, sint adeo penati?

Et unus respondit michi: Cappe rance, rubiginatæ, alias deauratæ, sunt de plumbo, ita grosse, quod pondera faciunt ita cicolare, idest sonare, eorum bilantias, idest lances. Loquitur hic auctor per similitudinem. Bilantie, idest lances, sunt instrumentum ad ponderandum, et quando habent pondus ex una parte maius quam in alia, oportet quod illa pars, in qua est maius pondus, descendat, et descendendo causatur sonus, qui dicitur cicolare: sic tremebant membra istorum ypocritarum sub istis cappis.

Fratres Gaudentes fuimus, et bononienses, ego Cathellanus et iste Loderingus nominati, et ab una terra simul assumpti, sicut solet assumi, idest vocari, unus homo solingus, idest solitarius, idest prudens, pro conservanda sua pace; et fuimus tales, quod adhuc apparet circum Gardingum.

Dictum est quod Gardingum est locus in Florentia, ubi est palatium Comunitatis. Isti quo Fratres reputabantur boni, et unus eorum, antequam intraret talem Religionem, erat Gebellinus, et alter Guelfus. Credebatur quod isti pacificarent populum Florentie, divisum per partes guelfam et gebellinam; et ipsi non fuerunt causa pacis, ymo divisionis maxime, quia Guelfi intraverunt Florentiam et expulerunt omnes Gebellinos; et domus Gebellinorum fuerunt destructe, que erant in Gardingum, idest ubi nunc est palatium Priorum et Capitanei atque Executoris, prope ecclesiam Sancti Petri in Scheragio.

Ego incepti: ista est quarta pars huius capituli, in qua describuntur aliqui antiqui spiritus, qui fuerunt causa et radix ypocrisis, et in qua auctor, tamquam indignatus de malis operibus istorum, loquitur quasi suspensive, dicens: O Fratres, vestra mala, idest supplicia.... sed plus non dixi, quia ante oculos occurrit michi unus, crucifixus in terra cum tribus palis.

Nota quod tempore mortis Domini Nostri Iesu Christi, divisus erat summus pontificatus, sive divisum erat summum sacerdotium, et tunc erant pontifices duo, scilicet Cayphas et Anna: unus socer alterius, et alter gener alterius; et istorum duorum quilibet ministrabat anno suo, scilicet unus uno anno, et alter alio. Illo anno, quo Christus crucifixus fuit, princeps sacerdotum erat Cayphas, qui in consilio dixit de Christo: Expedi nobis ut unus moriatur homo pro populo, et non tota gens pereat. Qui dixit

- 38 Quando mi vide⁽¹⁾, tutto si distorse,
Soffiando ne la barba⁽²⁾ con sospiri;
E'l Frate⁽³⁾ Catelan, ch'a ciò si accorse,
- 39 Mi disse: Quel conficto⁽⁴⁾, che tu miri,
Consigliò e Farisei⁽⁵⁾ che convenia
Un huomo⁽⁶⁾ por pel popolo a' martiri⁽⁷⁾.
- 40 Attraversato e nudo⁽⁸⁾ è ne la via,
Come tu vedi, et è mestier che senta
Qualunque⁽⁹⁾ passa come pesa pria:
- 41 Et a tal modo el socero suo⁽¹⁰⁾ stenta
In questa fossa⁽¹¹⁾, e gl'altri del Concilio⁽¹²⁾
Che fu per li Giudei mala sementa⁽¹³⁾.
- 42 Allor vid'io maraviglar Virgilio⁽¹⁴⁾
Sopra colui⁽¹⁵⁾ ch'era steso⁽¹⁶⁾ in croce
Tanto vilmente nell'eterno esilio⁽¹⁷⁾.
- 43 Poscia drizzò al Frate⁽¹⁸⁾ cotal voce:
Non vi dispiaccia, se vi lece⁽¹⁹⁾, direi
S'alla man dextra giace alcuna foce,
- 44 Onde noi amendue possiamo uscirci
Senza costringer degl'angeli neri⁽²⁰⁾,
Che vegnon d'esto fondo a dipartirci.
- 38 Quando me vidit, totum se distorsit,
Sufflando in barbam suam cum suspiriis:
Et Frater ille Cathellanus, qui de hoc perpendit,
- 39 Michi dixit: Ille confictus, quem tu respicis,
Consuluit Phariseis, quomodo conveniebat
Ponere unum hominem pro populo ad martyria.
- 40 Transversus et nudus est in via,
Sicut tu vides, et est necesse quod sentiat
Quemcumque transit sicut ponderat prius:
- 41 Et tali modo socer eius stentat
In ista fovea, et alii de Consilio
Qui fuerunt pro Iudeis malum semen.
- 42 Tunc vidi ego admirari Virgilium
Super illo qui erat extensus in cruce
Tantum viliter in eterno exilio.
- 43 Postea direxit ad Fratrem talem vocem:
Non vobis displiceat, si vobis licet, dicere nobis,
Si ad manum dexteram iacet aliqua faux,
- 44 Unde nos ambo possimus hinc exire
Sine cogere de angelis nigris,
Quod veniant ab isto fundo nos ad extrahendum.

(1) quel crocifisso. — (2) sua. — (3) al. o Frate. — (4) Cayphas. — (5) Iohannis XII cap. — (6) Chrysto Jesu. — (7) de la croce. — (8) al. e nud'è. — (9) di noi. — (10) Anna. — (11) sexta. — (12) de' Giudei. — (13) per la loro destructione. — (14) la ragione. — (15) Cayphas. — (16) disteso. — (17) dell'inferno. — (18) Catelano. — (19) se v'è lecito. — (20) de' diavoli.

verum, scilicet quod necesse erat, quod Christus moreretur pro salute humani generis, ne tota gens periret et iret ad Infernum. Sed non dixit Cayphas illa verba ad talem intentionem, sed ad ordinandum mortem Iesu Christi, et velut summus ypocrita talia dixit. Sub specie pietatis et sub pelle ovina, habebat rapacitatem lupinam; quia solum propter invidiam et avaritiam talia dixit, odiendo Christum. Modo iste Cayphas stat in terra, in cruce confixus, cum tribus palis, confodientibus ipsum in terra, sicut Christus fuit cruci affixus cum tribus clavis; et omnes ypocrite, euntes per talem viam, transibant super istum crucifixum. Et similiter suus socer stat tempore suo. Consilium quod dedit Cayphas, fuit malum semen pro Iudeis, quia propter scelus commissum in Christum civitas Hierusalem fuit destructa, et Iudei fuerunt, et adhuc sunt, per Dei gratiam, dispersi per mundum.

Quando me vidit, totum se distorsit, sufflando in barbam suam cum suspiriis, supple dolorosis; quia Dantes erat christianus, et ille Iudeus, et etiam, Dantes, sine pena, quia non fuit ypocrita.

Et Frater ille Cathellanus, qui de hoc perpendit, michi dixit: Ille confictus, quem tu respicis, consuluit Phariseis, quomodo conveniebat, idest expediebat, ponere unum hominem ad martyria.

Transversus et nudus est in via, sicut tu vides, et necesse est quod sentiat quemcumque, qui transit, sicut, idest quomodo, ponderat prius: ad denotandum quod ypocrisis istius Cayphe, fuit fundamentum omnium ypocritarum, quia suo colore boni finis et bone intentionis iudicavit Christum ad mortem; ubi tamen quidquid dixit, affatus est propter invidiam, etc. Et sic fuit causa destructionis civitatis Hierusalem; quam destructionem optime descripsit Iosephus et Ieronimus.

Et tali modo socer eius stentat, idest tormentatur, in ista fovea, et alii de Consilio, qui fuerunt pro Iudeis malum semen.

Tunc ego vidi admirari Virgilium, idest admirabiliter intueri illum, scilicet Caypham, sic crucifixum. Quia maxima pars malorum, que evenerunt in mundo, evenit propter ypocrisim; ideo mirabatur Virgilium.

Nunc facit bonam fictionem auctor, loquens sicut quis solet loqui ad ypocritas: Si licet vobis, etc. Postea direxit ad Fratrem talem vocem: Non vobis displiceat, si vobis licet, dicere nobis, si ad manum dexteram iacet aliqua faux, unde nos ambo possimus hinc exire sine cogere de angelis nigris, quod veniant ab isto fundo nos ad extrahendum.

- 45 Rispose adunque ⁽¹⁾: Più che tu non speri
S'appressa un saxo, che da la gran cerchia
Si muove, e varca tucti e vallon fieri,
46 Salvo che questo rocto, e nol coverchia:
Montar potrete su per la ruina,
Che giace in costa, e nel fondo soperchia.
47 Lo duca stette um poco a testa china,
Poi disse: Mal cantava la bisogna
Colui ch'è peccatori di qua uncina.
48 E 'l Frate ⁽²⁾: Già dir udii a Bologna
Del diavol vitii assai, tra quali udii
Che gl'è bugiardo, e padre di menzogna.
49 Appresso 'l duc' a gran passi sen gii
Turbat'um poco d'ira nel sembiante:
Ond'io dagl'incarcerati ⁽³⁾ mi partii,
Dietro a le poste ⁽⁴⁾ de le care piante ⁽⁵⁾.
- 45 Respondit ergo: Plusquam credas
Appropinquat unum saxum, quod a magno circulo
Se movit, et transit omnes vallones feros,
46 Excepto quam istud ruptum, et non cooperit id:
Ascendere poteritis sursum per istam ruinam,
Que iacet in costa, et fundum superat.
47 Dux stetit aliquantulum capite demisso,
Postea dixit: Male narrabat opportunitatem
Ille qui peccatores ab illa parte aduncat.
48 Et Frater: Ego audivi iam dici Bononie
De dyabolo vitia multa, inter que audivi
Quod ipse est mendax, et pater mendacii.
49 Post hoc dux magnis passibus [recessit],
Turbatus aliquantulum ex ira in aspectu:
Unde ego ab oneratis me removi,
Retro vestigia cararum plantarum.

(¹) Frate Catelano. — (²) Catelano disse. — (³) ipocriti. — (⁴) pedate. — (⁵) di Virgilio.

Respondit, scilicet Frater Cathellanus, ergo: Plusquam credas, appropinquat unum saxum, quod a magno circulo se movet, et transit omnes vallones feros, idest feroces, excepto quam istud ruptum, et non cooperit eum. Ascendere poteritis sursum per istam ruinam, que iacet in costa, idest pendet, et fundum superat, idest supereminet.

Incipit Frater Cathellanus a longe, dicens: *Da la gran cerchia*, a magno circulo, ubi incipiunt arcus pontium, supple, est una fractura, sive ruptura; et inter omnia loca, iste arcus sextus est valde disruptus et fractus, licet alii pontes non sint disrupti: idest a principio pontium est istud magnum saxum, quod transit omnes vallones, preter istud, idest spatium, quod faciebat hic in hoc loco pontem; et hic est disruptum, sive fractum: non tamen adeo quin possitis transire per ruinam, idest per rupturam. Idest: licet non possitis ire leviter, sicut ivistis per alios pontes, quia hic est fractus; tamen per ruinam cum aliquali labore bene poteritis transire, quia ista ruina stat sicut una costa elevata, sicut unus pons disruptus. Et tamen Malacoda dixerat, quod non erat possibile quod transirent quam hunc passum; et in hoc fuit mentitus.

Audiens hoc Virgilius, indignatus fuit de mendacio Malacode, et tunc dixit: Ergo mendacium fuit nobis dictum. Dux stetit sicut illi, quibus fuit via male ostensa et cum periculo; et aliquantulum capite demisso, postea dixit: Male narrabat opportunitatem, *la bisogna*, idest opportunitatem, ille qui peccatores uncinat, idest Malacoda.

Auctor facit quod Frater Cathellanus dicit veritatem, et ultra hoc bona verba. Et Frater, scilicet ait: Ego audivi iam dici, Bononie, de dyabolo vitia multa, inter que audivi, quod ipse est mendax et pater mendacii. Hoc fingit hic auctor, ut innuat, quomodo, licet ypocrite sint causa magnorum malorum, tamen faciunt aliquod bonum, quia predicant veritatem, dant bona consilia. Ideo dicebat Christus de ypocritis: Que dicunt vobis, facite; secundum opera illorum nolite facere.

Post hec dux passibus magnis recessit (quia nimis astutim iverant cum illis ypocritis; ideo oportebat tempus supplere, fortiter eundo), turbatus aliquantulum ex ira in aspectu: unde ego ab oneratis me removi, idest recessi, retro, idest post, vestigia cararum plantarum, idest Virgilii.

L' IPOCRISIA

Due speciali pene, notevolissime, pone l'Alighieri nel suo Inferno, quella di Giuda, e quella di Anna e Caifa, con tutti i componenti il Sinedrio di Gerusalemme, quasi un'eccezione fatta appositamente per essi. E furono, per verità, le anime più nere che ricordi la storia del genere umano, o che potranno essere in appresso, avendo essi direttamente, e con piena consapevolezza dell'iniquità che commettevano, mandato a morte il Figliuolo di Dio.

In questo il Poeta, più forse che in tutti gli altri suoi mirabilissimi concepimenti, fu l'interprete vero della coscienza del genere umano, che in lui si rivelò; e seppe trovare tali immagini ad esprimere quella punizione, che, letala, non ti riesce più dimenticaria. Fu perversità così abbominevole quella dei sopradetti scellerati, che avrà la riprovazione di tutto l'uman genere, finchè ombra d'incivilimento cristiano resti sopra la terra. Ed essi stessi, que' ribaldi, la sentirono tanto vivamente, che fu lor bisogno di nasconderla a sè medesimi e ad altrui, cercando un pretesto qualsifosse ad effettuare i loro perversi disegni, coprendoli d'ipocrisia. Ma da ultimo, per legge di Provvidenza, il delitto resta nudo, e allora diventa insopportabile.

Difatti, quando Giuda, cessata la foga della passione che lo dominava, si vide dinanzi il tradimento commesso, più non resse a mirar sè medesimo, e disperato s'appiccava. Ma lasciamo Giuda, di cui ci accaderà parlare dove dalla giustizia divina è confinato, e fermiamoci a Caifasso, che qui il Poeta ricorda.

Giace egli, secondo che dall'Alighieri è ritratto, crocifisso in terra con tre pali, ed

... è mestier che senta

Qualunque passa come pesa pria,

cioè qualunque ipocrita, o meglio, il peso di tutta l'ipocrisia che è, che fu, che sarà, finchè duri la presente vita. Sconta così le ipocrite parole, contro e sopra l'intendimento suo fatte profetiche,

... che convenia

Porre un uom per lo popolo a' martiri.

Egli voleva dire che con la morte di Cristo l'ebrea nazione riacquisterebbe l'antica grandezza, e invece n'ebbe la distruzione di Gerusalemme, la perdita della nazionalità, schiavitù e disperimento su tutte le parti del globo; ma ben da quella morte riceverono redenzione e vita tutte le rimanenti nazioni. Ci par notevole quel che il Poeta avverte, che cioè, alla vista di lui, Caifasso

... tutto si distorse,
Soffiando nella barba co' sospiri;

forse per esserglisi risvegliata, a quella vista, più viva che mai la memoria del commesso delitto.

Da ciò torna facile intendere, perchè Cristo, con parole che non mai le più accese, fulminasse la setta farisaica e mettesse in guardia il mondo dal fermento della sua corruzione; la quale mentre apparisce potenza di vita, è morte. Vita non è, nè può essere che la verità, e la verità è Cristo.

Il contrasto della più raffinata ipocrisia con la serena verità che le sta di contro, non apparve mai così solenne come nell'interrogatorio fatto da quell'invasato a Gesù e nella risposta che ne riceveva. L'animo suo feroce e la coscienza che spaventosamente lo combatteva, si manifestano dagl'incomposti modi della persona e dal furore con cui, rizzatosi in piedi, domandava al Figliuolo di Dio: « Or non rispondi tu niente alle testimonianze che stanno contro di te? Io ti scongiuro nel nome di Dio vivo, che tu ci dica, se sei il Cristo, il vero suo Figliuolo? » A cui Gesù: « Sì, io sono: anzi vi dico che vedrete il Figliuolo dell'uomo sedere alla destra della virtù di Dio, e venir sopra le nuvole del cielo. » Queste parole lo conquistarono, e dalla rabbia, come forsennato, si lacerava le vestimenta! Per verità, la sua figura, come quella di Giuda e di Anna, mette terrore, ed è impossibile non vedere l'invasione che Satana aveva fatto delle loro anime, tramutandoli come in tre demoni! E il Poeta trovava la pena che a tanta nequizia corrispondesse!





CAPITULI VICESIMIQUARTI SUMMARIUM

In capitulo vicesimoquarto, quod incipit: *In illa parte iunioris anni*, dat Virgilius unum solemne documentum: scilicet quod non sufficit, ad merendum honorem et laudem, evasisse unum periculum; quia nec una operatio virtuosa facit hominem felicem, sicut nec una yrundo est sufficiens signum veris: sed oportet quod operationes virtuose continuentur, et oportet hominem esse sollicitum ad benefaciendum; quia non dormiendo in lecto et pigritando acquiritur bona fama, sed sollicite et virtuose operando. Demum auctor incipit describere penam furium et latronum, et sic in isto capitulo punitur latrocinium. Pena latronum talis est. Ista vallis est plena serpentibus variarum specierum. Nec in Libia, ubi sunt chelidri (species serpentum est), iaculi, pharee, amphisibene (sunt species serpentum), reperiuntur tot serpentes et tantarum specierum, sicut sunt hic in hac octava Malibolgia. Nec in Ethiopia etiam sunt tot serpentes, sicut sunt hic per hanc vallem. Inter serpentes currebant anime latronum, cum manibus ligatis a tergo cum serpentibus, et serpentes immictebant caudas super renes illarum animarum. Unus serpens tunc saltavit super collum unius, et momordit eum in collo, et subito hec anima conversa fuit in cinerem, et subito reversa est ad pristinam formam; sicut fit de fenice, que in spacio quingentorum annorum sic renovatur. Hec anima fuit anima cuiusdam viri expurii, nomine Vannis Fucci de Pistorio, qui fecit magna furta in sacristia ecclesie cathedralis civitatis Pistorii. Hec pena, scilicet stare cum serpentibus, et cum ipsis ligari et ab ipsis affligi, est propria pena conveniens furibus et latronibus; quia latrones et fures sunt valde astuti in considerando horas, nocturnales maxime, etiam diurnales, in quibus possint ire ad furandum absque hoc quod videantur, [et] modos per quos possunt

furari. Sic serpentes sunt astutissima animalia. Dicitur Genesis secundo capitulo: Sed et serpens calidior cunctis animantibus. Serpens dicitur, quia serpendo intrat per fixuras; ita latrones intrant per foramina et vias subterraneas. Serpens oditur ab omnibus, adeo ut quisque fugiat eum et libenter percutiat; ita fur et latro oditur ab omnibus. Serpens fundit venenum, sicut fures et latrones fundunt suspiciones, faciendo furta, et odia; quia propter furta, quando latent, plures habentur suspecti, fiunt iudicia etiam falsa, funditur infamia de multis, et aliquando puniuntur et suspenduntur hii qui nullum habuerunt defectum; et sic seminantur scandala. Et sicut contra serpentem omnes homines naturaliter clamant, sic contra fures et latrones, quando deteguntur, omnes clamant: Cape, cape; capiantur, capiantur; suspendantur, etc. Serpentes semper querunt latibula; sic fures et latrones querunt latere et invisibiliter ire de noctu, horis inconsuetis, per vias inusitatas. Sed notandum est, quod multe sunt species latronum. Quarum prima, et que punitur in isto capitulo, est quando fur, vel latro, non habet a natura quod sit fur, sicut accidit de alia specie, de qua infra dicitur; nec etiam talis fur, aut latro, habet ab usu et consuetudine ut furetur, sicut accidit de alia specie, de qua etiam dicitur; sed talis fur, vel latro, qui ad furandum non inclinatur a natura, nec a consuetudine furari, videns aliquando magnam habilitatem recipiendi aliquid magni valoris, accipit et furatur illud. Et ecce factus est serpens; quia serpens est ille subitus stimulus, sive illa temptatio, unde movetur ad furandum. Facto illo furto, talis latro, vel fur, non plus furatur; ideo de serpente iterum fit homo, scilicet cessans a latrocinio: ideo renovatur sicut fenix, ut predictum est, sicut evenit de isto Vanni Fucci de Pistorio.

CAPITULUM VICESIMUMQUARTUM

1 In quella parte del giovinetto anno,
Che 'l sol i crin sotto l'Aquario temprà,
E già le nocti a mezzo 'l dì sen vanno;
3 Quando la brina in su la terra sempra
L'ymagine di sua sorella (1) bianca,
Ma poco basta a la sua penna temprà;

(1) neve.

In illa parte iuvenuli anni. E'n quella parte del giovenecto anno: istud est vicesimumquartum capitulum huius Inferni, in quo auctor tractat de septima specie fraudis, scilicet de latrocinio, sive de furto; quod capitulum dividitur in quatuor partes. In quarum prima describit dispositionem Virgilii et recessum a sexta bolgia. In secunda dat Virgilius bonum consilium auctori et bona verba; que incipit ibi:

Omai convien che tu [te] spoltre;
Admodum oportet quod tu te spoltres.

In tertia, que incipit ibi:

Nui descendemmo;
Nos descendimus,

ponitur in generali pena latronum.

In quarta, que incipit ibi:

Ed ecco ad un che;
Et ecce ad unum, qui erat,

describitur in speciali de pena latronum, ponendo unum spiritum modernum, scilicet Vannem Fucci de Pistorio.

In prima parte ponit auctor dispositionem Virgilii per quamdam comparisonem, que est talis. In mense iuvenuli anni, scilicet de mense ianuarii, aliquando descendit pruina, que est nivi similis et quasi soror nivis; et in tali mense sol est in Aquario, quando noctes incipiunt decre- scere: tamen pruina modicum durat, quia, oriente sole,

1 In illa parte iuvenuli anni,
In qua sol crines sub Aquario temperat,
Et iam noctes ad meridiem vadunt;
3 Quando pruina super terram exemplatur
Imaginem sue sororis albe,
Sed parum durat sue penne moderamen;

subito pruina liquefit. Rusticus pauper, qui non habet nisi aliquas paucas oves, videns terram et campaniam albam, ac si descendisset nix, percussit sibi crus, et revertitur domum mestus, nesciens quid faciat aut debeat facere. Post modicum redit extra domum, et iam videt terram discoper- tam, quia pruina est liquefacta: assumit spem, videndo mundum facie mutatum in modico spatio temporis, et ac- ciptens virgam, extra oviculas ad pascua ducit. Ita Dantes, videns Virgilium turbatum, fuit scandalizatus, sicut rusti- cus videns pruina. Sed postea, quando vidit tam placabi- liter eum ad se loquentem et se tractantem, fuit consolatus, sicut rusticus, videns mundum faciem mutasse, liquefacta pruina.

Dicit hic auctor: In illa parte iuvenuli anni. Vocat hic auctor annum iuvenulum, principium mensis ianuarii, in quo ianuario sol est in Aquario, in quo sol crines sub Aquario temperat, et iam noctes ad meridiem, scilicet versus, vadunt, quando pruina super terram exemplat, idest exemplificat, ymaginem sue sororis albe, scilicet nivis; sed parum durat sue penne moderamen, scilicet quia pruina cito liquefit. Rusticus, cui *rauba*, idest rerum copia, defi- cit, vel cui victualia incipiunt deficere, surgit, scilicet de lecto, valde mane, et respicit et videt campaniam, idest terram latam, albefieri totam; unde ipse sibi percussit crus, redit domum, et hinc illinc languet, idest conqueritur intra se, sicut mestus, qui nescit id quod faciat, idest quod fa- cere debeat: postmodum redit, idest vadit extra domum, et spem reassumit, videndo mundum permutasse faciem in

3 Lo villanello, a cui la robba manca,
Si leva e guarda, e vede la campagna
Biancheggiar tutta, ond'ei si batte l'anca:
4 Ritorna in casa, e qua e là si lagna,
Come 'l tapin che non sa che si faccia;
Poi riede (1), e la speranza el rincavagna,
5 Veggendo 'l mondo (2) haver cangiata (3)
In poco d'hora, e prende suo vincastro,
E fuor le pecorelle a pascere caccia:
6 Così mi fece sbigottir lo mastro (4),
Quando li vidi sì turbar la fronte,
E così tosto al mal giunse l'impiaistro:
7 Chè come noi venimmo al guasto ponte,
Lo duc'a me si volse con quel piglo
Dolce, ch'io vidi prima a piè del ponte.
8 Le braccia aperse, doppio alcun consiglio
Ellecto (5) seco, riguardando prima
Ben la ruina, e diedemi di piglo.
9 E come quei che adopera e stima,
Che sempre par che 'nnanzi si proveggia;
Così, levando me su ver la cima
10 D'un ro[n]chion, avvisò un'altra scheggia,
Dicendo: Sopra quella poi t'aggrappa;
Ma tempta prima, se è tal che ti reggia.

(1) ritorna fuori. — (2) al. vedendol. — (3) cambiata. — (4) Virgilio — (5) al. electo, et melius.

pauca hora, et apprehendit suum vincastrum, idest suam virgam, et extra, scilicet domum, oviculas ad pascendum mictit, idest conducit. Ita me fecit pavere magister, quando ego vidi sibi turbare frontem; et ita cito, malo, idest tur- bationi, supervenit emplastrum, idest cito reassumpsi spem bonam. Vult dicere auctor, quod, sicut rusticus tur- batur videndo pruina, sed postea, liquefacta pruina, le- tatur; ita magister meus, turbatus propter verba mendosa Malacode, sive mendacia, fuit causa quod ego fui scan- dalizatus: sed statim letatus est magister, et ego reas- sumpsi bonam spem et fui letatus. *Crines solis*: scilicet radii eius. *A mezzodi*: ad meridiem, idest versus equino- ctium. Pruina dicitur soror albe nivis ratione materie, quia eadem est, licet aliquantulum subtilior; ratione forme etiam, quia utraque est alba: tamen non plus durat pruina, oriente sole, nisi quantum moderatura penne. Methapho- rica loquutio est. Copia deficit rustico, quando non habet paleas, aut fenum, pro ovibus. *Ringavagna*: idest recu- perat. Terram vidit mutatam facie, quia iam apparebat vi- ridis in pascuis, ubi prius apparebat alba propter pruina.

Quia sicut, idest statim, nos venimus ad destructum pontem, dux ad me se vertit, idest convertit, cum illo

3 Rusticus, cui rauba deficit,
Surgit et respicit, et videt campaniam
Albefieri totam, unde ipse sibi percussit crus:
4 Redit domum, et hinc illinc languet,
Sicut mestus qui nescit id quod faciat;
Postmodum redit, et spem reassumit,
5 Videndo mundum permutasse faciem
In pauca hora, et prendit suum vincastrum,
Et extra oviculas ad pascendum mictit:
6 Ita me fecit pavere magister,
Quando ego vidi sibi turbare faciem,
Et ita cito malo supervenit emplastrum:
7 Quia sicut nos venimus ad destructum pontem,
Dux ad me se vertit cum illo aspectu
Dulci, quem vidi prius ad pedem montis.
8 Brachia aperuit, et post aliquale consilium
Electum secum, respiciendo prius
Bene ruinam, et exinde cepit me.
9 Et sicut ille qui operatur et existimat,
Quod semper apparet quod ante sibi provideat;
Sic, levando me sursum versus summitatem
10 Unius runchi, ymaginabatur de uno alio apice,
Dicendo: Super illo postea te aggrappes;
Sed tenta prius, si est talis quod te regat.

aspectu dulci, scilicet benigno, quem vidi prius ad pedem montis, idest apud montem. Brachia aperuit, idest ut me elevaret, et post aliquale consilium, idest deliberationem, electum solum, respiciendo prius bene ruinam, et deinde cepit me. Modo dicit auctor, quomodo Virgilius extraxit eum de ista bolgia. Et hoc est verum, scilicet hystoria; quia pons erat destructus: sed moraliter vult dicere, quod est magnus labor exire bolgiam istam, quia isti, scilicet tales ypocrite, decipiunt etiam sapientes.

Et sicut ille, qui operatur et existimat, quod semper ap- paret quod ante, scilicet tempus, sibi provideat; sic levando me sursum versus summitatem unius runchi, idest scopuli, ymaginabatur, idest cogitabat, de uno alio apice, dicendo: Super illo te aggrappes, idest applices; sed tenta prius si est talis quod te regat. Idest Virgilius, sicut vir astutus et cautus, qui semper respicit finem, ita me levando ad cimam, idest apicem, d'uno ronchione, idest unius saxi, idest ostendebat aliud frustum saxi, ad quod debebat se applicare. Et antequam commictas te, tenta utrum sit ita forte, quod te sustineat.

- 11 Non v'era via da vestito di cappa⁽¹⁾,
Chè noi a pena, ei lieve⁽²⁾ et io spincto⁽³⁾,
Potevàn su montar di chiappa in chiappa.
- 12 E se non fusse, che da quel precincto,
Più che da l'altro, era la costa corta,
Non so di lui⁽⁴⁾, ma io sarei ben vincto.
- 13 Ma perchè Malebolge in su la porta
Del bassissimo pozzo tucta pende,
Lo sito di ciascuna valle porta:
- 14 Chè l'una costa surge e l'altra scende:
Noi pur venimmo al fine in sulla puncta
Dove l'ultima costa si scoscende.
- 15 La lena m'era del polmon sì muncta
Quando fui su, ch'io non potea più oltre,
Anzi m'assisi ne la prima giuncta.
- 16 Omai convien che ben così ti spoltre,
Disse'l Maestro, chè, giacendo in piuma,
In fama non si vien, nè socto coltre:
- 17 Senza la qual chi sua vita consuma,
Cotal vestigio di sè'n terra⁽⁵⁾ lascia,
Qual fumo in aer o in acqua la schiuma:
- 18 E però leva su, vince l'ambascia
Coll'animo che vince ogni bactaglia,
Se col suo grave corpo non s'accascia.
- 11 *Non erat via pro vestito de cappa,*
Quia nos vix, ipse levis et ego impulsus,
Poteramus sursum ascendere de apice in apicem.
- 12 *Et si non fuisset, quod ab illo precinctu,*
Magis quam ab alio, erat costa curta,
Nescio de eo, sed bene ego fuisset victus.
- 13 *Sed quia Malibolgia versus portam*
Infimissimi puthei tota pendet,
Situm cuiuslibet vallis portat:
- 14 *Quia una costa surgit et alia descendit:*
Nos pervenimus finaliter super punctam
Unde ultima petra discoscenditur.
- 15 *Anhelitus pulmonis michi erat ita munctus*
Quando fui superius, quod ego non poteram ulterius,
Ymo posui me ad sedendum in primo adventu.
- 16 *Ammodo convenit quod tu sic te expoltres,*
Dixit magister, quia, sedendo in pluma,
Ad famam non devenitur, nec sub cultra:
- 17 *Sine qua qui suam vitam consumit,*
Tale vestigium in terra de se relinquit,
Quale fumus in aere et in aqua spuma:
- 18 *Et ideo surge, vince ambasciam*
[Cum animo qui vincit omnem pugnam],
Si cum gravi corpore se non accasciat.

(¹) ypocrita sopradecto. — (²) Virgilio. — (³) da lui. — (⁴) Virgilio. — (⁵) al. in terra di sè.

Non erat illa via pro vestito de cappa: idest pro ypocritis cum cappis plumbeis, quia nos vix, ipse levis et ego impulsus (ipse levis, sic nota rationem; ego impulsus, sic nota sensualitatem), poteramus sursum ascendere de c[hi]appa in c[hi]appam; idest de apice in apicem; sicut, si homo iret super tectum unius domus de tegula in tegulam, ubi esset periculum cadendi et collum frangendi. Modo vult ostendere quid eum iuvit, dicens de brevitate loci et itineris.

Et si non fuisset, quod ab illo precinctu, idest ab illo scopulo, magis quam ab alio, erat costa, idest ripa, curta, vel ascensus brevis; nescio, scilicet dicere, de eo, sed ego fuisset bene victus, idest non potuissem ascendere. Pro hoc notatur quod difficile est cavere ab ypocritis.

Sed quia Malibolgia, versus portam infimissimi puthei, idest Inferni, totaliter pendet, idest clivis est, situm cuiuslibet vallis, portat; idest situi cuiuslibet vallis facit viam. Pendet, scilicet versus centrum. Que valles semper sunt breviores superioribus, quia una costa, idest ripa, ascendit, et alia descendit; quia prima est altior quam secunda, et secunda altior tertia; et sic de aliis.

Nos, pur, idest omnino, venimus finaliter super punctam, idest ad extremitatem huius pontis fracti, vel ad termi-

num. Anhelitus pulmonis ita erat michi munctus, idest ego eram adeo fessus, quando fui superius, quod ego non poteram ulterius, idest ire, ymo posui me ad sedendum in prima giunta, idest in primo adventu; idest, statim sicut perveni illuc, scilicet ad introitum alterius Malibolgie.

Modo Virgilius, ad animandum Dantem ad perficiendum iter, quasi cum risu dicit: *Ammodo te oportet*: hec est secunda pars huius capituli, in qua datur bonum documentum auctori a Virgilio. Ammodo oportet quod tu sic te expoltres: idest exeas de poledro, idest de conditionibus poledri. Poledrus, in ytalico ydiomate, est equus vel mulus vel asinus, iuvenis, indomitus, qui de se est piger, non assuetus portare pondus. Vult dicere Virgilius auctori: Ammodo oportet te esse sollicitum, non pigrum, virilem et valentem, dixit magister, quia sedendo in pluma, ad famam non devenitur, nec sub cultra. Idest, pigritando, non acquiritur fama; sine qua, scilicet fama, qui suam vitam consumit, tale vestigium in terra de se relinquit, quale fumus in aere et in aqua spuma. Laboriosum est iter ad virtutes; et ideo surge, vince ambasciam, idest anxietatem, cum animo, scilicet virili et nobili, qui vincit omne bellum, battaglia, si cum suo gravi corpore se non accasciat, idest si non applicat, vel aggravat, vel non permittit se attrahi.

Nota quod famam quisque appetit homo sapiens, et ma-

- 19 Più lunga scala convien che si sagla;
Non basta da costor esser partito:
Se tu m'intendi, fa'si che ti vagla.
- 20 Leva' mi allor, mostrandomi fornito
Meglo di lena ch'io non mi sentia;
E dissi: Va', ch'io son forte et ardito.
- 21 Su per lo scoglio prendemmo la via
Ch'era ronchioso, stretto e malegevole,
E cieco più assai che quel di pria.
- 22 Parland'andavo per non parer fievole,
Quand'una voce uscì dell'altro fosso,
Che parole formò disconvenevole.
- 23 Non so che disse, ancor che sovra'l dosso
Fuss'io dell'arco già che varca quivi;
Ma chi parlava da ira pareva mosso.
- 24 Io era volto in giù; ma gl'ochi vivi
Non potean ir al fondo per lo scuro:
Perch'io: (¹) Maestro, fa' che tu arrivi
- 25 Dall'altro cinghio, e dismantiamo'l muro;
Chè, com'io odo, quinci e non intendo,
Così giù veggio e niente affiguro.
- 26 Altra risposta, disse, non ti rendo,
Se non el far; chè la domanda honesta
Si de'seguir coll'opera tacendo.
- 19 *Longiores scale convenit quod ascendantur;*
Non sufficit ab istis discessisse:
Si me intelligis, or facias sic quod tibi prosit.
- 20 *Surrexi tunc, monstrando me fulcitum*
Melius de lena quam me sentiebam;
Et dixi: Vade, quia ego sum fortis et audax.
- 21 *Super scopulum cepimus viam,*
Qui erat runcosus, strictus et difficilis,
Et altus satis plusquam ille primus.
- 22 *Loquendo ibam ut non apparerem debilis,*
Et una vox exivit de alio fossato,
Ad verba formandum inepta.
- 23 *Nescio quid dixit, quam[vis] super dorso*
Essem arcus iam qui transit ibi;
Sed ille qui loquebatur videbatur ab ira commotus.
- 24 *Ego eram versus partem ymam; sed oculi vivi*
Non poterant ire ad fundum propter obscurum:
Ex quo ego: Magister, facias quod tu devenias
- 25 *Ad alium circum, et descendamus murum;*
Quia, sicut audio hinc et nihil intelligo,
Ita infra video et nihil percipio.
- 26 *Aliud responsum tibi non reddo*
Ni facere; quia petitio honesta
Debet exequi cum opere tacendo.

(¹) o.

xime poeta. Nunquam fuit qui esset avidus fame, quin oportuerit eum se disponere ad magnos labores, quales fuerunt labores Cesaris, quales Catonis, quales Annibalis. Piger homo et vilis, qualia vestigia dimittit post se? qualia fumus in aere, qui subito evanescit: sic vilis homo resolvitur in nihil. Dicit Elius Spartianus: Ille michi satis vixisse videtur, qui cur vixerit, scit reddere rationem. Ecce quod satis videtur vixisse. Non debet homo vivere, ut consumat menses, sed ut per menses et in mensibus bene agat. Nam animus hominis, nedum vincit anxietatem corporalem, sed etiam vincit celum, idest constellationes.

Longiores scale convenit, idest oportet, quod ascendantur; non sufficit ab istis discessisse; idest, vidisti ea que vidisti usque nunc; sed alia notabilia restant videnda: si tu me intelligis, or facias sic quod tibi prosit, idest proficiat, hoc quod tibi dico.

Surrexi tunc, monstrando me fulcitum melius de lena, idest anhelitu, quam me sentiebam; idest, ostendi me esse fortiosem et habiliosem ad ascendendum quam in veritate essem; et dixi: Vade, quia ego sum fortis et audax.

Super scopulum fecimus viam; qui erat runcosus, idest saxosus, strictus et difficilis, et altus satis plusquam ille primus.

Loquendo ibam, ut non apparerem, idest viderer, debilis; et una vox exivit de alio fossato, ad verba formandum disconvenevolus, idest inepta. Vox ista, ita turpis, fuit vox unius magni latronis, scilicet Vannis Fucci de Pistorio, qui blasphemabat Deum et Sanctos vite eterne.

Nescio quid dixit, quam[vis] super dorso, idest summitate, essem arcus, qui transit ibi, idest qui dat transitum; sed ille, qui loquebatur, videbatur, idest apparebat, ab ira commotus.

Ego eram versus partem ymam; sed oculi vivi non poterant ire ad fundum, propter obscurum. Hoc fingit auctor, quia in illa bolgia puniuntur latrones, sive fures, qui semper furantur et latrocinium committunt in obscuro, in nocte, et occulte: ideo non poterant videri. Ideo dixit: Ex quo ego: Magister, facias quod tu devenias ad alium circum, et descendamus murum; quia, sicut audio hinc et nihil intelligo, ita infra video, et nihil percipio. Ideo oportebat ire cominus, idest propinquius. Volens ostendere Virgilius, quod petitio iusta est exaudienda, dixit: Aliud responsum non reddo tibi, ni facere; idest fiat: quia petitio honesta debet exequi cum opere, tacendo.

- 27 Poi discendemmo el ponte da la testa,
Dove si giugne coll'octava ripa,
E poi mi fu la bolgia manifesta:
28 E vidiv'entro terribile stipa⁽¹⁾
Di serpenti, e di sì diversa mena⁽²⁾,
Che la memoria e'l sangue ancor mi scipa⁽³⁾.
29 Più non si vanti Libia⁽⁴⁾ con sua rena⁽⁵⁾,
Con suoi⁽⁶⁾ chelydri, iacule e pharee
Produce, e centri con amphisibena.
30 Non tante pestilentie nè si ree
Mostrò giamai con tutta l'Etyopia,
Nè con ciò che di sopra l'mar Rosso⁽⁷⁾ èe.
31 Tra questa cruda e tristissima copia⁽⁸⁾
Correvan genti nude e spaventate,
Senza sperar pertugio⁽⁹⁾ o elytropia⁽¹⁰⁾.
32 Con serpi le man dietro havean legate:
Quelle ficcavan per le ren⁽¹¹⁾ la coda
E'l capo, et eran dinanzi aggroppate.

(1) moltitudine. — (2) spetie. — (3) al. stipa, i. serra d'orrore. — (4) Affrica. — (5) deserto arenoso. — (6) al. che sè, et melius. — (7) in Yndia. — (8) di serpenti. — (9) latibulo. — (10) pietra che fa l'uomo invisibile. — (11) reni loro.

Nos descendimus pontem: ista est tertia pars huius capituli, in qua describitur pena latronum et furum; que est hec. Latrones, seu fures, stant in ista septima valle, plena serpentibus, semper ipsos mordentibus sic et taliter, quod, propter venenum, efficiuntur cinis. Merito serpentes puniunt tales latrones; quia, sicut serpens est astutissimum animal, sic fur est astutus in captando tempus et modum furandi et locum. Serpens dicitur a serpendo, quia intrat per fixuras; ita latro intrat per foramina et loca subterranea. Serpens est odiosus omnibus adeo, ut quisque fugiat eum, et quilibet eum libenter percutit; ita, quando fur detegitur, omnes clamant: Cape, cape, eum: *A[l]latro, a[l]latro*. Scribitur quod Alexander adeo odiebat latrones, quod, quando ducebatur coram eo fur, propriis manibus volebat Alexander sibi eruere oculos et evellere.

Nos descendimus pontem a capite, idest a principio, ubi coniungitur cum octava ripa, et postea michi fuit bolgia manifesta; et vidi ibi intus terribilem stipam, idest caveam, sive multitudinem, serpentium, et tam diverse qualitatis, idest diversorum generum, sive diversarum specierum, quod memoria et sanguis adhuc stipantur, idest affliguntur, sive conturbantur, recordando.

Dicit auctor terribilem stipam in stiis stant cappones; sed in ista stant serpentes. Dicit etiam: Arena Libie nihil est per respectum, in qua est maxima copia serpentum (Libia est in Africa, in Barbaria, ad meridiem).

Amplius non gloriatur Libia cum sua arena; quia si, scilicet ipsa, chelidros, iaculos et phareas producit, et centros, cum amphisibenis. Idest illi, qui descriperunt serpentes in Libia (sicut fecit Lucanus in suo nono libro), non iacent se de tali descriptione, quia ista descriptio mea est longe

- 27 *Nos descendimus pontem a capite,*
Ubi coniungitur cum octava ripa,
Et postea fuit michi bolgia manifesta:
28 *Et vidi ibi intus terribilem stipam*
Serpentum, et tam diverse qualitatis,
Quod memoria et sanguis adhuc scipantur.
29 *Amplius non gloriatur Libia cum sua arena;*
Quia si chelidros, iaculos et phareas
Producit, et centros cum amphisibenis.
30 *Non tot pestilentias nec ita reas*
Monstravit unquam cum tota Ethyopia,
Nec cum omni quod supra mare Rubrum est.
31 *Infra istam crudam et tristissimam copiam*
Currebant gentes nude et paventate,
Sine sperare foramen vel elytropiam.
32 *Cum serpentibus manus retro habebant ligatas:*
Et illi figebant per renes caudas
Et caput, et erant antierius innodati.

ferocior, et arena aridior, scilicet que est hic. Chelidrus est species serpentis illius arene libice, qui eicit fumum per os, qui accendit arenam, que ibi per se est calidissima. Iaculus discurrit per aierem, sicut iacula balistarum. Pharea est genus serpentum, qui findunt arenam cum cauda et ferunt pectus altum. Centri vadunt recti sicut filum, ubi alii serpentes vadunt tortuosi. Amphisibena est serpens cum duobus capitibus, ita quod trahit post se corpus in modum arcus, quia habet caput ad caudam.

Non tot pestilentias nec ita reas monstravit unquam cum tota Ethyopia, nec cum omni quod supra mare Rubrum est. Mare Rubrum dicitur propter apparentiam, quia arena est rubra subtus; ideo facit rubeam apparere aquam secundum aliquos. Et bene dicitur quod Mare Rubrum habet duo brachia: unum in mari Perside; aliud in mari Arabie, ubi est maxima copia serpentum.

Infra istam crudam et tristissimam copiam currebant gentes nude et *paventate*, idest territe seu pavefacte, sine sperare foramen, idest, sine spe posse aliquod foramen invenire, vel elytropiam. Elytropia est erba, cuius succus valet contra venenum. Aliqui dicunt, quod Elytropia est unus lapis, qui reddit hominem, portantem illum super se, invisibilem; et talis lapis incantatur, idest fit talis virtutis propter incantationem. Sic dicit Albertus. Sed auctor intendit hic dicere, quod isti latrones nullam habent spem latendi, quin oporteat eos venire in publicum, et capiantur et mordeantur a serpentibus. Elytropia: *ely* ebraice, latine *Deus*; *tropos* grece, latine *modus*: unde Elytropia est modus, vel est facultas, Dei. Idest sine sperare Elytropiam, idest facultatem, vel modum, Dei; hoc est, dictum modum,

- 33 Et ecco ad un, ch'era da nostra proda,
S'avventò un serpente, che l'trafisse
Là dove'l collo alle spalle s'annoda.
34 Nè O si tosto mai nè I si scrisse,
Come ei accese et arse, e cener tucto
Convenne che cascando divenisse:
35 E poi che fu a terra sì destructo,
La polver si raccolse per sè stessa,
E quel medesimo⁽¹⁾ ritornò di bucto⁽²⁾.
36 Così per li gran savi⁽³⁾ si confessa,
Che la fenice muore e poi rinasce,
Quando a l'anno quingentesimo s'appressa.
37 Herba nè biada in sua vita non pascet,
Ma sol d'incenso lagrime et amomo,
E nardo e mirra son l'ultime fasce⁽⁴⁾.
38 E qual è quel che cade, e non sa como,
Per forza di demon ch'a terra el tira,
O d'altra opylation⁽⁵⁾ che lega l'homo,
39 Quando si leva, che intorno si mira
Tucto smarrito de la grande angoscia
Ch'egl'à sofferto, e guardando sospira;
33 *Et ecce ad unum, qui erat de nostra ripa,*
Iniecit se unus serpens, qui eum transfixit
Ea parte qua collum cum humeris coniungitur.
34 *Nec O ita cito nec I fuit scriptum,*
Sicut ille accensus est et arsit, et cinis totus
Convenit quod cadendo deveniret:
35 *Et postquam fuit in terra sic destructus,*
Cinis se recollegit, et per seipsum
In illud idem reversus est statim.
36 *Sic per grandes sapientes confitetur*
Quod fenix moritur et postea renascitur,
Quando quingentesimo anno appropinquat.
37 *Erbam nec bladum in sua vita non pascit,*
Sed solum ex incenso et lacrymis amomi,
Et nardus et mirra sunt ultime fasce.
38 *Et qualis est ille qui cadit, et nescit qualiter,*
Propter vim demonis qui eum ad terram trahit,
Vel alterius oppilationis que hominem ligat,
39 *Quando surgit, qui circum respicit*
Totus territus a grandi angustia
Quam ipse sustulit, et respiciendo suspirat;

(1) che era prima. — (2) incontanente. — (3) philosophi e poeti. — (4) nido suo dove si muore. — (5) morbo caduco.

vel facultatem, conversionis ad Deum, vel ad salutem habendam. Nam, ut Sacra Scriptura dictat, in Inferno nulla est redemptio, vel *tropos*, idest conversio, idest sine aliqua spe conversionis ad Deum, vel salvationis.

Ecce ad unum: hec est tertia pars huius capituli, in qua describitur una species latronum, sicut sequitur: Et ecce ad unum, supple evenit quod, qui erat de nostra ripa, idest ex parte in qua eramus nos, iniecit se, saltans applicavit, unus serpens, qui eum transfixit, scilicet mordendo, ea parte qua collum cum humeris *s'annodat*, idest coniungitur. Nota quod est aliquod genus latronum, qui non sunt fures a natura, nec per usum; sed, quando occurrunt facultas et habilitas, furantur.

Modo fingit auctor hic unum de talibus, qui, dum sic staret, serpens iniecit se in ipsum.

Non O ita cito neque I fuit scriptum (iste due litere, scilicet O et I, scribuntur cito, idest uno tractu penne), sicut ille accensus est, et arsit, et cinis totus convenit, idest oportuit, quod, cadendo, deveniret. Quando serpens momordit istum, subito iste conversus est in cinerem, et fit cinis; et infra paucum spatium cinis resolvitur in hominem, et fit homo. Moraliter, serpens est subitus motus, sive stimulus, qui movet hominem ad furandum, et sic efficitur serpens: latro, facto furto isto, non vacat plus ad furandum, ita quod redit ad pristinam figuram.

Et postquam fuit sic destructus, cinis se se recollegit, et

per seipsum, et in illud idem reversus est statim, idest, in priorem statum et formam.

Quomodo autem facta fuerat ista transformatio, ostendit per comparisonem fenicis, dicens: Sic per grandes sapientes confitetur, quod fenix moritur et postea renascitur, quando quingentesimo, idest anno, appropinquat.

Erbam nec bladum in sua vita non pascit; idest, non pascitur erba nec blado; sed solum ex incenso et lacrymis amomi; et nardus et mirra sunt ultime fasce.

Nota quod solum est una fenix in mundo. Fenix est avis, que nascitur solum in una regione. Est similis aquile, et nascitur in Arabia, et vivit quingentis annis; quibus completis, a natura presentiens mortem propinquam, tunc colligit ramusculos arborum odoriferarum, et facit unum nidum, magnum acervum, et volvens se ad orientem, taliter et tantum quatit alas in illis ramusculis siccis, ut in hiis accendatur ignis, et sic in illis comburitur. Demum de cineribus huiusmodi nascitur unus vermis, de quo nascitur alia fenix, sicut dicunt sapientes; idest Aristotiles in libro de Animalibus, et Albertus. Idem dicit Ovidius; idem et Plinius. *Herbam*, etc.: ponit cibum suum.

Postquam auctor descripsit incinerationem istius latronis et regressum ad pristinam formam, modo ponit qualitatem suam post talem transformationem, dicens: Et qualis est ille, qui cadit et nescit qualiter, propter vim demonis, qui eum ad terram trahit, vel alterius opilationis,

40 Tal era l' peccator levato poscia.
O potentia di Dio! quant'è severa
Che cotai colpi per vendetta croscia!

41 Lo duca dimandò poi chi elli era:
Perchè ei rispose: Io piovvi⁽¹⁾ di Toscana,
Poco temp'è, in questa gola fiera⁽²⁾.

42 Vita bestial mi piacque, e non humana,
Si com'a mul⁽³⁾ ch'io fui: son Vanni Fucci
Bestia, e Pistoia⁽⁴⁾ mi fu degna tana⁽⁵⁾.

43 Et io al duca: Dilli che non mucci⁽⁶⁾,
E dimanda qual colpa quaggiù l'pinse,
Ch'io l'vidi huom già di sangue e di
crucci⁽⁷⁾.

44 E l' peccator, che intese, non s'infine,
Ma drizzò verso me l'animo e l'volto,
E di trista vergogna si dipinse;

45 Poi disse: Più mi duol che tu m'hai colto
Ne la miseria, dove tu mi vedi,
Che quando fui dell'altra vita tolto⁽⁸⁾.

(¹) cascai qui — (²) dell'Inferno. — (³) bastardo. — (⁴) città di Toscana. — (⁵) stanza da bestie. — (⁶) fuggi. — (⁷) brighe. — (⁸) morto.

que ligat hominem, quando surgit, qui circumspicit, totus
territus a grandi angustia, quam ipse substulit, et respi-
ciendo suspirat.

Duobus modis solent cadere subito homines, vel propter
demonem opprimentem eos sua vi, vel propter morbum
caducum. Morbus caducus ligat membra et sensum taliter,
quod homo cadit in terram cum magna angustia per ali-
quale spatium; demum surgit et suspirat intuens circum
circa, nec recordatur casus huiusmodi. Sic evenit isti la-
troni: nam talis fur, non usus ad furtum, commisso furtu,
stat stupefactus, nesciens ubi abscondat res ablatas.

Talis erat ille peccator, postquam surrexit. O potentia
Dei, quantum est severa, idest existit! que tales ictus pro
vindicta *crosciat*, idest imprimit et infligit. *Crosciare* est
proprie cum violentia et irato animo percutere.

Dux interrogavit eum quis esset postea; ex quo ipse
respondit: Ego plui de Tuscia, idest cecidi, in hunc locum,
paucum tempus est; in hanc gulam feram, idest bolgiam
crudelem (ab effectu). Vita bestialis placuit michi et non
humana, sicut mulo, prout ego fui (quia natus de non
legittimo matrimonio: sic Tusci vocant expurium, scilicet
mulum). Sum Vannes Fucci bestia, et Pistorium fuit michi
digna tana. Recte nominat se bestiam, quia bestialiter vixit
et non humanitus. Recte dixit tana, quia in huiusmodi locis
nutriuntur bestie. Tana, idest cubile, vel lustrum. Quis au-
tem sit iste fur, et unde, nota. Hic Vannes, filius expurii
domini Fucci, fuit de Lazzaris de Pistorio; qui dominus

40 Talis erat ille peccator postquam surrexit.
O potentia Dei! quantum est severa,
Que tales ictus pro vindicta crosciat!

41 Dux interrogavit eum quis esset postea:
Ex quo ipse respondit: Ego plui de Tuscia,
Paucum tempus est, in hanc gulam feram.

42 Vita bestialis placuit michi, et non humana,
Sicut mulo, prout ego fui: sum Vannes Fucci
Bestia, et Pistorium fuit michi digna tana.

43 Et ego ad ducem: Dicas quod non mucciat,
Et interroga eum que culpa ad hunc locum pinxit,
Quia ego vidi eum hominem sanguinis et de
cruccis.

44 Et peccator, qui intellexit, non se finxit,
Sed direxit versus me animum et vultum,
Et de tristi verecundia se pinxit;

45 Postea dixit: Plus me dolet quod tu me reperisti
In miseria, in qua tu me vides,
Quam quando fui ab illa vita ereptus.

Fuccius etiam fuit expurius. Filius domini Lazzari de La-
zaris fuit iste Vannes. Stabat in stratis et viis et alpi-
bus; capiebat homines, torquebat eos, tormentabat, interficie-
bat, *derobabat*; habebat plurima *banna*, nec poterat ha-
bitare in Pistorio. Spargebat, ad solatium, sanguinem hu-
manum. Fuit ita scelleratus, quod in se virtus rationalis
erat totaliter extincta: ideo dicit, quod vita bestialis pla-
cuit sibi. Vocat habitationem suam tanam, quia in tanis
habitabant serpentes. Ideo talibus dicit Propheta: Nolite
fieri sicut equus et mulus. Fuit assassinus, violator mul-
torum, faciendo rixas; et videtur quod debuisset poni in
circulo violentorum.

Et ego ad ducem: Dicas sibi, quod non *mucci*, idest
fugiat; et interroga eum que culpa ad hunc locum eum pin-
sit, idest impulit, quia ego vidi eum hominem sanguinis,
idest effusorem, et de *crucci*, idest rixarum.

Et peccator, qui intellexit, non se finxit, idest intelli-
gere; sed direxit versus me animum et vultum, et tristi
verecundia se pinxit. Postea dixit: Plus me dolet, quod tu
me reperisti in miseria, in qua tu me vides, quam quando
fui ab alia vita ereptus; idest quam de morte, quam sus-
tinui; quia magis verecundor de furto, quod est maxime
infamie; propter quod furtum sum hic in hoc loco, qui
est bassior et magis yma fossa quam vallis violentorum.
Ita furtum maioris infamie est, quam predacio in viis
facta.

46 Io non posso negar quel che tu chiedi:
In giù so'messo tanto, perch'io fui
Ladro alla sagrestia⁽¹⁾ de' belli arredi⁽²⁾;
47 E falsamente già fu apposto altrui.
Ma perchè di tal vista tu non godi.
Se mai sarai di fuor da'luoghi bui⁽³⁾,
48 Apri gl'orechi al mio annuntio, et odi:
Pistoia pria di Neri⁽⁴⁾ si dimagra,
Poi Firenze rinnova genti e modi.

(¹) di Sancto Iacobo da Pistoia. — (²) argentiere. — (³) dell'Inferno. — (⁴) Guelfi.

Ego non possum negare id quod tu queris: infra tantum
sum missus, quia ego fui latro sacristie, pulchrorum ar-
redorum, idest ornamentorum sacrorum; et falso fuit im-
positum alteri, idest alius fuit de hoc falso diffamatus. Sed
ad hoc, ut tu tali visione non gaudeas, si unquam eris
extra ista loca obscura, [etc.].

Quia et falso fuit impositum alteri, nota quod iste Vannes
Fucci, licet esset exul et bannitus de Pistorio, tamen ali-
quando de nocte, et incognitus, veniebat in civitate ad do-
mum quorundam sibi notorum. Semel in carnisprivo venit
in Pistorium, et cenavit cum uno notario amico suo, qui
vocabatur ser Vannes de la Nonna. Postquam cenaverunt,
dixit unus aliis sotiis: Vadamus, pulsemus instrumenta, et
videamus amasias nostras. Ab hiis recessit iste Vannes Fucci
cum duobus suis sotiis, et ivit ad Episcopatum, qui dicitur
Sanctus Iacobus, et breviter intravit sacristiam et rupit
unam testudinem et spoliavit sacristiam, et furatus fuit
plurimas res magni valoris, et portavit ad domum notarii
et dixit sibi sic: Ego feci. Volo reponere omnia, que furata
sum, in domo tua. Dixit notarius: Nequaquam: heu michi,
mortui sumus. Respondit Vannes: Hoc iam factum est. Re-
ponantur hec in domo tua, quia nemo de te hoc presumeret.
Adveniente die, et reperto quod sacristia erat derubata,
rumor magnus fuit in civitate. Breviter nullus sciebat yma-
ginari quis hoc fecisset. Fuit dictum Potestati iusticiario
civitatis. Potestas faciebat maximas inquisitiones. Tandem
fuit dictum Potestati: In civitate est unus peximus homo,
de quo arbitrandum est, vel quod ipse fecerit, vel saltem
sciet quis fecit. Iste, sic diffamatus, vocabatur Rampinus,
filius domini Francisci de Salesis, de bona domo. Fecit
istum Potestas capi: qui positus ad torturam, confessus est
multa crimina; sed de hoc furto nihil confitebatur. Tamen
Potestas dedit sibi spacium trium dierum, post quos tres
dies, nisi iste assignaret istas res furatas, faceret eum su-
spendi. Vannes Fucci erat extra Pistorium, in castro Montis
Carelli, et erat ibi bene tutus; qui misit Pistorium, dicendo
domino Francisco, patri Rampini, factum quomodo stabat.
Tunc dominus Franciscus indicavit Potestati. Tunc Pote-
stas fecit capi ser Vannem de la Nonna, notarium, in
cuius domo iste res erant, cum quo Vannes Fucci cena-
verat illa nocte, quando furatus fuit res illas. Qui, captus,
omnia confessus est, dicens: Ego nec furatus fui, nec con-
sensi in furto. Verum est quod ille Vannes Fucci furatus

46 Ego non possum negare id quod tu queris:
Infra sum tantum missus, quia ego fui
Latro sacristie pulchrorum arredorum;
47 Et falso fuit impositum alteri.
Sed ad hoc ut de tali visione nec gaudeas,
Si unquam eris extra ista loca obscura,
48 Aperias aures ad meam tristem adnunciacionem, et
Pistorium prius de Nigris fit macrum, [audi:
Postea Florentia renovat gentes et modos.

fuit; posuit istas res in domo mea. Sepissime volui tran-
sportare extra civitate: nunquam potui; semper apparebat
nobis, quod aliqui essent post nos ad perscrutandum nos.
In tantum quod iste, ser Vannes de la Nona, cum multis
sotiis, fuit suspensus. Ideo dicit textus: Et falsum fuit im-
positum alteri.

Aperias aures ad meam annunciacionem et audi; scilicet,
nota bene vaticinium meum, vel presagium. Pistorium prius
de Nigris fit macrum, postea Florentia renovat gentes et
modos (predicit divisiones futuras in Pistorio et Florentia).
Trahit Mars vaporem de Valle Macra (hic describit locum,
unde processit ista divisio), qui turbidus nubibus erit invol-
utus; et cum tempestate impetuosa et acra super cam-
pum Picenum erit pugnatum: unde repente franget ne-
bulam, ita quod omnis Albus ex ea frangetur (dicit de
divisionibus futuris inter partes Albam et Nigram). Et hoc
dixi quia te dolere debeat, idest ut tu doleas. De istis parti-
tibus, Alba et Nigra, dictum fuit sufficienter in quinto ca-
pitulo huius Inferni. Ille campus, qui est prope Pistorium,
in quo devictus fuit Cathellina, vocatur Picenum a Salu-
stio. Macra, ut dictum fuit superius, est unum fluvium, quod
dividit territorium Ianuense a Tuscia; quod flumen est
prope Sarzanam, ubi de propinquo fuit civitas Luni. De
valle illius fluminis marchiones de Malespinis habuerunt
multa castra. Nigri, quando expulsi sunt de Pistorio, ive-
runt et steterunt cum marchione Marcello de Malespinis
in Valle Macra, et sic eum seduxerunt, promittentes eis
dare Pistorium, quod ipse, preparato magno exercitu de
gentibus suis, venit contra Pistorium cum istis Nigris, et
fuit pugnatum et factum bellum in illo campo Piceno. Et
Albi, qui fuerunt in Pistorio, exierunt ad bellum, et fuerunt
quasi omnes interfecti, et quasi omnes vulnerati. Tunc
Pistorium remansit Florentinis. Ita fuit quod Pistorium
fuit primo factum macrum de Nigris, quia omnes fuerunt
expulsi; postea in bello, facto in campo Piceno, interfecti
fuerunt multi Albi. Et quia Dantes erat de parte Alba, ideo
dixit Vannes Fucci: Hec dixi, ut doleas. Quasi diceret: Do-
lere habes de parte Alba, de qua tu es, quia Albi plurimi
interficiuntur. Et tunc, sic trahit Mars, idest Deus belli,
sive discordie, vaporem, idest marchionem Marcellum, quem
figurat, quia sicut ex vapore fit ventus turbinosus et tem-
pestuosus, ita ex isto marchione bellum fiet, quod veniet de

49 Tragge Marte vapor di Val di Magra
Ch'è da turbidi nuvoli involuto,
E con tempesta impetuosa et agra
50 Sopra Campo Picen fie combactuto:
Onde repente spezzerà la nebbia,
Sì ch'ogni Bianco ⁽¹⁾ ne sarà feruto.
E decto l'ho, perchè doler ti debba ⁽²⁾.

⁽¹⁾ Ghibellino. — ⁽²⁾ che se' Ghibellino.

Valle Maere illius fluminis, qui turbidus, idest inimicabilis, nubibus, idest discordiis et rixis, erit involutus, sicut turbo. Et cum tempestate impetuosa, idest cum ira et discordia et furore, super Picenum (dictum est, idest super,

49 *Trahit Mars vaporem de Valle Macra,
Qui turbidis nubibus erit involutus,
Et cum tempestate impetuosa et agra
50 *Supra Campum Picenum erit pugnatum:
Unde repente franget nebulam,
Ita quod omnis Albus ex ea frangetur.
Et hoc dixi, quia te dolere debeat.**

campum Picenum prope Pistorium) erit pugnatum; unde repente franget nebulam, idest ostendet iram et furorem, ita quod omnis Albus, etc., frangetur, et debellabitur. Et hoc debet tedere Dantem, qui erat de parte Alba.



Qual'è la gloria, a cui l'uomo può e deve aspirare su questa terra? È l'operar virtuosamente secondo i fini del suo Creatore; affinché questi, come gli conviene, ne venga glorificato, e insieme l'operar nostro sia stimolo altrui a similmente operare. « Il mio Padre (disse Gesù) tuttavia opera, e opero anch'io (Ioan. V, 17). » « Così splenda la luce vostra innanzi agli uomini, che veggano le vostre buone opere e onorino il vostro Padre, che sta ne' cieli (Matth. V, 16). » E operando, « siate perfetti come il Padre vostro, ch'è ne' cieli, perfetto è (Ibid.). » Qui sta la somma della filosofia dell'operare. Pertanto consumare oziosamente la vita, egli è togliere a Dio la gloria che ha diritto di esigere dallo svolgimento delle nobili facoltà, delle quali ci ebbe fornito, e, quanto è da noi, lasciar perire l'opera della civiltà, che ci affidò su questa terra: come l'operare per sola vana gloria, dimenticando il fine che egli ebbe nel crearci, sarebbe, quanto è da noi, annientare ogni pregio dell'opera sua, da che resterebbe limitata allo spazio ed al tempo, e non sarebbe più degna di lui, che è vita infinita e infinita perfezione. E però, fingendo l'Alighieri di essersi seduto in cima ad un erto scoglio per la stanchezza del già fatto cammino, si fa dir da Virgilio:

..... seggendo in piuma
In fama non si vien, nè sotto coltre;
Senza la qual chi sua vita consuma,
Cotal vestigio in terra di sè lascia,
Qual fumo in aere, od in acqua la schiuma.

Ma ad un tempo ci fa sapere altrove, che la vana gloria

..... è color d'erba
Che viene e va, e quei là discolora
Per cui ell'esce della terra acerba;

e che

Non è il mondan rumore altro che un fiato
Di vento, ch'or vien quinci e or vien quindi,
E muta nome perchè muta lato.

Operare, adunque, in rispondenza delle attitudini che Dio ci ebbe largite, e secondo i fini della sua infinita sapienza; e

operando contribuire all'opera della civiltà, cominciata nell'Eden, poi dalla prima colpa e dalle sue conseguenze viziata e intralciata, ma non spenta, nè impedita dal come che sia proseguire; ristorata finalmente in Cristo e da Cristo, perchè raggiunga il compimento assegnatole quaggiù; e così operando, non mirare che all'opera stessa e alla sapienza del Creatore, il quale la ordinava, dimentichi di noi medesimi, che ne avremo il guiderdone lassù dove è destinata a ricevere il pieno suo compimento, tramutandosi, ci si perdoni l'improprietà della frase, nell'incivilimento celeste, o meglio nel beato regno di Dio; questa è la vera virtù, questa la vera gloria che più non muore, e che splende anche quaggiù, eternandovi il nostro nome; e tanto maggiormente quanto più avremo dimenticato noi stessi, e non avremo mirato che ad essa opera e al debito nostro di contribuirvi secondo le intenzioni del Creatore e gl'impulsi che ce n'ebbe dati.

La storia dei Santi ne è una stupenda prova. Nessuna gloria, neppur su questa terra, potrebbe mai agguagliare la loro, dal giusto Abele al venerando vecchio che nel tempio accoglieva fra le sue braccia il Cristo di Dio; dagli Apostoli ai Martiri; dai Martiri ai Padri e Dottori della Chiesa; da questi agli Istitutori delle Monastiche Congregazioni; a San Benedetto, a San Bernardo, a San Francesco d'Assisi; e appresso a quelle splendide figure, che furono San Carlo Borromeo, San Vincenzo de Paoli, il Colombo, il Cottolengo, ed altri che sarebbe troppo lungo noverare.

Questa gloria vera, benchè dal mondo si poco apprezzata, è di tanto incantesimo, che i dannati stessi, i quali odiano ferocemente la virtù da cui procede, fremono di non possederla, come ultima irradiazione di un sole, che ad essi tramontò per sempre. Quindi l'onta di Vanni Fucci nell'esser riconosciuto dal Poeta, quale egli era stato, ladro sacrilego; onta che gli coceva più che la morte sofferta:

... Più mi duol che tu m'hai colto
Nella miseria dove tu mi vedi,
Che quando io fui dell'altra vita tolto.



CAPITULI VICESIMIQUINTI SUMMARIUM

In capitulo vicesimoquinto, quod incipit: *In fine, vel ad finem, verborum suorum*, auctor tractat de duabus aliis speciebus furti et latrocinii. Secunda species latrocinii est opposita prime: quia prima species est, quando fur, vel latro, non habet a natura, nec a consuetudine; hec est, quando fur, vel latro, habet a natura, quod inclinatur ad latrocinium, et habet ex consuetudine et usu, et ad furandum semper cogitat et intendit. Et ideo ex latrone fit serpens, et ex serpente, qui eum momordit, fit homo. Et sic stant ad denotandum, quomodo latrones de tali specie sunt habituati et semper sunt in tali dispositione; et tales latrones, sicut serpentes, semper querunt fugam, sive fugere. Tertia species latronum, sive furium, est pexima; que est quando latrones et fures nedum sunt habituati ad furandum, sed super hoc faciunt con-

silia invicem; determinant de modo furandi, de tempore, per modum consilii et deliberationis et appensate, sicut accidebat de istis quinque, quorum numerus ponitur in textu: scilicet Cianfa, Angelus, dominus Bosius de Donatis, et sui sotii. Omnes fuerunt cives Florentini. Et in isto capitulo auctor facit unam pulchram transformacionem, scilicet, quomodo ex uno serpente parvulo, qui momordit Angelum de Brunelischis, nobili domo de civitate Florentie, et ex ipso Angelo, factum est unum animal terribile, quod erat illa duo, scilicet serpens et Angelus; erat quodlibet illorum, et nullum illorum erat. Sic Virgilius et Ovidius fingunt de Minotauro, de quo dicunt, quod erat homo, erat bos, non homo, non bos: erat uterque, neuterque. Sic hic factum est de isto Angelo et serpente, ipsum mordente.



CAPITULUM VICESIMUMQUINTUM

1 Al fin delle parole sue el ladro⁽¹⁾
Alzò le man con amendue le fiche,
Dicendo: Tolle, ⁽²⁾ Dio, ch'a te le squadro.

⁽¹⁾ Vanni predecto. — ⁽²⁾ o.

Al fine de [le] parole. In fine verborum: istud est vicesimumquintum capitulum huius Inferni, in quo auctor tractat [de] duabus aliis speciebus latrocinii, sive furti: quod quidem capitulum dividitur in quatuor partes. In quarum prima, in continuando dicta dicendis, prosequitur aliquantulum materiam pretactam de Vannes Fucci.

In secunda parte, que incipit ibi:

Mentre ch'io parlava;
Interim quod ego loquebar,

tractatur de secunda specie latrocinii, in qua nominatur unus spiritus modernus.

In tertia parte, que incipit ibi:

Com'el ramarro;
Sicut stellio,

tractatur de tertia specie latrocinii in uno alio spiritu moderno.

In quarta parte, que incipit ibi:

Insieme si risposero;
Insimul sic sibi responderunt.

describitur particulariter transformacio huius ultimi latronis membratim.

Notandum est hic, primo et ante omnia, quod auctor ponit tres species latrocinii. Quarum prima est, quando latro non est fur a natura, nec etiam ex usu; sed quando habilitas se offert, tunc latro furatur, et ad tale furtum non venit deliberate nec appensate. Talis mordetur a serpente; et propter morsum serpentis, venenum subito convertit eum in cinerem: demum satis cito ille cinis convertitur in hominem, et redit figura humana. Secunda species

1 *In fine omnium verborum suorum*
Extulit manum ad celum cum ambabus ficibus,
Clamando: Tolle, Deus, quia tibi illas squadro.

est, quando latro est usus furari, et consuetus et habitus in furtis, et tunc tales latrones serpentes amplectuntur et mordent ipsos fures taliter, quod latrones fiunt serpentes, et serpentes fiunt homines et invicem transformantur. Tertia species est pexima omnium: que est quando latro, nedum furatur habilitate adveniente, sed etiam ex usu et habitatione, sed, quod peximum est, furatur deliberate, appensate, facto consilio cum socio vel sotiis. De prima specie habitum est in capitulo precedenti; de duabus reliquis tractatur in capitulo presenti.

Demum notandum est, quod in hoc capitulo fit mentio de quinque malis furibus, sive latronibus, qui omnes erant cives civitatis Florentie. Quorum unus vocabatur dominus Bosius de Donatis: miles erat, et ditissimus factus ex latrociniiis et furtis. Secundus fuit Angelus de Bru[n]elischis, nobili domo de Florentia. Tertius fuit Puccius Scianchatus: dicebatur Scianchatus, quia erat claudus. Quartus Cianfa de Caligays, nobili domo Florentie. Quintus erat Guercius de Cavalcantibus, nobili domo. Isti fuerunt magni latrones. Secunda species latronum, vel latrones de secunda specie, transformantur in serpentes; idest, quod ex serpentibus et latronibus fit una figura mirabilis, ad denotandum quod mens et intentio horum latronum est ad latrocinandum.

Dicit auctor quod latro sit conversus in serpentem. Fugit, quia fugere est mos et consuetudo latronum. Vadit lente, quia latrones, quando vadunt ad furandum, vadunt plane et attente, ne sentiantur. In ista secunda specie ponit auctor Angelum de Brunelischis transformatum. In tertia specie ponit dominum Bosium de Donatis. Omnes isti quinque fures seu latrones, erant milites. Tunc ad textum.

Littera satis clara est. Vult dicere auctor, quod postquam ille latro, scilicet Vannes Fucci, recensivit omnia

2 Da indi in qua mi fur le serpi amiche,
Perch'una li s'avvolse allhor al collo,
Quasi dicesse: Non vo' che più diche:
3 Et un'altra a le braccia, e rilegollo
Ribiadendo sè stessa sì dinanzi,
Che non potea con esse ⁽¹⁾ dar un crollo.
4 Hay, Pistoia ⁽²⁾, Pistoia ⁽³⁾, che non estanzi ⁽⁴⁾
D'incenerarti ⁽⁵⁾, sì che più non duri,
Poi che 'n mal far el seme tuo ⁽⁶⁾ avanzi?
5 Per tutti e cerchi dell' Inferno scuri
Non vidi spirito in Dio tanto superbo,
Non quel ⁽⁷⁾ che cadde a Thebe giù da'muri.
El ⁽⁸⁾ si partì, che non parlò più verbo:
Et io vidi un Centauro ⁽⁹⁾ pien di rabbia
Venir gridando: Ov'è, ov'è l'acerbo ⁽¹⁰⁾?
6 Maremma non cred'io che tante n'abbia
Bisce, quant'elli havea sopra la groppa,
Infin dove comincia nostra labbia.

⁽¹⁾ o. — ⁽²⁾ mani. — ⁽³⁾ o. — ⁽⁴⁾ ordini. — ⁽⁵⁾ ardenti. — ⁽⁶⁾ tuoi cittadini. — ⁽⁷⁾ Capaneo. — ⁽⁸⁾ Vanni predecto. — ⁽⁹⁾ Chacho. — ⁽¹⁰⁾ superbo Vanni.

auctori, que supra scripta sunt, ipse fecit ficas cum ambabus manibus. In fine suorum verborum manus extulit, idest levavit, ad celum, cum ambabus ficis, dicendo: Tolle, idest accipe, Deus, quia tibi illas squadro, idest porrigo.

Hoc fingit auctor ad denotandum, quod iste Vannes Fucci, nedum fuit latro et violentus, sed etiam magnus blasphemator Dei et Sanctorum. Fuit irosus, iratus, et habebat de more, quando erat iratus, de more suo peximo antiquatoolvebat se ad blasphemandum Deum, faciendo sibi ficas, quasi diceret: O Deus, in tuo despectu feci et faciam hoc.

Posita ita tenaci obstinatione, auctor indicat punitionem eiusdem, dicentis de seipso: Ab eo tempore, idest quo feci furtum in sacristia Pistorii, citra, fuerunt michi serpentes amici. Quia unus, scilicet serpens, sibi se involvit ad collum, ac si dicat: Nolo quod tu amplius dicas.

Nota quod serpens naturaliter inimicatur homini. Tamen serpens fuit amicus istius Vannis, quia facit debitam ultionem, et semper stat cum ipso. Sed videtur hic quod auctor letetur de serpente, demordente istum. Unde hoc? Dicendum quod sapiens letatur, cum videt vindictam peccatorum, ad terrorem aliorum malorum. Et ideo auctor, exclamare volens, dicit primo: Et unus alter, scilicet serpens, ad brachia, scilicet saltavit, et eum religavit, repercutiendo seipsum, *ribadendose*, ita ante, quod non poterat dare cum ipsis unum *crullum*. Repercuciendo, idest reflectendo seipsum a parte ante, idest anteriori, ut strictior staret et firmior.

Ay, Pistorium, Pistorium, quare non stantias, idest, cum instantia queris, vel deliberas et censes, annihilari,

2 *Ab eo tempore citra fuerunt michi serpentes amici,*
Quia unus sibi se involvit ad collum,
Ac si dicat: Nolo quod amplius dicas:
3 *Et unus alter ad brachia, et eum religavit*
Repercuciendo se ipsum ita ante,
Quod non poterat dare cum ipsis unum crullum.
4 *Ay, Pistorium, Pistorium, quare non stantias*
Incinerari, ita quod plus non dures,
Postquam in male operando semen tuum superas?
5 *Per cunctos circulos Inferni obscuri*
Spiritum non vidi in Deum tantum superbum,
Non illum qui cecidit Thebis de muris.
6 *Ipse aufugit, quod non loquutus est amplius verbum:*
Et ego vidi unum Centaurum plenum rabie
Clamando: Ubi est, ubi est acerbus?
7 *Non credo quod Maripatima tot habeat,*
Quot biscias, idest viperas, ipse habebat supra dorso
Usque ad locum ubi incipit nostrum labium.

incinerari) subaudi, sicut modo fecit Vannes Fucci, civis tuus), ita quod plus, idest ulterius, non dures, postquam in male operando semen tuum superas? Aliqui dicunt, quod semen Pistorii fuit stirps Cathelline, scilicet de reliquis eius; unde dicunt, dici Pistorium a peste. Sed tales nesciunt quid dicant. Non, certe. Licet Salustius dicat, conflictum Cathelline fuisse in campo pistoriensi, Pistorium tamen fuerat ante illud bellum prope tercentos annos. Preterea, si Salustius dicit verum, ex illo conflictu nemo remansit. Nec dicitur Pistorium a peste illa, scilicet a conflictu, sed dicitur Pistorium a *pistis* grece, latine *fides*. Auctor vult dicere: Postquam tui moderni excedunt tuos antiquos in malefaciendo, idest in malis operibus.

Adhuc auctor detestatur istum Vannem Fucci, dicens: Per cunctos circulos Inferni obscuri spiritum non vidi, in, idest contra, Deum, tantum superbum; non illum, qui cecidit Thebis de muris. Iste fuit Capaneus, de quo dictum est sufficienter in capitulo violentorum, idest in quartodecimo huius Inferni. Vide ibi quomodo ipse violentus fuit contra Deos.

Modo fingit auctor alium latronem magnum, maiorem predicto. Hic fuit Caccus, qui persequabatur primum, sicut sepe accidit, quod unus latro destruit et persequitur alium, sicut Deus vult. Ille, scilicet Vannes Fucci, aufugit, quod non est amplius loquutus verbum. Et ego vidi unum Centaurum, plenum rabie, venire clamando: Ubi est, ubi est, acerbus, idest Vannes Fucci?

Maripatima non credo ego quod tot habeat, quot bestias, idest viperas, sive serpentes, ipse habebat super dorso

- ⁸ Sopra le spalle, dietro da la poppa (¹),
Coll'hali aperte li giaceva un draco,
E quello (²) [affoca] qualunque s'intoppa.
⁹ Lo mio Maestro disse: Quelli è Chaco,
Che sotto 'l saxo di monte Adventino (³)
Di sangue fece spesse volte laco.
¹⁰ Non va (⁴) cho' suoi fratei (⁵) per un cammino,
Perchè lo furto fraudolento fece
Del grande armento (⁶) che gl'era vicino:
¹¹ Onde cessar le sue opere (⁷) bieche (⁸)
Sotto la mazza d'Hercole, che forse
Ne li diè cento (⁹), e non ne sentì diece (¹⁰).
¹² Mentre che sì parlava, et oltra scorse,
Tre spiriti ne venner sotto noi,
De' quai nè io nè 'l duca mio s'accorse,

(¹) cioè l'ultima parte. — (²) drago. — (³) di Roma. — (⁴) Chacho. — (⁵) Centauri. — (⁶) del re Evandro. — (⁷) furti. —
(⁸) tortuose. — (⁹) mazzate. — (¹⁰) preoccupato de la morte.

usque ad locum ubi incipit nostrum labium, idest usque ad os. Tota *groppa* erat plena serpentibus; ad denotandum tot malicias et varias huius.

Labia, idest ore, vel ab ore, ad groppam.

Inter quos erat unus draco allatus. Draco est suum odium venenosum, et rabies quam expandebat contra omnes; et ille draco eiciebat ignem per modum, quod suffocat omnes. Ita depingit eum Virgilius in septimo Eneydos, dicens, quod iste Caccus fuit magnus incendiarius, et, ultra hoc, expoliabat et occidebat omnes transeuntes. Ita dicit Titus Livius circa principium.

Super *spallas*, idest humeros, *retro*, a tergo, cum alis apertis ibi iacebat unus draco, et ille suffocat quemcumque, *qualunque*, idest omnem, cui obvia[t].

Meus magister dixit: Ille est Caccus, qui sub saxo montis Aventini sanguinis fecit sepe lacum. Multos homines interficiebat sub saxo illo. Non vadit cum fratribus suis per unum iter, propter furtum, quod fraudulenter fecit, grandis armenti quod habuit vicinum. Unde cessaverunt sua opera *biecia*, idest fallacia, sub clava Herculis, qui forsant dedit sibi centum, et non sensit decem.

Notandum est hic, quod Hercules, devicto Gerione, rege Hispanie, rediens ad Greciam, conduxit secum magnum armentum bovum, et transivit partes ubi modo est Roma, que tunc non erat, nec fuit postea per trecentos annos. Unus collis est, qui dicitur mons Aventinus, qui mons est modo infra menia Urbis prope ripam Pomeriam, iuxta abbatiam Sancti Alexii: sub quo colle est, et tunc erat, magnum antrum, in quo habitabat iste Caccus, qui dicitur Caccus Evandri; quia Evander rex, pater Pallantis, edificavit super illum collem, sub quo habitabat iste Caccus. In quo antro occidit multos homines, et ibi tenebat furta et omnia que furabatur. Quando illac transibat Hercules cum

- ⁸ Super spatulas, retro a tergo,
Cum alis apertis ibi iacebat unus draco,
Et ille suffocat quemcumque cui obviat.
⁹ Meus magister dixit: Ille est Caccus,
Qui sub saxo montis Aventini
Sanguinis fecit sepe lacum.
¹⁰ Non vadit cum suis fratribus per unum iter,
Propter furtum, quod fraudulenter fecit,
Grandis armenti quod habuit vicinum:
¹¹ Unde cessaverunt sua opera fallatia
Sub clava Herculis, qui forsant
Dedit sibi centum, et non sensit decem:
¹² Interim quod ipse loquebatur, et ipse transcurrit,
Et tres spiritus venerunt sub nobis,
De quibus nec ego nec dux meus perpendit,

gentibus suis et armento, hic Caccus, non de die sed de nocte, recessit ad armentum Herculis, et furatus fuit multas vaccas, tauros et vitulos, quos omnes traxit per caudam in foveam illam. Facto de mane die, Hercules, volens ire viam suam, volebat premicere suum armentum, et invenit quod multi boves deficiebant. Perquirens hinc inde, non inveniebat. Tandem, vadens ad antrum Cacci, invenit vestigia bovum: sed quia Caccus traxerat eos per caudam in antrum, apparebat quod boves inde recessissent, et non intrassent; et sic Hercules discedebat. Accidit, sicut est de more, quod boves inceperunt mugire, et illi qui erant in antro ceperunt respondere mugitui aliorum; et sic clare cognovit Hercules, quod sui boves erant in antro; et retrocedens, amovit saxa que superposuerat Caccus, et vicit Caccum et rehabuit armentum suum. Et capiens clavam suam magnam, Hercules percussit istum Caccum centies, et tamen ille non sensit ictus decem, quia, antequam Hercules percuteret eum quinquies, ille mortuus est.

Sed, forte, videtur difficile, quod Hercules conduceret ita a longe armentum, sicut de Hispania. Sed dic, quod hoc non est mirum, quia non est aliqua provincia mundi, ubi sint maiores boves, quam in Hispania. Ideo ad habendum boves tam magnos, ipse Hercules conducebat tale armentum. Ecce, quod propter furtum Caccus est hic in hoc loco latronum et non stat cum suis fratribus, scilicet Centauris, qui sunt in loco violentorum, qui fecerunt violentiam proximis, ut superius patet in capitulo decimosecundo huius Inferni.

Mentre che io. Interim quod ego: ista est secunda pars huius capituli, in qua tractatur de secunda specie latrocinii qui, nedum furantur habita opportunitate, sed per naturam sunt inclinati et ex usu furantur; et tunc, mordente serpente unum istorum latronum, ex serpente et latrone fit unum. Hii tales sunt quinque, ut supra dictum est.

- ¹³ Se non quand' ei gridar: Chi sete voi?
Perchè nostra novella si ristecte,
Et attendemmo pur ad essi poi.
¹⁴ Io non li conoscea; ma ei seguecete,
Come suol seguitar per alcun caso,
Sì che nomar l'un l'altro convenecte,
¹⁵ Dicendo: Cianfa dove sia rimaso?
Perch'io, acciò che 'l duca stesse attento,
Mi posi 'l dito su dal mento al naso (¹).
¹⁶ Se tu se' hor (²), lector, a creder lento
Ciò ch'io dirò, non sarà maravigla,
Che io, che 'l vidi, a pena el mi consento.
¹⁷ Mentr'io tenea levate in lor le cigla,
Et un serpente con sei piè si lancia
Dinanzi all'uno, e tutto a lui s'appigla.
¹⁸ Co'piè di mezzo gl'avvinse la pancia,
E cogl' anterior (³) le braccia prese;
Poi gl'addentò e l'una e l'altra guancia:
¹⁹ Li deretani (⁴) a le cosce distese,
E miseli la coda tr'amendue (⁵),
E dietro per le ren (⁶) su la ritese.
²⁰ Hellera abbravicata mai non fue
Ad arbor sì, come l'horribil fiera
Per le sue membra (⁷) avviticchiò le sue:
- ¹³ Nisi quando ipsi clamaverunt: Qui estis vos?
Ex quo nostrum novum restitit,
Et intendimus solum ad ipsos postmodum.
¹⁴ Ego ipsos non cognoscebam; sed sequutum est,
Sicut sequi solet per aliquem casum,
Quod unum nominare alium convenit,
¹⁵ Dicendo: Cianphe ubi remansit?
Quare ego, ut dux staret attentus,
Michi posui digitum a mento usque ad nasum.
¹⁶ Si tu es nunc, lector, ad credendum lentus
Id quod ego dicam, non erit mirum,
Quia ego, qui illud vidi, vix michi illud consentio.
¹⁷ Dum ego tenebam elevata in eos supercilia,
Ecce unus serpens cum sex pedibus saltat
Ante unum, et totum se illi applicat
¹⁸ Cum pedibus de medio et avinxit panciam,
Et cum anterioribus brachia apprehendit;
Postea adentavit sibi utramque genam:
¹⁹ Deretanos ad tybia extendit,
Et misit ei caudam inter ambo,
Et retro per renes sursum illam retraxit.
²⁰ Edera abbrachicata nunquam fuit
Ad arborem sic, sicut horribilis fera
Per alterius membra applicavit sua:

(¹) cioè a la bocha. — (²) o. — (³) piedi. — (⁴) piedi. — (⁵) coscie. — (⁶) reni. — (⁷) al. per l'altrui.

Interim, quod ipse, scilicet magister, loquebatur, et ipse, scilicet Centaurus, transcurrit, transfugit, tres spiritus venerunt sub nos, de quibus nec ego, nec dux meus, *s'accorsit*, idest perpendit (isti tres erant Angelus de Brunelischis, Bosius de Donatis, et Puccius Scianchatus), nisi quando ipsi clamaverunt: Qui estis vos? Ex quo nostrum novum restitit, idest quievit, et intendimus solum ad ipsos postmodum; idest non fuimus plus loquuti de Cacco.

Ego non illos cognoscebam. Merito, quia latrones vadunt de nocte, incognite, transfigurati: sed sequutum est, idest accidit, sicut sequi solet, idest evenire, per aliquem casum, quod unum nominare alium convenit, idest oportet, dicendo: Cianfa ubi remansit? Quare ego, ut dux staret attentus, michi posui digitum a mento usque ad nasum. Hoc est signum optimum ad reddendum aliquem attentum.

Iam auctor facit mentionem de sotiis illorum trium, quia cum illis tribus erant duo alii; sed nondum appulerant illuc, qui sunt Cianfa de Caligays et Guercius de Cavalcantibus. Omnes erant milites.

Sepe contigit, quod unus latro detegit alium. Tunc bene cognovit auctor qui erant isti, et quomodo omnes Florentini erant; et tunc fecit actum meditationis, scilicet ponere digitum a mento ad nasum.

Ad ostendendum, quod illa fictio, quam facturus est, sit bene profunda, dicit sic: Si tu es tunc, lector, ad credendum lentus id quod ego dicam, non erit mirum, quia ego, qui illud vidi, vix michi illud consentio, idest vix michi possum credere.

Dum ego tenebam elevata in eos, idest versus, supercilia, scilicet dum ego eos respiciebam (supercilia idest oculos intellectuales), interim ecce unus serpens cum sex pedibus se *lanciat*, idest saltat, ante unum, idest Angelum de Brunelischis, et totum se illi applicat cum pedibus de medio, et avinxit *panciam*, idest ventrem, et cum anterioribus brachia apprehendit: postea adentavit sibi utramque genam: deretanos, scilicet posteriores, supple pedes, ad tybia extendit, idest protraxit, et misit ei caudam inter ambo, idest tybias ambas (artificiosum dictum est), et retro per renes sursum illam retraxit; et sic ligatus est serpens cum homine isto, scilicet Angelo de Brunelischis.

Edera *abbracciata*, idest amplexata, nunquam fuit ad arborem sic, sicut horribilis fera per alterius membra *avviticchiavit*, idest vinxit, sive applicuit, sua. Edera est species arbuste, que se involvit super arbores et muros aliquando, et folia semper habet viridia: est valde calida.

- ²¹ Poi s'appicar, come di calda cera
Fossero state, e meschiar lor colore;
Nè l'un, nè l'altro già pareva quel ch'era:
²² Come procede innanzi dall'ardore
Per lo papiro suso un color bruno,
Che non è nero, et anco el bianco more.
²³ Gl'altri due e' riguardavano, e ciascuno
Diceva: O me, Agnel, come ti muti!
Vedi che già non se' nè due nè uno.
²⁴ Già eran li due capi un divenuti,
Quando n'apparve due figure miste
In una faccia, ov'eran due perduti.
²⁵ Férsi le braccia due di quattro liste;
Le cosce co' le gambe, e'l ventre e'l casso,
Divenner membra che non fur mai viste.
²⁶ Ogni primaio aspetto quiv'era casso:
Dov'in nessun l'ymagine perversa
Pareva, e tal sen gi' con lenti passi.
²⁷ Com'el ramarro, sotto la gran ferza
De'di canicular, cangiando sepe ⁽¹⁾,
Folgore par, se la via attraversa;
²⁸ Così pareva, venendo verso l'epe
Degl'altri due, un serpentello acceso,
Livido e nero come gran di pepe.

⁽¹⁾ siepe.

Sicut, ergo, edera se involvit super arbores et coniungit, sic iste serpens sexquipes se involvit cum isto Angelo. Postmodum s'appicarunt, idest coniunxerunt se, sicut de cera calida fuissent, et miscuerunt eorum colorem: nec unus, nec alter, apparebat illud quod erat; quia homo non apparebat homo, nec serpens apparebat serpens. Homo erat albus, et serpens niger.

Sicut procedit ante ardorem, idest antequam incipiat ardere papyrus sursum, unus color brunus, idest niger, qui non est niger, idest ad plenum adhuc, et albus moritur, idest deficit, vel extinguitur (ymagineris comburere unum folium de papiro, et incipiat comburi ex uno latere, et paullatim ardeat; ille fumus qui surgit a papiro, vel a carta, nondum est bene niger, et albedo deficit); sic immutabatur color utriusque istorum, scilicet serpentis et Angeli. Alii duo, scilicet Bosius et Puccius, respiciebant, et quilibet clamabat: Heu, Angele, quomodo tu mutaris! Videas quod iam non es nec duo nec unus: idest dolemus quod sic transformeris, quia iam non es homo nec serpens, sed es uterque. Talis est homo latro, quia quantum ad figuram est homo, sed quantum ad mentem et intentionem est serpens.

Iam duo capita unum devenerunt, quando nobis apparuerunt due figure mixte in una fatie, ubi erant duo perditi, scilicet homo et serpens. Facta sunt brachia, scilicet

- ²¹ Postmodum coniunxerunt se, sicut de cera calida
Fuissent, et miscuerunt eorum colorem;
Nec unus nec alter apparebat illud quod erat:
²² Sicut procedit ante ardorem
Per papium sursum unus color brunus,
Qui non est niger, et albus moritur.
²³ Alii duo respiciebant, et quilibet:
Heu, Angele, quomodo tu mutaris!
Videas quod iam non es nec duo nec unus.
²⁴ Iam duo capita unum devenerant,
Quando nobis apparuerunt due figure mixte
In una fatie, ubi duo perditi.
²⁵ Facta sunt brachia duo quatuor liste;
Coste cum cruribus, et venter et cassus,
Devenerunt membra que nunquam fuerunt visa.
²⁶ Omnis primus aspectus ibi erat cassus:
Duo et nullus ymago perversa
Apparebat, et talis ivit cum lento passu.
²⁷ Sicut stellio, sub grandi ferza
Dierum canicularium, mutando sepes,
Fulgur apparet, si viam transversat;
²⁸ Sic apparebat, veniendā versus epam
Aliorum duorum, unus serpentellus accensus,
Lividus et niger sicut granum piperis.

Angeli, duo, quatuor liste, idest brance: coscie cum cruribus, et venter, et cassus (medium tenet inter corpus et pectus) devenerunt, idest facta sunt, vel apparuerunt, membra que nunquam fuerunt visa. Omnis primarius aspectus ibi erat cassus, idest perditus: duo et nullus, ymago perversa, idest talis figura trasformata, apparebat, et talis ivit, idest recessit, cum lento passu. Sic usi sunt latrones ire.

Sicut stellio: hec est tertia pars huius capituli, in qua tractatur de tertia specie latrocinii, scilicet de latronibus, qui appensate, deliberate, et consilio et electione factis, furantur; que omnia aggravant peccatum tale. Talis latro efficitur serpens, et serpens fit homo. Quando talis latro furatur, tunc fit serpens; quando desinit furari, tunc serpens fit homo.

Idest, volens auctor procedere de tertia specie furti, ponit unam comparacionem. Stellio, unus serpens est viridis, ad figuram lacerte. Stellio litteraliter in Arriminio, in terra mea, vocatur vulgariter Ragano, in Bononia Rigoro, in Tuscia Ramarro. Talis serpens, vel talis lacerta, venenosa, de mense augusti transversat viam, transeundo de una sepe ad aliam velocissime, in diebus canicularibus, qui sunt a medio iulii usque ad medium augusti. Tunc sol multum fervet et producit maximos calores. Tunc dicit auctor.

Sicut stellio sub grandi ferza, idest sub magno calore dierum canicularium, mutando sepes, fulgur apparet, si,

- ²⁹ E quella parte ⁽¹⁾, ond'è prima preso
Nostro alimento, a l'un di lor trafisse;
Onde quel cadde innanzi lui disteso.
³⁰ El traficto 'l mirò, ma nulla disse:
Anzi co'piè fermati sbadigliava,
Pur come sonno o febbre l'assalisce.
³¹ Elli 'l serpente, e quei lui, riguardava:
L'un per la piaga, e l'altro per la bocca,
Fumava forte, e 'l fumo si scontrava.
³² Taccia Lucano omai, là dove toccha
Del misero Sabellio e di Massidio,
Et attend'a udir quel ch'or si toccha.
³³ Taccia di Cadmo e d'Arethusa Ovidio:
Che se quello ⁽²⁾ in serpente, e quella ⁽³⁾
Converta ⁽⁴⁾ poetando, io non l'invidio:
³⁴ Chè due nature mai a fronte a fronte
Non transmutò, sì ch'amendue le forme
A cambiar lor matera fosser pronte.

⁽¹⁾ la bocha. — ⁽²⁾ Cadmo. — ⁽³⁾ Arethusa. — ⁽⁴⁾ al. converti.

idest quando, viam attraversat, scilicet pertranseundo; sic apparebat, veniendo versus epam, idest panciam, scilicet Bosii de Donatis (lepam, vocabulum florentinum est, idest corpus circa umbilicum), aliorum duorum, Bosii et Puccii, unus serpentellus accensus, lividus, et niger sicut granum piperis. Et illa parte, scilicet in umbilico, unde prius sumitur nostrum alimentum, unum illorum, scilicet Bosium de Donatis, transfixit, idest momordit. Postea cecidit infra, ante eum extensus. Ille transfixus, idest vulneratus, illum, scilicet serpentem, respexit; sed nihil dixit. Hoc significat, quod latro, furando, bene videt quod vadit ad fureas, et nihil dicit, idest non se corrigit: tanta est affectio, quam habet ad habendum illa que furatur. Ymo cum pedibus firmis, idest pedibus firmatis, hiabat, sbadigliabat, idest hiabat, ita quod febris, vel sompnus, eum aggredere- tur. Ille serpentem, et serpens illum, respiciebat: unus per plagam, et alios per os, fumabant fortiter, et fumus sibi invicem obviabant. Fumus, idest obscuritas, in qua latrones furantur. Umbilicus est unde primitus nostrum alimentum sumitur. Opinio physicorum et medicorum est, quod dum fetus est in ventre matris, non sumit alimentum per os, sed per umbilicum, mediante una vena, qua coniungitur matri; que vena inciditur quando fetus nascitur. Et bene fingit auctor, quod ibi incepit destructio istius, scilicet in umbilico, ubi primo sumpsit alimentum in ventre materno. Sompnus et febris est appetitus inordinatus habendi res alienas ex latrocinio. Talis appetitus dementat hominem, et auferit ab ipso rectitudinem rationis in tantum, quod ratio in tali homine pervertitur.

Auctor, in tali transformatione, quia videtur sibi hic bene excellenter loqui, vult quasi imponere silentium

- ²⁹ Et in illa parte, unde prius sumitur
Nostrum alimentum, unum illorum transfixit;
Postea cecidit infra ante eum extensus.
³⁰ Ille transfixus illum respexit, sed nihil dixit:
Ymo cum pedibus firmis hiabat,
Ita ut febris vel sompnus eum aggredere- tur.
³¹ Ille serpentem, et serpens illum, respiciebat:
Unus per plagam, et alter per os,
Fumabant fortiter, et fumus sibi invicem obviabant.
³² Taceat Lucanus ammodo, ibi ubi tangit
De misero Sabellio et de Nassidio,
Et attendat illud quod nunc scoccat.
³³ Taceat de Cadmo et de Arethusa Ovidius:
Quia si illum in serpentem, et illum in fontem
Convertit, poetando, ego ei non invideo:
³⁴ Quoniam duas naturas unquam de fronte ad frontem
Non transmutavit, ita quod ambe forme
Ad mutandum earum materiam essent ita prompte.

Ovidio et Lucano, qui fecerunt pulchras fictiones in transformando. Prout vult Lucanus in nono, in libro sui operis, quando Catho fugit a bello civili de Thessalia, et iam Pompeius perierat, Catho direxit populum romanum per Libiam, et transiens cum militibus suis per arenam Libie, unus serpens, qui dicitur Seps, percussit et momordit unum militem Cathonis, qui vocabatur Sabellius; et percussus, cito conversus est in cinerem. Alius serpens momordit Nasidium; qui Nasidius, percussus, in tantum inflatus est, quod arma dirupit. Ovidius vero fingit Cadmum, fundatorem Thebarum, propter multa infortunia, que evenerunt sue progeniei, fugisse ad silvas solitarium, et rabidum conversum fuisse in serpentem. Fingit etiam Arethusam, pulcherrimam damicellam de Siracusa insule Sicilie, conversam fuisse in fontem; et Alpheum, fluvium Calabrie, intrare sub mari et misceri illi fonti.

Taceat Lucanus ammodo, ibi ubi tangit de misero Sabellio, et de Nasidio, et attendat, idest attentus audiat, illud, quod nunc scoccat, idest declaratur. Scoccare, idest de nuce baliste exire, vel de cocca. Cocca est illa fixura in asta sagipte, in qua fixura intrat corda arcus.

Taceat de Cadmo et de Arethusa Ovidius, quia, si illum in serpentem et illam in fontem convertit, poetando, ego ei non invideo (in hoc auctor fuit valde audax, quia preposuit se hic Ovidio et Lucano; et non sine causa, quia ista sua transformacio est valde pulchra), quoniam duas naturas unquam a fronte ad frontem non transmutavit, ita quod ambe forme ad mutandum, idest variandum, earum materiam essent prompte.

- ³⁵ Insieme si risposer a tai norme,
Che 'l serpente la coda in forza fesse,
E 'l ferito ristinse insieme l'orme.
- ³⁶ Le gambe co'le cosce seco stesse
S'appiccàr sì, che 'n poco la giuntura
Non facea segno alcun che si paresse.
- ³⁷ Toglea la coda fessa la figura
Che si perdea ella, e la sua pelle
Si facea molle, e quella dell'huom dura.
- ³⁸ Le braccia ritraheva per l'ascelle,
E' duo piè de la fiera, ch' eran corti,
Tant'allunghàr quant'accorciaro quelle.
- ³⁹ Poscia li piè dirieto, insieme attorti,
Diventarón el membro che l'huom cela,
E 'l misero de'suoi n'havea due porti.
- ⁴⁰ Mentre che 'l fumo l'uno e l'altro vela
Di color nuovo, e genera 'l pel suso
Dall'una parte, e dall'altra el dipela,
- ⁴¹ L'un si levò, e l'altro cadde giuso,
Non torcendo però le lucerne ⁽¹⁾ empie,
Sotto le qual ⁽²⁾ ciascun cambiava muso ⁽³⁾.
- ⁴² Quel ch'era dietro, el trasse ver le tempie;
E di troppa materia che gl'advenne,
Uscir gl'orechi de le gote scempie:
- ⁴³ Ciò che non corse innanzi, si ritenne,
Di quel soverchio fe'naso la faccia,
E le labbra ingrossò quanto convenne.

⁽¹⁾ gli ochi. — ⁽²⁾ le quali. — ⁽³⁾ bocha.

Insimul, sic ibi: hec est quarta pars huius capituli. Insimul sic sibi responderunt, idest coniunxerunt, in tali norma, idest in tali modo: quod serpens caudam in furcam fixit, idest divisit; et vulneratus restrinxit simul vestigia, idest plantas, vel pedes. Auctor transformacionem a parte vili, scilicet a cauda serpentis, incipit, et a pedibus hominis; quoniam cauda serpentis fixa est, idest divisa est in duas partes, et pedes hominis coniuncti sunt in unum. Crura cum tybiis secummet se coniunxerunt ita, quod in brevi, scilicet spatio, iunctura non faciebat signum aliquod, quod appareret. Tollebat cauda fixa, scilicet serpentis, idest subtrahebat, figuram serpentis, qui solebat esse una sana acuta, et iam erant duo, que perdebatur ibi; et sua pellis hominis, dura scilicet, fiebat. Ego vidi intrare, idest decurrari, brachia, scilicet hominis, per ascellas, et duo pedes fere, idest serpentis, qui erant curti, tantum elongari, quantum breviabantur illa, idest brachia viri, sive hominis. Pellis serpentis erat squamosa et dura, et homo habet pellem morbidam. Homo qui habet brachia longa, retrahebat tantum, quantum sunt longe brance serpentis; et serpens elongabat brancas, ut faceret ad modum brachiorum ho-

- ³⁵ *Insimul sic sibi responderunt in tali norma,
Quod serpens caudam in furcam fixit,
Et vulneratus restrinxit simul vestigia.*
- ³⁶ *Crura cum tybiis secummet
Se coniunxerunt sic, quod in brevi spatio iunctura
Non faciebat signum aliquod quod appareret.*
- ³⁷ *Tollebat cauda fixa figuram
Que perdebatur ibi, et sua pellis
Efficiebatur mollis, et illa altera dura.*
- ³⁸ *Ego vidi intrare brachia per ascellas,
Et duos pedes fere, qui erant curti,
Tantum elongari quantum breviabantur illa.*
- ³⁹ *Demum pedes posteriores, insimul contorti,
Effecti sunt membrum quod homo celat,
Et miser de suo duos porrexit.*
- ⁴⁰ *Dum fumus unum et reliquum celat
Colore novo, generat pilum superius
Per unam partem, et ab alia depilat,*
- ⁴¹ *Unus surrexit, et alter cecidit infra,
Non torquendo ideo lucernas impias,
Sub quibus quilibet mutabat musum.*
- ⁴² *Ille qui erat rectus, transit versus tympora;
De nimia materia que ibi supervenit,
Exierunt aures de genis simplicibus:*
- ⁴³ *Id quod non cucurrit, id retinuit,
De illo superfluo fecit nasum fatiei,
Et labia ingrossavit quantum conveniens fuit.*

minis. Demum pedes posteriores, scilicet serpentis, insimul contorti, facti sunt membrum, scilicet virile, quod homo celat ex honestate; et miser de suo, scilicet membro virili, duos porrexit, idest de membro hominis facti sunt duo pedes fere. Dum fumus unum et reliquum celat, idest tantum hominem, quam serpentem, colore novo, iam fit transformacio colorum et pilorum, et generat pilum superius, per unam partem, idest per serpentem, et ab alia depilat, idest ab homine; unus surrexit, scilicet serpens homo factus, et alter cecidit, idest homo serpens factus, infra, non torquendo, ideo propter hoc, lucernas impias, idest oculos impios factos, idest fere, sub quibus, idest oculis, quilibet mutabat musum, idest os, quia de ore hominis fiebat os fere, et de ore fere, sive serpentis, fiebat os hominis. Musum, idest aspectum.

Ille, qui erat rectus, id, idest musum, traxit versus tympora, idest fuit serpens homo factus, et de nimia materia que sibi supervenit, exierunt aures, quia serpens non habebat aures extra caput. De genis simplicibus id quod non cucurrit, ipse id retinuit; de illo superfluo fecit na-

- ⁴⁴ Quel che giacea, innanzi el muso caccia,
E gl'orecchi ritira per la testa,
Come le corna face la lumaccia ⁽¹⁾:
- ⁴⁵ E la lingua, ch'havea unita e presta
Prima a parlar, si fende, e la forchuta
Indietro si richiude, e 'l fumo resta.
- ⁴⁶ L'anima, ch'era fiera divenuta,
Suffolando fuggissi per la valle,
E l'altro dietr'allui parlando sputa.
- ⁴⁷ Poscia li volse le novelle spalle,
E disse all'altro: Via, che Buoso corra,
Com'ò fact'io, carpon, per questo calle.
- ⁴⁸ Così vid'io la septima zavorra
Mutare e trasmutare; e qui mi scusi
La novità, se fior la penna abborra.
- ⁴⁹ Et avegna che gl'ochi miei confusi
Fusser alquanto, e l'animo smagato,
Non poter quei fuggirsi tanto chiusi,
- ⁵⁰ Ch'io non conoscessi ben Puccio Sciancato: ⁵⁰ *Quod non discernere bene Puccium Scianchatum:
Et erat ille qui solus de tribus sotiis,
Qui venerunt prius, non erat mutatus:
Alter erat ille quem tu, Gaville, plangis.*

⁽¹⁾ Lumacha.

sum fatiei; et labia ingrossavit, quantum conveniens fuit. Ille qui iacebat, os antemictit, idest extendit (iste est homo serpens factus), et aures retrahit (quia homo habet aures magnas, serpens autem non) per caput, sicut facit cornua limax (coclea, secundum Tullium); et lingua, scilicet hominis, quam habebat prius unitam et promptam ad loquendum, dividitur, et forcuta in alio, idest homine serpente, recluditur, et fumus restat, idest desinit, ad denotandum quod transformacio est completa.

Ad faciliter considerandum istam transformacionem, ymagineris quod omnia membra hominis fiant membra serpentis, et e converso; et duricies serpentis in pelle, convertatur in molliciem pellis hominis, et e converso; et color albus hominis convertatur in colorem nigrum serpentis, et e converso; et pili hominis in ipso perdantur, et nascantur in serpente, perdanturque in homine.

Anima, que fera devenerat, sibillando aufugit (quia sibillare est proprium serpentis) per vallem, et alius retro eum, idest serpens homo factus, sput loquendo (quod pertinet ad hominem, scilicet loqui et sputare).

Postea ad eum volvit novellas spatulas (quia recedit a furto), et dixit ad alium, scilicet ad tertium, scilicet ad Puccium Scianchatum: Ego volo quod Bosius currat, sicut feci ego, carpando, idest carpando (est proprium ferarum),

per istum callem; idest volo quod fiat serpens, sicut ego fui. Sic vidi ego septimam zavorram mutari et transmutari, idest de serpente in hominem et de homine in serpentem. Et hic me excuset novitas, si in alia re lingua aborrat, idest variat.

Zavorra proprie est arena maris cum parvis lapillis, quam aliquando naute ponunt in navibus, quando non sunt onerate: et vocat istum locum zavorram, idest arenam, quia serpentes, saltem in Libia, stant in arena. Excusat se auctor, sicut facit Valerius, Iulius, Celsus. Dicit quod fecit sicut Sceva, si non probe fecerat. *Fior*, idest penna, stilus. *Aborra*, idest obetrat.

Et quamquam oculi mei confusi essent aliquantulum, et animus smagatus, idest timidus vel pavefactus, non potuerunt tamen illi fugere clausi, quod non discernere bene Puccium Scianchatum, claudum scilicet. Et erat ille, qui solus, de tribus sotiis, qui venerunt prius, non erat mutatus. Alter erat ille, quem tu, Gaville, plangis; idest alter fuit Guercius de Cavalcantibus, qui fuit interfectus a rusticis unius ruris, sive ville, de comitatu Florentie, que villa vocatur Gaville. Et propter mortem istius Guerci multi rustici de illa villa Gaville fuerunt interfecti, et facti sunt in illa villa multi planetus et luctus; ideo dicit textus: Tu, Gaville, *plange*, idest ploras.

UNA CONSIDERAZIONE

SOPRA LE PRIME DUE TERZINE DI QUESTO CANTO

Quando, non molti anni fa, si compose in Firenze un Comitato di egregi signori per avvisare i modi più propri a far cessare la bestemmia, che così orrendamente domina in quella parte d'Italia con tanto vitupero della vantata nostra civiltà, oltrechè con offesa gravissima alla Religione che professiamo (e il comitato ebbe a sciogliersi con la prima seduta pubblica, per brutali insulti e assulimenti della canaglia prezzolata di piazza), ci sovvenne di questo ventesimoquinto canto dell'Inferno, dove Dante ritrasse tanto al vivo tutta l'enormità della bestemmia, riferendo quella scagliata contro Dio dall'empio Vanni Fucci di Pistoia, e la spaventevole punizione, di cui lo vide colpito nell'avvoltarglisi sull'istante al collo una serpe,

Come dicesse: Io non vo che più diche;
E un'altra alle braccia rilegollo,
Ribadendo sè stessa si dinanzi
Che non potea con esse dare un crollo!

Osservava già l'abate Michele Colombo, essere impossibile immaginare più propria e terribile punizione. Nè, per verità, aggiungiamo noi, si saprebbe più vivamente e propriamente rappresentare la feroce rabbia e l'odio di un dannato contro Dio! La bestemmia in bocca a questo sciagurato ha un'espressione talmente oscena e villana, che gli stessi diavoli ne sentono orrore: ma la punizione vi corrisponde. Nè alcuno mai potrebbe ritrar meglio cotesto empio, di quello che fece egli di sè medesimo, dicendo:

. Io piovvi di Toscana,
Poco tempo è, in questa gola fera:
Vita bestial mi piacque, e non umana,
Siccome a mul ch'io fui: son Vanni Fucci
Bestia, e Pistoia mi fu degna tana.

Tutto questo per certi moderni comentatori, che pur mostransi gelosissimi dell'onore del nome italiano, è nulla! Ei s'adombrano d'altro! ed hanno per gran valentia ferir la Chiesa!

Ma direm noi ch'essi compiano la benefica missione, a cui miro col suo Poema l'Alighieri, cioè di far rientrare nel sentimento della loro vita, veramente civile e cristiana, le italiane città, e ricondurle a mostrarsi degne di sè stesse?

Invece, quanta abbondanza ed efficacia di civili e nobili ammaestramenti non si potrebbero trarre dallo studio e dalla spiegazione del gran Poema a morale miglioramento del nostro paese, e a cessazione di certi brutti vizi, che ora, non meno che a' tempi di Dante, e forse peggio, lo infestano; in somma, ad accrescimento e perfezionamento della nostra civiltà, come già si usò quando veniva cristianamente commentato al popolo da' sacri pergami, e come, tra gli altri, fece anche il nostro Serravalle nella sua cattedrale di Fermo! O crediamo davvero che profitterà alla cara patria nostra il ridurlo ad un poema di setta, che miri soltanto a discreditare quanto da' nostri padri ci fu lasciato di più sacro e venerando, uno strumento che rinfocchi miserande passioni ed ecciti odii di morte?

E si noti che, spiegato da uomini probi e sapienti, i quali avessero il coraggio della fede, che dentro sè stessi non possono rinnegare, darebbe frutti mirabilissimi nella gioventù per gli attrattamenti dell'arte, che vi splende tanto divinamente, e per la vita stessa del Poeta. Misera condizione nostra, di spesso pigliarci quasi giuoco, non per altro che per un misero fiato di vento, di quelle che sono le maggiori nostre glorie; e forse perchè siamo convinti, che non potranno mai perire!

Noi parliamo spesso, e forse anche troppo, di civiltà: ma che cosa è cotesta civiltà, se non si appalesi in un continuo progredimento così dell'individuo, come delle nazioni, in renderci interiormente perfetti corrispondentemente al sereno lume della ragione, e della fede che vi mette compimento, e tale perfezione non si estrinsechi e dia i suoi frutti negli atti tutti della vita privata e pubblica, onde consiste l'essere delle nazioni? Noi non crederemo mai che in sole vaghe idealità, alle quali non corrispondano i fatti, possa consistere l'opera dell'incivilimento, a cui Dio destinò l'uomo su questa terra.

CAPITULI VICESIMISEXTI SUMMARIUM

In vicesimosexto capitulo, quod incipit: *Gaude Florentia, ex quo es tam magna*, etc., auctor tractat de octava Malibolgia, in qua punitur una species fraudis, que dicitur malitia, alio nomine astutia naturalis, usitata in malum proximorum. Nam aliqui sunt valde astuti, ymo astutissimi, idest subtiles in ingenio ad faciendum agibilia, et utuntur tali subtilitate ingenii ad malum aliorum et in dampnum proximorum. Aristotiles vero, in septimo Ethicorum, vocat istam subtilitatem ingenii, malitiam: laudat autem Aristotiles astutiam, quam dicit esse subtilitatem ingenii, usitatam in bonum; malitiam autem vituperat, asserens illam talem esse subtilitatem ingenii, usitatam in malum et in dampnum aliorum. Et ideo dicit hic auctor, quod ipse vult refrenare ingenium suum, esto quod sit subtile, ne quovis modo utatur ipso ad malum. Hic ergo, in hoc capitulo, ponitur pena talium malitiosorum, que talis est. In ista valle sunt multe flamme et quasi infinite, ac si in innumerabilibus locis ibi esset magnus ignis, qui faceret flammam in altum ascendentem. Erant ibi quasi infiniti ignes, et in quolibet istorum ignium, sive in qualibet istarum flammarum, punitur aliquis malitiosus; et tales malitiosi stant absconsi in istis flammis igneis. Et merito hoc fingit auctor, quod ille flamme vadunt vagando per istam octavam vallem; que flamme celant et abscondunt malitiosos in semetipsis, multis rationibus. Prima est, quia tale subtile ingenium procedit a caliditate: dicit enim Aristotiles,

quod qui sunt frigide complexionis, sunt bene memorosi; qui autem calide, sunt ingeniosi: aliqui tamen habent utrumque. Secunda ratio est, quia ignis semper tendit in altum: sic malitiosi semper tendunt ad alta et ad superbiam. Tertia ratio est, quia ignis omnia consumit et nihil resistit igni, quia est elementum valde activum: ita nihil resistit talibus ingeniiis et malitiis et astutiis talium ingeniosorum. Nam, non potentia Hectoris, non sapientia et opes Priami, regis Troie, non auxilia omnium, qui venerunt in adiutorium Trojanorum, potuerunt resistere astutiis Ulixis. Et ideo in una flamma, que erat hic, que ascendens in altum, habebat duo cornua, sicut erant duo malitiosi in ea, scilicet Ulixes et Diomedes, apparuit auctori Ulixes; de qua flamma cum Virgilio loquutus est ipse Ulixes, asserens se ivisse vagando per mare de oriente ad occidentem; et tandem tantum ivit inter occidentem et aquilonem, quod ipse vidit aliquid de terra alterius emispirii, scilicet poli anthartici; et tunc suffucatus fuit cum omnibus suis sotiis, qui erant secum in galea sua. Et nota quod quis potest uti malitia tali, vel ingenio, vel quantum ad facta propria et ea que ad se pertinent, et de tali subtilitate ingenii loquitur capitulum presens vicesimumsextum: aliquando potest quis uti tali ingenio in alienis factis, et de ista secunda specie tractabitur in capitulo sequenti, scilicet in vicesimoseptimo.

CAPITULUM VICESIMUMSEXTUM

- ¹ Ghode, Firenze, poi che se'si grande,
Che per mar e per terra bacti l'hali,
E per l'Inferno l tuo nome si spande.
- ² Tra li ladron trovai cinque cotali
Tuoi cittadini, onde mi vien vergogna,
E tu in grande honranza non ne sali.
- ³ Ma se press'al mattin del ver si sogna,
Tu sentirai, di qua da picciol tempo,
Di quel che Prato, non ch'altri, t'agogna.

Gaude Florentia, ex quo es tam grandis. Gode, Firenze mia, poichè si grande: istud est vicesimumsextum capitulum, in quo auctor tractat de octava specie fraudis, que est malitia, sive mala astutia, qua quis utitur contra proximum. Dividitur autem capitulum istud in quatuor partes. In quarum prima tractat, in generali, penam talium malitiosorum, sive male astutorum. In secunda, que incipit ibi:

Io stava sott'al ponte;
Ego stabam prope pontem,

facit mentionem de duobus famosis spiritibus, scilicet Ulix et Diomede.

In tertia, que incipit ibi:

O voi, che sete;
O vos, qui estis,

iste spiritus astutissimus narrat suam peregrinationem.

In quarta, que incipit ibi:

O Fratri, dissi;
O Fratres, dixi,

indicat suam mortem et locum mortis sue et sotiorum suorum.

Primo, igitur, auctor, continuando dicta dicendis, quia dixit de quinque furibus, sive latronibus, qui fuerunt cives

- ¹ *Gaude, Florentia, ex quo es tam grandis,*
Quod per mare et per terram percussis alas,
Et per Infernum tuum nomen expanditur.
- ² *Inter latrones reperi quinque tales*
Tuos cives, unde venit michi verecundia,
Et tu in grandem honorabilitatem non ascendis.
- ³ *Sed si prope matutinum verum sompniatur,*
Tu senties, usque ad paucum tempus,
Ea que nedum Pratum, sed alii tibi agognant.

Florentini, ideo, quasi exclamando, dicit: Gaude, Florentia, que producis tales cives et filios. Et loquitur ironice, quasi dicat: Non potes gaudere, nec letari; sed bene tristari et verecundari, scilicet de magnitudine vitiorum et numero gentium malarum; ex quo es tam grandis, quod per mare et per terram, idest per mundum totum, percussis alas, et per Infernum, scilicet morale, idest per vitia, scelera et peccata, tuum nomen expanditur.

Inter latrones reperi quinque tales tuos cives, unde michi venit verecundia, idest ex qua verecundor; et tu in grandem honorabilitatem non ascendis, idest non honoraris. Dicit, verecundor, quia Dantes est de Florentia: idest verecundatur, quod sui cives sint tam mali; verecundatur etiam, quia isti erant milites et nobiles, et Dantes erat nobilis.

Auctor adhuc vult ostendere, quod post culpam sequitur pena, ex pronosticatione, dicens: Sed si prope matutinum verum sompniatur, tu senties usque ad paucum tempus ea, que nedum Pratum, sed alii tibi agognant, idest desiderant, vel imprecantur.

Auctor reflectit se super visione sua generali, in qua previdit quidquid scripsit in toto isto libro, quasi dicens: Si mea visio non est ex toto vana, quia non venit ex cra-

- ⁴ E se già fosse, non saria per tempo:
Così fuss'ei, da che pur esser dee;
Chè più mi graverà, co' (¹) più m'attempo.
- ⁵ Noi ci partimmo, e su per le scalee,
Che l buior n'havea facti scender pria,
Rimontò l mio maestro, e trasse mee.
- ⁶ E proseguendo la solingha via
Tralle scheggie e tra' rochi dello scoglio,
Lo piè senza la man non si spedia.
- ⁷ Allor mi dolsi, et hora mi ridoglo,
Quando drizzo la mente a ciò ch'io vidi;
E più lo ngegno afren[o] ch'io non soglo,

(¹) come.

- ⁴ *Et si iam esset, non esset tempestivum:*
Utinam nunc esset, ex quo infallanter esse debet;
Quia plus gravat me, in quanto plus senesco.
- ⁵ *Nos inde discessimus, et super scalas,*
Per quas fecerant nos borni ascendere prius,
Reascendit dux meus, et traxit me.
- ⁶ *Et persequendo solitariam viam*
Inter rupturas et runcos scopuli,
Et pes sine manu non se expediebat.
- ⁷ *Tunc dolui, et adhuc doleo iterum,*
Quando dirigo mentem ad id quod vidi;
Et plus ingenium refreno quam soleam,

pula, quia fuit in mane, hora matutina; sed provenit ex profunda speculatione; michi videtur quod statim habebis de hiis, que tibi displicebunt, infra breve tempus, et que nedum illi qui sunt tibi vicini et tibi subiecti, qui te modicum diligunt et multum odiunt, subaudi, naturaliter, sed etiam illa, que longinqui tibi augurantur, sicut sunt Pisani, Senenses, Aretini.

Et si iam esset, non esset tempestivum: utinam nunc esset, ex quo infallanter esse debet; quia plus, idest in tanto, me gravabit, in quanto plus senesco. Hic dicunt aliqui, quod auctor nescivit hic, in isto puncto, quid diceret, quia diatim et omni die videmus Florentiam melius valere. Sed respondeo et dico, quod si quis vult bene advertere, videbit, Dantem recte previdisse. Hec scripsit auctor anno Domini millesimo tercentesimo: et in anno millesimo tercentesimo quinto fuit unus ignis in civitate Florentie, et tam succensus, quod ultra tria milia domorum combusta sunt, cum perditione magnarum mercantiarum, et cum perditione magni eris; et in millesimo tercentesimo octavo fuit unum diluvium aqueum, quod omnes pontes Florentie, qui sunt de petra, ceciderunt, et perierunt in aqua bene septingente persone; demum in eodem anno Castrutius de Lucca et cum Lucimburgo fecit infinita dampna in territorio Florentino.

Notandum est hic, quod aliqui exponunt, dicentes, quod auctor imprecatur malum civitati sue; sed non bene dicunt: nam non imprecatur, sed predicit, ut timeant Deum et caveant a peccatis, timens iram Dei ne superveniat in civitatem suam. Preterea, auctor sciebat quod quanto vindicta Dei plus differtur, tanto acrius punit, iuxta illud Valerii Maximi, De neglecta religione: Lento enim gradu ira, sive iustitia, ad sui vindictam procedit, tarditatemque pene gravitate compensans. Non loquitur hic auctor cum appetitu mali civitatis Florentie, sed dubitat ne Deus magis turbetur, dum plus tardat: nam impunitas est radix ire Dei, que postea venit acerbior; nam Boetius bene probat, quod infeliciores est impunitus, quam punitus.

Nos inde discessimus, et super scalas, idest gradus, per quas fecerant nos borni, idest iniqui, scilicet demones,

ascendere prius, vel illi spiritus, reascendit dux meus et traxit me. Vult dicere, quod Virgilius redivit per illam viam ad pontem, per quam descendit, et ascendit pontem octave bolgie; et proseguendo solitariam viam, per quam nunquam quis venit, idest quia nemo unquam hanc materiam poetice descripsit, inter rupturas et runcos scopuli, ad denotandum difficultatem itineris, pes sine manu non se expediebat; quia, quando homo ascendit locum valde altum et valde clivum, oportet quod se iuvet cum manibus. Vult dicere, quod ad faciendum hanc fictionem et descriptionem, oportuit ipsum operari cum manu, pedibus, cum calamo, cum tota intentione, toto corde, tota anima, tota fantasia.

Tunc dolui, et adhuc doleo iterum, scilicet quando recordor eorum que vidi, quando dirigo mentem ad id quod vidi et plus ingenium refreno quam soleam, scilicet in inventute, ut non currat, scilicet ingenium meum, nisi virtus ipsum ducat; ita quod si stella bona, idest constellatio bona, vel melior res, idest gratia divina, que est illa que dat stelle quidquid boni habet influxionis, michi dedit bonum, quod ego michi ipsi de illo non invidiam, scilicet tollendo michi ipsi illud bonum.

Nota quod auctor noscebat illud ingenium subtile ad omnia, et quomodo habebat subtilitatem ad bonum et malum; ideo nolebat illo suo tam nobili ingenio uti ad malum, sicut, forte, aliquando fecerat in inventute. Et licet ego scirem et possem ex subtilitate mei ingenii, tamen volo abstinere.

Nota quod hic fit mentio de subtilitate ingenii. Nullum dubium est, quod a natura aliqui homines sunt subtiliores ingenii, aptiores, quam alii, ad scientiam capessendam, et habent a natura meliorem sensum naturalem. A ventre etenim matris habent hoc. Unde autem hoc proveniat, cum omnes humane anime sint eiusdem speciei et nature, durum est bene declarare.

Aliqui dicunt, quod, licet omnes anime humane sint eiusdem speciei et nature, tamen una est perfectior alia essentialiter: tamen ille excessus non variat speciem, et sic isti habent dicere, quod substantia suscipit magis et minus. Et forte quod hanc opinionem habuit Magister Ioannes de Marchia de Ripis; nec, forte, Dulmenthon hoc

- * Perchè non corra, che virtù nol guidi;
 Sì che se stella buona, o miglior cosa,
 M'ha dato'l ben, ch'i' (1) stesso non l'invidi.
 * Come'l villan, ch'al poggio si riposa,
 Nel tempo che colui (2) che'l mondo schiara,
 La faccia sua a noi tien men ascosa (3),

(1) ch'io. — (2) el sole. — (3) cioè quando va più alto la state.

negaret. Aliqui dicerent, quod una anima humana non excedit aliam in essentialibus, nec essentialiter; sed bene in naturalibus; et tunc isti habent ponere differentiam inter essentialia et naturalia; et bene potest hoc teneri gratia disputationis, et esset levius defendere hanc opinionem quam primam. Nec videtur inconueniens dicere et ponere, quod una humana anima habeat meliora naturalia quam alia. Et forte hoc non repugnaret dictis Aristotilis in libro Predicamentorum, ubi ponit de naturali potentia, vel impotentia. Et sic iste due opiniones haberent dicere, quod maior subtilitas ingenii unius anime, quam alterius, provenit a melioribus essentialibus, vel naturalibus. De accidentalibus, quod una anima est perfectior alia, hoc nemo negaret. Aliqui dicerent aliter, scilicet quod maior subtilitas ingenii provenit a constellatione, sub qua iste, vel ille, generatur, vel nascitur; et forte quod hanc opinionem tenerent aliqui astrologi. Alii dicerent, quod hoc provenit a molliori carne, vel duriori, sicut videtur velle innuere Aristotiles in secundo De anima, ubi dicit, molles carne, bene aptos; fortes autem carne, ineptos, supple, dicimus. Quia ista materia est subtilis et philosophica, bona est; sed non sit modo presentis speculationis, sive ab anima hoc procedat, sive a corpore, cui coniungitur; quia sic est, quia per experientiam videmus, quod unus homo est subtilioris ingenii quam alter.

Modo ista subtilitate ingenii potest homo uti in bonum et in malum, quia illa subtilitas se extendit ad notitiam vitiorum sicut et virtutum. Illi, qui utuntur tali subtilitate in virtuose agendo, sunt merito dicendi sapientes, et in talibus hominibus talis subtilitas merito nominatur astutia; in illis autem hominibus, qui utuntur tali subtilitate in malum et in dampnum proximorum et aliorum, potest et debet vocari malitia, idest subtilitas ingenii, usitata in dampnum proximorum et aliorum. Et tali modo procedit auctor in hoc capitulo, scilicet pro malitia; et in hoc vitio ponit aliquos valde magnos peccatores, sicut fuerunt Ulixes, Diomedes, de quibus narrat in hoc capitulo, et comes Guido, comes Urbini, sive Montisferetri, de quo tractabit in sequenti capitulo.

Et quia auctor sentiebat se habere talem subtilitatem ingenii excellentis, quam confitetur se habere a bona stella, idest constellatione, quia sub Gemini natus est, ut patebit in Paradiso, vel a meliori re, quam sit stella, scilicet a gratia divina; ideo dicit in textu, quod vult taliter uti ea, quod sibi ipsi non invidet: quia si ad malum uteretur ea, cum ipsa sit optima, et male utendo proveniret sibi ad malum, apparet quod ipsemet sibimet invideret. Qua subtilitate, forte in iuventute, idest ante tricesimum

- * *Ut non currat, nisi virtus ipsum ducat;*
Ita quod si stella bona, vel melior res,
Michi dedit bonum, quod ego michi ipse de illo
 * *Quantas rusticus, qui in podio quiescit,* ^(non invidiam)
In tempore quo ille, qui mundum clarificat,
Faciem suam a nobis tenet minus absconsam,

quintum annum, non fuit usus usquequaque bene, ideo dicit, quod plus ingenium refreno quam soleam; quia ipse videbat Ulixem et Diomedem, qui fuerunt ita subtiles in ingenio et usi fuerunt in malo tali subtilitate, in tot et tantis penis, cogitavit et voluit se abstinere ab usu talis subtilitatis.

Modo vult auctor describere penam, quam habent hii qui abusi sunt tali subtilitate ingenii, que talis est. In ista octava Maliborgia, sive valle, sunt quasi infiniti ignes, idest flamme, quasi volantes per eandem vallem; et in qualibet flamma est unus peccator. In aliqua tamen sunt duo spiritus, et forte in aliqua sunt plures, sicut in isto mundo fuerunt forsitan duo sotii ad peccandum simul circa idem peccatum, et sicut apparebit.

Cito Virgilius fuit loquutus uni flamme, in qua erant duo spiritus antiqui, scilicet Diomedis et Ulixis, qui fuerunt subtilissimi ingenii, et usi sunt tali subtilitate in malum proximorum et multorum aliorum.

Et volendo auctor dicere de quantitate et qualitate et numero istorum ignium, per quamdam comparisonem dicit, quod rusticus de sero, de mense iunii, in quo sol stat plus super terram quam in aliquo mense anni (in quo dies sunt longiores quam in toto anno, quia tunc sol est in Cancro et est signum altissimum, quia in solstitio estivali), stans apodiatum uni colli, videns et respiciens per vallem, in qua forte arat campos et colit vineam (quia ibi habet vineam, de qua vindemiat tempore vindemiarum), et videt quasi innumeras noctilucas (noctiluce sunt quidam vermes, parvi veluti musce, sunt tamen subtiliores et longiores, et non volant nisi de nocte, saltem de sero, usque ad medium noctis, et volantes aliquando apparent quasi candeles parve accense; aliquando non videntur et sic sepe aperiendo alas suas parvas, apparent lumina; claudentes alas, nihil videtur de lumine); sic apparebat auctori videre in illa octava valle tot ignes volantes hac, illac.

Sicut rusticus videt, quando musca cedit zenzalis, idest siniphibus; et hoc est de sero. Pro quo notandum est quod tempore estivo musce de die volant et molestant animalia et homines; de sero, veniente nocte obscura, musce vadunt ad quietem, et tunc zenzale, idest siniphes (species muscarum sunt), volant et molestant homines et animalia per totam noctem, de die autem non; ita de sero musca cedit zenzale, idest siniphi, quia musca de die volavit, et siniphes non. De istis zenzalis loquitur liber Exodi, quod venerunt siniphes, [et] in tali signo defecerunt Magi Pharaonis. Nunc ad textum.

Quantas rusticus, qui in podio, idest colle, quiescit, in

- ¹⁰ Quando (1) la mosca cede (2) alla zanzara (3), ¹⁰ *Sicut musca cedit siniphibus, et*
 Lucciole vede già per la vallea (4), *Videt noctilucas infra per valles,*
 Forse colà dove vendemmia (5) o ara (6); *Forte ibi ubi vindemiat et arat;*
¹¹ Di tante fiamme tutta risplendea ¹¹ *De tantis flammis tota resplendebat*
 L'octava bolgia, sì com'io m'accorsi, *Octava bolgia, prout ego perpendi,*
 Tosto ch'io fui dove'l fondo apparea. *Statim quod ego fui ubi fundus apparebat.*
¹² E qual colui (7) che si vengìo (8) cogl'orsi, ¹² *Et quemadmodum ille qui se vindicavit cum ursis,*
 Vidde'l carro d'Elya (9) al suo partire, *Vidit currum Elye in discessu,*
 Quand'e cavalli al ciel erti levorsi; *Quando equi ad celum alti se levaverunt;*
¹³ Chè nol potea sì cogl'ochi seguire, ¹³ *Quia illum non poterat ita cum oculis sequi,*
 Che vedess'altro che la fiamma sola, *Quin aliud videret quam flammam solam,*
 Sì come nuvoletta, in su salire (10); *Sicut unam nubeculam, sursum ascendere;*
¹⁴ Tal si movea ciascuna (11) per la gola ¹⁴ *Taliter se movebat quelibet per gulam*
 Del fosso, che nessuna mostra'l furto, *Fossati, ita quod nulla monstrat furtum,*
 Et ogni fiamma un peccator invola. *Et omnis flamma unum peccatorem furatur.*
¹⁵ Io stava sovra'l ponte a veder surto, ¹⁵ *Ego stabam supra pontem ad videndum surtus,*
 Sì che s'io non havessi un rochion (12) preso, *Ita quod si non apprehendissem unum runcum,*
 Caduto sarei giù senz'esser urto (13). *Cecidissem infra sine alio urtus.*

(1) in su la sera. — (2) dà luogo. — (3) che vola di nocte. — (4) valle. — (5) ha vigne o campi. — (6) al. et ara. — (7) Helyseo — (8) e n. dicò. — (9) suo maestro. — (10) al. venire. — (11) fiamma. — (12) saxo. — (13) urtato e spineto.

tempore, quo ille, idest sol, qui mundum clarificat, idest illuminat, faciem suam a nobis tenet minus absconsam (sol stat nobis minus absconsus de mense iunii, quia noctes sunt breviores); sicut musca cedit siniphibus, vel cinici, videt noctilucas (idest ciandulas, secundum Plinium De naturalibus) vel luculas, infra per valles, forte ibi ubi vindemiat et arat; de tantis flammis, idest tot, tota resplendebat octava bolgia, prout ego perpendi, statim quod ego fui ibi, ubi fundus apparebat, idest unde fundus videbatur.

Fingit hic auctor, quod isti, qui habent tam alta ingenia, ad malum eis utentes, sunt, in Inferno, involuti in flammis igneis, ita quod velati sunt circumcirca, et nihil apparet de eis. Et ille flamme vadunt vagando, quia ingenium procedit a caliditate: nam qui sunt frigide complexionis, sunt memorosi; qui vero sunt calide complexionis, sunt ingeniosi; aliqui qui habent utrumque: ergo, isti bene stant in igne. Preterea ignis semper tendit in altum; ita isti astuti semper tendunt ad alta. Ignis etiam consumit et devorat quidquid invenit combustibile; ita vix aliquid potest resistere tali astutiae, sive malitie, istis talibus. Non potentia Hectoris, non sapientia Priami, regis Troye, non tota Troya et aliorum, qui erant in adiutorio Trojanorum, potuerunt resistere astutiae et malitie Ulixis.

Adhuc auctor, volens bene describere dispositionem istius vallis, tangit unam hystoriam Sacre Scripture, que ponitur in quarto libro Regum: ubi habetur, quod, volens Deus transferre Elyam prophetam in celum, vocavit eum ultra Iordanem fluvium cum Elyseo discipulo Elye, et subito visus est unus currus igneus, quem trahebant equi in celum, super quem currum ascendit Elyas, et sic translatus est in celum, vidente Elyseo et clamante: Currus Israel et

auriga eius. Et sic stante Elyseo, currus adeo fuit elevatus, quod Elyseus non vidit eum amplius, ita quod oculi Elysei non potuerunt amplius videre currum igneum, ex quo fuit tantum elevatus. Tunc recedens Elyseus a fluvio Iordanis, et rediens ad civitatem, aliqui iuvenuli obviaverunt sibi, et illudebant eidem, dicentes: Ascende, calve; ascende, calve. Et tunc Elyseus invocavit Deum et coniuravit silvam, de qua subito exierunt ursi et interfecerunt illos iuvenulos, et sic cum ursis vindicavit se Elyseus. Sic per talem modum videbat Dantes ignes per vallem istam, sicut Elyseus vidit currum Elye in celum ascendentis. Credunt aliqui quod Elyas tunc fuit translatus in Paradisum terrestrem, ubi cum Enoch expectabit Christum ad iudicium venturum. Nunc ad textum.

Et quemadmodum ille, qui se vindicabat cum ursis, vidit currum Elye in discessu, quando equi ad celum alti se levaverunt; qui illum non poterat ita cum oculis sequi, quod aliud videret quam flammam solam, sicut unam nubeculam, sursum ascendere; taliter movebat se quelibet per gulam *fossati*; quelibet, scilicet, flammarum illarum per concavitatem fossati; ita quod nulla monstrat furtum, idest peccatorem, quem tenet occultum quasi furtum; quia fur tenet furtum, idest rem quam furatus est, occultam; et omnis flamma unum peccatorem furatur.

Ego stabam supra pontem: ista est secunda pars huius capituli, in qua fit mentio de duobus spiritibus, scilicet de Ulixes et Diomede. Et vult dicere auctor, quod ipse stabat valde attentus ad describendum conditionem istorum vulpium, idest malitiosorum, sive ingeniosorum. Dicit Ovidius: Ora uniuscuiusque te fallunt, cum perspicis aliquos sub vulpe latentes.

- 16 E'l duca, che mi vide tanto atteso,
Disse: Dentro dal fuoco⁽¹⁾ stan li spirti:
Ciascun si fascia di quel⁽²⁾ ch'è inceso.
17 Maestro mio⁽³⁾, rispos'io, per udiri
Son io più certo; ma già m'er'avviso
Che così fosse, e già volea dirti:
18 Chi è in quel fuoco, che par sì diviso
Di sopra⁽⁴⁾, che par surger della pyra,
Ove Etyocle col fratel⁽⁵⁾ fu miso?
19 Et elli a me: Là dentro si martira
Ulise e Dyomede, e così insieme⁽⁶⁾
Alla vendetta vanno com'all'ira:
20 E dentro dalla lor fiamma si geme⁽⁷⁾
L'agguato del caval, che fe'la porta⁽⁸⁾
Ond'uscì de Roman il gentil seme.

(1) al. da' fuochi et melius. — (2) fuoco. — (3) o Virgilio. — (4) ne la cima. — (5) suo Polinice. — (6) sieme. — (7) si piagne da loro. — (8) l'apertura.

Ego stabam supra pontem ad videndum *surto*, idest erectus; idest adherebam cum pectore lateri pontis, et infra respiciebam, ita quod, si non me *appodiassem*, idest si non apprehendissem unum runcum, idest scopulum, cecidissem infra sine alio *urto*, idest impulsu; idest cecidissem, etiam si nullus me impullisset. *Urto*, sive urtare, proprie equorum, quando currunt unus versus alium, et percutiunt se invicem. Idem est de navibus, quando vadunt per aquam currentes, et una obviat alteri, et percutiunt se invicem.

Et dux meus, qui me vidit tantum *attentum*, scilicet ad respiciendum illum, dixit: Intra ignes sunt spiritus: quilibet fasciatur eo, scilicet igne, quo incenditur: idest quilibet incenditur magis et minus, secundum eius demerita et qualitatem peccati.

Magister mi, respondi ego, te audiendo, idest ex hiis, que a te audio, sum ego certior; sed iam michi apparebat quod sic esset, idest prout michi dicis, et iam volebam tibi dicere, idest interrogare: Quis est in illo igne, qui venit sio divisus desuper, qui videtur surgere de pira, ubi Etheocles cum fratre, scilicet Pollinice, fuit missus?

Nota quod pira est strues, sive congeries, lignorum, in qua corpora mortuorum cum armis et ornamentis nobilium comburebantur antiquitus: in consimili pira fuerunt combusta corpora duorum germanorum in Thebarum civitate, scilicet Etheoclis et Pollinici, filiorum Edipi et Iocaste. Sic erat mos antiquorum seppellire corpora, saltem nobilium. Primo comburebantur in pira, et postea cinis reponebatur in sepulchro, vel in cassa. Postquam Edipus habuit notitiam, quomodo erat filius uxoris sue, scilicet Iocaste, scilicet de qua genuerat duos filios, inscien-ter tamen, scilicet Etheoclem et Pollinice, et duas filias, scilicet Antigone et Isiphilem, eruit sibi oculos et la-tuit sub terra, conducente eum filia sua Antigone, ut dicit Statius; et de hoc est tota quarta Tragedia Senece. Isti duo filii Iocaste et Edipi, remanserunt ad governa-

- 16 *Et dux meus, qui me vidit attentum,*
Dixit: Infra ignes sunt spiritus:
Quilibet fasciatur eo quo incenditur.
17 *Magister mi, respondi ego, te audiendo*
Sum ego certior; sed iam michi apparebat
Quod sic esset, et iam volebam tibi dicere:
18 *Quis est in illo igne, qui venit sic divisus*
De supra, qui videtur surgere de pira,
Ubi Theocles cum fratre fuit missus?
19 *Respondit michi: Ibi cruciantur*
Ulixes et Diomedes, et sic simul
Ad vindictam currunt sicut ad iram:
20 *Et intra eorum flamma gemitur*
Latibulum equi, qui fecit portam
Unde exivit Romanorum gentile semen.

tionem civitatis Thebarum; et quia regimen non capit duos, non possunt esse duo reges simul, sic fuit delibera-tum, quod unus eorum esset rex uno anno, et alter altero. Quo definito, sors primo cecidit super Etheoclem, qui re-gnavit primo, germano suo Pollinice eunte vagando per regionem; quia completo anno, volebat redire ad Thebas pro rege in suo anno. Interdum ipse Pollinices accepit in uxorem filiam regis Adrasti, et factus est socer Pollinici rex Adrastus, et Pollinices suus gener. Completo anno, nequaquam Etheocles voluit cedere suo germano, nec vo-luit dare sibi regimen, sicut convenerant primo; propter quam causam Pollinices cum suo socero, rege Adrasto, et cum aliis sex regibus, inter quos erat Amphyraus, venit ad obsidendum Thebas, et facta sunt multa bella. Tandem omnes reges, qui venerunt contra Thebas, mortui sunt in campo, preter Adrastum et Pollinice. Cotidie, cotidie Pol-linices invitabat germanum suum ad duellum; tandem Etheocles acceptavit duellum. Licet mater Iocasta prohi-beret duellum, nihilominus commissum est, in tantum quod ambo germani, certantes et bellantes, invicem se interfice-rent. Quibus mortuis, mater eorum fecit fieri piram unam et ambos filios, sive ambo corpora filiorum, fecit poni in una pira; et sicut divisi erant, propter odium, vivi et in vita, ita mortui fecerunt flammam divisam, ita quod flamma, que surgebat de pira illa, erat divisa in duo cornua. Ita modo erat hic. In ista flamma, in qua erant Ulixes et Dio-medes, sicut erant sotii uniti ad male faciendum, sic hic sunt simul in hac flamma coniuncti ad penam. Respondit michi: Ibidem cruciantur, scilicet, in flamma, quam vides, Ulixes et Diomedes, et sic simul ad vindictam currunt, sicut ad iram, scilicet quam habuerunt contra Troyam.

Modo tangit auctor aliqua mala, que isti fecerunt, pro-pter astutiam Ulixis, dicens: Et inter eorum flammam gemitur, idest deploratur, latibulum equi, quod fecit por-tam, unde exivit Romanorum gentile semen, idest nobile.

- 21 Piangevis' entro l'arte, perch'è morta
E Deidamia ancor si duol d'Achille,
E del Palladio pena vi si porta.
22 Se posson dentro da quelle faville
Parlar, diss'io⁽¹⁾, maestro, assai ten priego,
E riprego che 'l prego vagla mille,
23 Che non mi faci dell'attender⁽²⁾ niego⁽³⁾,
Finchè la fiamma cornuta qua vegna:
Vedi che per desio ver lei mi piego.
24 Et elli a me: La tua preghiera è degna
Di molta loda, et io però l'accepto;
Ma fa' che la tua lingua si sostegna⁽⁴⁾,
25 Lascia pur dir a me, ch' i' ho concepto
Ciò che tu vuoi: ch' e sarebbeno schivi⁽⁵⁾,
Perch' e' fur Greci, forse del tuo decto.

(1) o. — (2) aspectar. — (3) negatione. — (4) taccia. — (5) schifi.

- 21 *Plangitur ibidem ars, ex qua mortua*
Diademia adhuc dolet de Achille,
Et Palladio ibi pena portatur.
22 *Si possunt intra illas favillas*
Loqui, dixi ego, magister, satis te precor,
Et iterum rogo quod unum rogamen valeat mille,
23 *Quod non facias michi expectandi negationem,*
Usquequo flamma cornuta huc veniat:
Videas quod ex desiderio iam ad eam me plico.
24 *Et ipse ad me: Tue preces sunt digne*
Multa laude, et ideo illas accepto;
Sed fac quod tua lingua se absteineat.
25 *Permictas me loqui, quia ego concepi*
Id quod tu vis: quia ipsi essent schivi,
Quoniam fuerunt Greci, forte de tuo dictu.

Nota quod tempore Ilii, quinti regis Troye, cecidit de celo una ymago super arcem Palladis; qua reperta, Tro-yanii voluerunt scire quid hec ymago significaret; et con-sulto Apolline in suo templo, quod est in Gretia, habue-runt responsum, quod donec idolum duraret et esset in Troya, nunquam Troya posset perire. Et ideo semper stabant ducenti homines armati ad custodiendum istud idolum, quod vocabatur Palladium. Ulixes vero bene scie-bat tale responsum Apollinis; qui scivit taliter facere, quod ipse furatus fuit istud Palladium: aliqui dicunt, quod cum pecuniis corripit custodes, et sic habuit Palladium. Quo habito, ipse Ulixes fecit fieri equum Trojanum, de quo loquitur Virgilius in secundo Eneydos, quem finxit fieri fecisse pro restauratione ablationis Palladii, quia domina Pallas non permictebat Grecos recedere de partibus Troye, nec redire ad Gretiam. Fecit ergo astutia sua fieri Ulixes unum equum ligneum, in cuius alvo, sive ventre, stabant quingenti viri armati; et quia fuit tam magnus, non po-terat intrare per portas murorum Troye: sed oportuit quod murus rumperetur per magnum spatium, et sic de-structa fuit Troya. Modo iste equus fuit fabricatus propter astutiam Ulixis, qui hic ita punitur.

Notandum est etiam, quod hic deplorat Ulixes inven-tionem Achillis: quoniam, ut tactum est capitulo decimose-cundo, quando Thetis, mater Achillis, misit ipsum indutum ad modum unius puellae, et sicut puella nutritus per Chiron-tem, et cum filiabus Chirontis commorabatur die noctuque, postquam ipse devenit ad tempus adultionis, et idem acci-debat Diademie, filie Chirontis, ipsi duo commiscuerunt se invicem carnaliter: nec poterat reperiri Achilles, quia nemo noscebat eum, cum esset indutus vestibus muliebribus. Tamen Ulixes scivit sic explorare ab oraculo Dei Apollinis, quod habuit tale responsum: scilicet ubi reperiretur una mulier, que delectaretur in armis, ut in ense, gladio, in pu-gionibus, et galea, et hiis que spectant ad virum, ille esset Achilles. Tunc Ulixes finxit se mercatorem et portabat mercantias ad vendendum; et portabat localia pertinentia

ad viros, et ad mulieres etiam. Sic pro mulieribus bran-sias, sarta aliqua, instrumenta ad filandum, etc.; enses, lanceas, et huiusmodi, pro viris. Et perveniens ad Aschirum, abitationem Chirontis, subito fama fuit, quod quidam vene-rat, qui portaverat plura venalia. Subito filie Chirontis regis et domini Aschiri, venerunt ad emendum. Filie, que vere erant femine, non tangebant nec intuebantur nisi feminalia; Achilles vero non tangebatur nisi virilia, ut en-ses, etc. Et sic Ulixes reperit Achillem; quo reperto, necesse fuit quod ipse iret ad bellum troyanum: quo de Aschiro recedente, Diademia seipsam interfecit. Omnium istorum causa fuit astutia Ulixis. Sic autem domina Thetis, mater Achillis, disposuerat, ut staret et nutriretur in vestibus mulieribus, ut non posset reperiri, ut non adstringeretur ire ad bellum; quia ipsa Thetis habebat pro augurio, quod ipse Achilles debebat interfici in exercitu Grecorum contra Troyam, sicut et evenit. Ideo sequitur in textu: Plangitur ibidem ars, ex qua mortua Diademia adhuc dolet de Achille; et de Palladio pena ibi portatur. Ars, scilicet, bellandi. In Statio, scilicet Achilleydos, totum hoc clare reperitur; sci-licet discessus Achillis a Diademia, etc., quando ivit in obsidionem troyanam.

Si possunt intra illas flammam loqui, dixi ego, magister, satis te precor, et iterum rogo, ita quod rogamen unum val-leat mille. Est modus loquendi ytalicus. Vult dicere: Rogo te instanter, quod complaceas michi, et non deneges ali-quantulum expectare; quod non facias michi expectandi, vel de expectando, negationem, usquequo flamma *cornuta* huc veniat: videas, idest videre potes, quod ex desiderio iam ad eam me plico, idest inclino. Dicit *cornuta*, quia erat divisa in duas partes, in una quarum cruciabatur Ulixes, et in alia Diomedes.

Et ipse ad me: Tue preces sunt digne multa laude, et ego ideo illas accepto. Sed fac quod tua lingua se absti-neat; idest sis aliquantulum patiens et permictas me loqui,

- 26 Quando la fiamma fu venuta quivi,
Dove parv'al mio duca tempo e loco,
In questa forma lui parlar udì.
27 O voi, che sete due dentr'ad un foco,
S'io meritai di voi mentre ch'io vissi,
S'io⁽¹⁾ meritai di voi assai o poco,
28 Quando nel mondo gl'alti versi scripsi,
Non vi movete: ma l'un di voi dica
Dove per lui perduto⁽²⁾ a morir gissi⁽³⁾.
29 Lo maggior corno della fiamma antica⁽⁴⁾
Cominciò a crollarsi mormorando,
Pur come quella cui vento affatica.
30 Indi la cima qua e là menando,
Come fusse la lingua⁽⁵⁾ che parlasse,
Gictò la voce fuor, e disse: Quando
31 Mi dipartii da Cyrce, che sottrasse⁽⁶⁾
Me più d'un anno là press'a Ghaeta,
Prima che sì Enea là nominasse;
32 Nè dolcezza di figlio⁽⁷⁾, nè la pietà
Del vecchio padre⁽⁸⁾, nè l'debito amore⁽⁹⁾,
El qual dovea Penelope⁽¹⁰⁾ far lieta,
33 Vincer poterono dentr'a me l'ardore
Ch'io ebbi a divenir⁽¹¹⁾ del mondo experto,
E delli sensi umani⁽¹²⁾ e del valore:
- Postquam flamma devenit illuc,
Quando visum fuit meo duci tempus et locus,
In hac forma eum loqui audivi.
27 O vos, qui estis duo intra unum ignem,
Si merui de vobis quousque vixi,
Si merui de vobis satis vel modicum,
28 Quando in mundo altos versus scripsi,
Non vos moveatis: sed unus vestrum dicat
Ad quem locum per eum ad moriendum fuit iter
[factum].
29 Maius cornu flamme antique
Cepit se movere murmurando,
Eo modo quo illa que a vento fatigatur.
30 Inde cimam huc et illuc ducendo,
Ac si esset lingua que loqueretur,
Proiecit vocem extra, et dixit: Quando
31 Discessi a Circe, que subtraxit
Me plus ab uno anno ibi prope Gaietam,
Prius quam Eneas eam sic nominaret;
32 Nec dulcedo filiorum, nec pietas
Antiqui patris, nec debitus amor,
Qui debebat Penelopem facere letam,
33 Vincere potuerunt intra me ardorem
Quem habui ad veniendum de mundo expertum,
Et de vitiis humanis et de valore:*

(1) dico. — (2) in mare. — (3) andossi. — (4) stata lì gran tempo. — (5) sua. — (6) per suoi malefici. — (7) mio Thelemaco. — (8) mio Laerte. — (9) matrimoniale. — (10) donna mia. — (11) diventar. — (12) al. e de la vita umana.

quia oportet quod cum illis loquar ego prius. Permite me loqui, quia ego concepi id quod tu vis, quia ipsi essent *schivi*, idest indignarentur, quoniam fuerunt Greci, forte de tuo dictu.

Sed cur dicit Virgilius, quod illi forte indignarentur, si Dantes cum eis loqueretur, quia erat latinus? Cur non eodem modo debebant indignari de Virgilio etiam, cum et ipse etiam esset latinus? Dicendum quod isti erant obligati Virgilio, quia ipse scripserat de ipsis, et dederat eis perpetuam famam et gloriam. Quasi dicat: Te non cognoscunt, quia omnem cognitionem quam habuit Dantes de istis, habuit a Virgilio et propter stilum Virgillii.

O vos, qui estis duo: hec est tertia pars huius capituli, in qua tractatur de duobus spiritibus, scilicet Ulixes et Diomedes. Prius quam flamma devenit illuc, quando visum fuit meo duci tempus et locus, in hac forma eum loqui audivi: O vos, qui estis duo intra unum ignem, idest qui fuistis una anima in duobus corporibus, quia nunquam ad destructionem Troie fecerunt aliquid unus sine altero in astutia de bello. Procul dubio Diomedes fuit fortis pugnator. In factis armorum duo maxime requiruntur, scilicet sensus et ensis: Ulixes faciebat cum sensu, et Diomedes cum ense. Si pro quia merui de vobis, dum vixi, idest dum scripsi de

vobis; si ego merui de vobis satis, vel parum, quando in mundo altos versus scripsi, non vos moveatis, sed unus vestrum dicat, ad quem locum per eum ad moriendum fuit iter factum. Ad moriendum et se perdendum: nam Diomedes nihil habet facere in illa astutia nisi ratione sotietatis.

Maius cornu flamme incepit se movere, idest excutere, non in persona, sed in eloquentia et astutia, murmurando eo modo, quo illa que a vento fatigatur; inde cimam, idest summitatem, huc et illuc ducendo, idest ventilando, sicut est de more ignis, ac si esset lingua, que loqueretur, proiecit vocem extra, et dixit: Quando discessi a Circe, que subtraxit me plus uno anno ibi prope Gaietam, priusquam sic Eneas eam nominaret.

Notandum, quod post excidium Troie, Ulixes, cupiens experiri omnia, et totum mundum, et mores hominum, venit ad partes Ytalie, et propter fortunam appulit ad quamdam insulam, que hodie non est plus insula, sed est terra firma, que insula vocabatur Circella. Et est mons ibi, sicut erat tunc, valde altus, qui nunc vocatur Circellus, sive mons Circelli; super quem montem, in latere, est unum castrum ad presens, quod vocatur Sancta Felix: in quo ego Episcopus Ioannes fui bene tribus vicibus, et adhuc est ibi una ruina unius magni edificii, quod fuit hospitium

- 34 Ma messi me per l'alto mare⁽¹⁾ aperto
Sol con un legno⁽²⁾ e con quella compagna⁽³⁾
Picciola, co'la qual poi fui deserto⁽⁴⁾.
35 L'un lito⁽⁵⁾ e l'altro viddi infin la Spagna,
Fin al Morocho⁽⁶⁾, e l'isola de Sardi,
E l'altre che quel mar intorno bagna.
36 Io e compagni eravàn vecchi e tardi,
Quando giugnemmo a quella foce stretta⁽⁷⁾,
Dov'Hercole segnò⁽⁸⁾ co'suoi riguardi,
37 Acciò che l'huom più oltre non si mecta⁽⁹⁾:
Da la man dextra mi lassai Sibia⁽¹⁰⁾,
Dall'altra⁽¹¹⁾ già m'havea lassato Secta⁽¹²⁾.
- Sed misi me per altum mare et apertum
Solum cum uno ligno et cum illa sotietate
Parva, a qua non fui desertus.
35 Utrumque latus vidi usque in Hyspaniam,
Usque ad Marochium, et insulam Sardorum,
Et alias quas illud mare circum balneat.
36 Ego et sotii eramus antiqui et tardi,
Quando venimus ad illam faucem strictam,
Ubi Hercules signavit sua reguardia,
37 Ut homo ulterius se non ponat:
Ad manum dexteram ibi dimisi Sibiliam,
Ad aliam iam dimiseram Septam.*

(1) Mediterraneo. — (2) nave. — (3) compagna. — (4) perduto in mare. — (5) del decto mare. — (6) Marrochio. — (7) di Viliberra. — (8) a Ghades. — (9) a navigare. — (10) città di Spagna. — (11) mano sinistra. — (12) città di Barbaria.

unius magne mage, mulieris pulcherrime, que vocabatur domina Circes, et propter suam indicibilem pulchritudinem dicebatur filia Solis, et sic fingitur a poetis. Hec fuit maxima incantatrix: sciebat facere mirabilia cibaria, fercula, pocula, cum quibus convertebat homines in bestias et beluas, postea reducebat eosdem ad pristinam formam; et ideo in stabulis suis habebat diversa animalia.

Hystoria in parte vera est, quod illa fuit insula; sed non est modo, quia circuit terra, et coniunxit se cum monte Circello; et modo non est insula, sed terra firma. In illa insula habitabat ista domina Circes, maxima meretrix, valde eloquens et sagax: que femina tam pulchritudine quam eloquentia dementabat homines, et convertebat eos quasi in bestias, etc. Hec insula erat, et est adhuc ille mons, inter Romam et Neapolim, quasi in medio: distat a Gaieta iste mons per triginta milliaria lombardica. In hac insula, cum ista domina Circe, stetit Ulixes, cum una galea et sua sotietate, per unum annum et amplius, ubi ipse Ulixes scivit se bene cavere a poculis domine Circeis; sed non sic sciverunt se cavere sotii sui, quoniam quasi omnes conversi fuerunt in bestias: tamen, postmodum, ipse Ulixes scivit eos bene restaurare.

Notandum etiam, quod quando Eneas venit ad partes Ytalie, ubi est modo Gaieta, non erat nisi una parva habitatio in cacumine montis, et vocabatur illa habitatio spelunca latronum. Applicans illuc Eneas cum suis navibus et gentibus, ibi resedit aliquibus diebus, quia nutrix sua, que lactaverat eum in Troia, infirmata est ibi, demum mortua, quam ibi fecit sepeliri. Hec sua nutrix vocabatur Gaieta. Illam habitationem auxit Eneas et vocavit eam, mutato nomine, spelunce latronum, Gaieta, a nomine nutricis sue Gaiete. Ideo dicit Virgilius in Eneydos, libro septimo in principio: Tu quoque littoribus meis, Gaieta, nomen dedisti. Iam ad textum.

Si bene inspicias, clarus erit. Iste Ulixes fuit adeo avidus experiri universum, quod omnia que debuerunt eum prohibere ne per mundum vagaret, ipse vicit. Multa sunt, que impediunt hominem ne vadat per mundum ad videndum diversas partes et regiones. Quorum unum est dulcedo

filiorum: qui enim habet filios, libenter stat cum eis ad nutriendum eos et cohabitandum cum eis. Aliud est antiquitas patris: qui habent antiquum patrem, communiter non libenter recedunt ab ipso, tum ratione pietatis, propter obsequia scilicet ad serviendum, tum etiam ratione timoris perdendi hereditatem. Tertium est uxor: qui etenim habent uxorem, non libenter dimittunt, nec dimictere debent, uxorem. Hec tria solent vincere omnem ardorem desiderii eundi per mundum. Quod non evenit in Ulixes: quia nec dulcedo filiorum, nec pietas antiqui patris, nec debitus amor, qui debebat Penelopem, scilicet uxorem Ulixis, facere letam (quia leta fuisset Penelopes uxor Ulixis, si rediisset ad domum propriam post excidium Troie, sicut redibant alii Greci), vincere potuerunt intra me ardorem quem habui ad veniendum de mundo expertum, et de vitiis humanis et de valore. Nam Ulixes habebat filium Thelemacum, unigenitum, patrem antiquum Laertem, uxorem pulcherrimam, honestissimam, scilicet Penelopem; et istis non obstantibus cathenis omnibus, volui ire per mundum ad experientiam acquirendam viginti annis, legitimo ardore commotus. Sed misi, idest posui, me per altum mare apertum, solum cum uno ligno, et cum illa sotietate parva, a qua non fui desertus, idest derelictus. Utrumque latus vidi usque in Hyspaniam, usque ad Marochium et insulam Sardorum, et alias, quas illud mare circum balneat: idest perquisivi totum mare Leonis, quod dividit Africam ab Europa. Ego et sotii eramus antiqui et tardi, scilicet fessi ex labore navigationis (vel omnis antiquus est tardus propter defectum virium deficientium), quando venimus ad aliam faucem strictam, ubi Hercules signavit sua reguardia, idest reparacula, idest ubi posuit columpnas, ultra quas non potest navigari versus Aquilonem, ut homo ulterius se non ponat, sive mictat. Ad manum dexteram ibi dimisi Sibiliam; ad aliam, scilicet sinistram, iam dimiseram Septam.

Marochium est regio in Hyspania, et est regum Saracenorum. Sardinia est in mari Leonis Mediterraneo: distat a Ianua per centum quinquaginta milliaria. Sciendum quod est unus mons in Hyspania, distans a Sibiliam per quinquaginta

- 38 O frati ⁽¹⁾, dissi ⁽²⁾, che per cento milia
Perigli ⁽³⁾ sete giunti all'occidente,
A questa tanto picciola vigilia
39 De' vostri sensi, ch'è del rimanente,
Non vogliate negar la sperienza,
Dirieto al sol, del mondo senza gente.
40 Considerate la vostra semenza:
Facti non sete a viver come bruti,
Ma per seguir virtù e conoscenza.
41 Li miei compagni fec'io sì acuti,
Con quest'oration picciola, al cammino,
Ch'a pena poscia gl'havrei ritenuti.
42 E, volta nostra poppa nel mattino,
De' remi facemm' hali al folle volo,
Sempr'acquistando dal lato mancino.
43 Tucte le stelle già dell'altro polo ⁽⁴⁾
Vedèam la nocte, e 'l nostro ⁽⁵⁾ tanto basso,
Che non sorgea fuor del marin suolo.
44 Cinque volte raccesso, e tante ⁽⁶⁾ casso ⁽⁷⁾,
Lo lum'era di socto della Luna,
Poi ch'entrati eravam nell'alto passo,

(1) miei. — (2) a compagni. — (3) pericoli. — (4) Antarthico. — (5) polo Arthico. — (6) volte. — (7) cioè cinque spento.

ginta leucas gallicas, per centum quinquaginta milliaria lombardica. Sibia est nobilis civitas in regno Castelle; civitas regalis est: alias dicitur Ispalensis. Iste mons est supra mare, et vocatur mons Gibeltarius. Istic, apud illum montem, incipit strictum Sibilie, quia inter montem Gibeltarium usque ad Barbariam non sunt nisi decem et octo milliaria lombardica, sive anglicana, que sunt eadem: et inter istud strictum mare Oceanum fluit ad mare Mediterraneum; quod postea elongatur versus oriens usque ad partes Sirie. Ab isto monte Gibeltario usque Romam mare vocatur Leoninum. Ex parte Barbarie est civitas Septe, que stat ex opposito Sibilie. Ita quod Ulixes, recedens de insula Circe, semper navigavit per mare Mediterraneum, quousque pervenit ad illud strictum: non debebat navigare ad manum sinistram quovis modo, quia non navigabile est illud versus sinistram quovis modo.

Modo auctor ponit unam pulchram arengam, sive arengariam, sive orationem, quam fecit Ulixes sotiis suis, quando pervenit ad illum locum, dicens: *O Fratres, dixi*: ista est quarta pars huius capituli, in qua Ulixes narrat mortem suam; sed, primo, recitat arengam, quam tunc fecit. *O Fratres, dixi*, qui per centum milia pericula pervenistis ad occidentem, huic tam parve vigilie, huic brevi scilicet tempore, quod restat, de vita vestra, vestrorum sensuum, qui est de residuo, ne velitis negare experientiam post solem mundi sine gente. Quasi dicens: Hucusque bene expendistis tempus vestrum; ideo etiam residuum bene expen-

- 38 *O fratres, dixi, qui per centum millia*
Pericula venistis ad occidentem,
Huic tantum parve vigilie
39 *Vestrorum sensuum, que est de residuo,*
Ne velitis negare experientiam,
Post solem, mundi sine gente.
40 *Considerate vestrum semen:*
Facti non fuistis ad vivendum tamquam bruta,
Sed propter sequi virtutem et experientiam.
41 *Meos socios feci ego ita acutos,*
Cum ista parva oratione, ad iter,
Quod vix postea illos retinuissem.
42 *Et, versa nostra puppi versus matutinum,*
De remis fecimus alas fatui volatui,
Semper acquirendo ad latus sinistrum.
43 *Omnes stellas iam alterius poli*
Videbam in nocte, et nostrum tantum infimum,
Quod non surgebat extra marinum solum.
44 *Quinques reaccensum, et totidem extinctum*
Lumen erat inferius in luna,
Postquam intraveramus altum passum,

datis; ergo, istud parum vite, quod restat vobis, sive de vita. Ulixes disponebat ire ad aliud emispirium, et ad alium polum, volens scire si aliquis habitat de subtus, idest si sint antipedes nostri, an non: ideo dicit, post solem mundi sine gente. Considerate vestrum semen: facti non fuistis ad vivendum tamquam bruta, idest animalia; sed ad habendum virtutem et cognitionem. Meos socios feci ego ita acutos (idest eos ad veniendum ita animavi, quod nullo modo, post hec dicta, potuissem illos retinere quin vellent ire) cum illa parva oratione, ad iter, quod vix postea illos retinuissem. Nam Ulixes fuit pulcherrimus orator, fuit eloquentissimus.

Et versa nostra puppi versus matutinum, de remis fecimus alas fatuo volatui, semper acquirendo de mari, supple, ad latus sinistrum. Fatuo volatui, idest fallaci, sicut patuit ab effectu, quia ex illo sunt suffocati et submersi. Fuit temerarius, et male evenit sibi. Sinistrum, idest e converso, versus austrum, versus meridiem, relinquendo polum nostrum.

Omnes stellas iam alterius poli videbam illa nocte, et nostrum tantum infimum, idest polum articum, quod non surgebat extra marinum solum. Hoc dictum est impossibile, quia ille non apparet. *Marinum solum*, idest de superficie maris.

Quinques reaccensum et totidem extinctum lumen erat inferius, idest in illo alto mari, in luna, postquam intra-

- 45 Quando n'apparve una montagna ⁽¹⁾ bruna
Per la distanza, e parvemi alta tanto,
Quanto veduta mai n'havessi alcuna.
46 Noi ci allegrammo, e tosto tornò in pianto;
Chè de la nuova terra un turbo nacque,
E percosse del legno ⁽²⁾ el primo canto ⁽³⁾:
47 Tre volte 'l fe' girar ⁽⁴⁾ con tucte l'acque,
A la quarta ⁽⁵⁾ levar ⁽⁶⁾ la prora ⁽⁷⁾ in suso ⁽⁸⁾,
E la poppa ⁽⁹⁾ andar ⁽¹⁰⁾ giù, com' altrui ⁽¹¹⁾
Tanto che 'l mar ⁽¹²⁾ fu sovra noi richiuso.
- 45 *Quando nobis apparuit una montanea nigra*
Propter distantiam, et apparebat alta tantum,
Quantum non videram adhuc aliquam.
46 *Nos tunc letati fuimus, sed cito conversum est in*
Quia de nova terra unus turbo natus est,
Et percussit ligni primum angulum:
47 *Ter fecit ipsum circumduci cum totis aquis,*
Quarta levare sursum puppim,
Et proram ire deorsum, sicut alteri placuit,
Quousque mare fuit supra nos reclusum.

(1) isola. — (2) nave. — (3) la prua. — (4) intorno. — (5) volta. — (6) fè. — (7) al. poppa. — (8) alto. — (9) al. la prora. — (10) fe'. — (11) a Dio, quem noluit nominare ex indignatione. — (12) Oceano.

veramus in altum passum, quando nobis apparuit una montanea nigra, idest bruna, propter distantiam. Illa erat mons Purgatorii, ad quem non potest iri; et illa erat alta tantum, quantum non videram adhuc aliquam.

Nos tunc letati fuimus; sed cito conversum est, idest illud gaudium, in planctum; quia de nova terra unus turbo (ventus tempestuosus est, involvens undas) natus est, et percussit ligni primum angulum; idest primam partem, proram scilicet. Ter fecit ipsum circumduci cum totis aquis; quarta, scilicet vice, levare puppim sursum, et proram ire

deorsum, sicut alteri placuit, quousque mare fuit super nos reclusum.

Nota quod multe sunt opiniones de morte Ulixis. Aliqui dicunt, quod filius domine Circeis, interfecit eum in insula Circes: aliqui dicunt, quod ipsum redeuntem de Troya post excidium eius, suus proprius filius interfecit eum, scilicet Thelemacus. Et ista est communior opinio. Sed quid dicemus ad auctorem, qui ponit, eum mortuum fuisse, ut textus dicit? Dicendum est hic, quod facit hanc fictionem, ad denotandum, quod magnanimi, sicut fuit Ulixes, propter nullum periculum dimittunt aliquid inexpertum propter posse vivere gloriose.



Dante, in questo canto, accenna egli, o no, nel suo pensiero, al mondo degli antipodi, scoperto poi con tanta gloria nostra dal Colombo? Noi crediamo che sì. Imperocché, se ci sorprendono, e hanno in sé del misterioso, que' versi di Seneca:

..... venient annis
Saecula seris, quibus Oceanus
Vincula rerum laxet, et ingens
Pateat tellus, Tiphisque novos
Detegat orbes, nec sit terris
Ultima Thule;

il racconto, che qui fa Ulisse della navigazione intrapresa coi suoi compagni, « per divenir del mondo esperto », ci par tale, da non potersi dubitare che il Poeta tenesse per indubitata quella esistenza e ne presentisse il non lontano scoprimento. E non importa che nel Convito, secondo la comune scienza di que' di scrivesse, per lui esser provato, « questo mondo (cioè la terra) stare in sé stabile e fisso in sempiterno »; e « assai bastare alla gente, alla quale parlava, per la grande autorità di Aristotile, sapere che questa terra è fissa, e non gira, e che essa col mare è centro al cielo (Convito, tratt. II, cap. V). » La venerazione, che si aveva allora al Filosofo Stagirita, non gli consentì, nella prosa, dire altrimenti.

Ci confermiamo nella nostra opinione, dall'aver egli conosciuto la legge universale di gravità, che poi acquistò tanta gloria al Newton, e dall'averla così mirabilmente espressa nel

..... punto,
Al qual si traggon d'ogni parte i pesi:

idea, che necessariamente dovette dargli la certezza scientifica della forma sferica del nostro globo, e quindi la facile credenza degli antipodi. E però, arrivato col suo maestro al centro infernale, poté tanto sicuramente trarsene fuori dalla parte opposta a quella per cui v'eran discesi, e quivi usciti sulle spiagge della ridente marina, fissare di nuovo il

... bel pianeta, che ad amar conforta;

e volti a destra, vagheggiare all'altro polo le quattro stelle,
Non viste mai fuor che alla prima gente.

Fin dal 1853 noi pubblicavamo, su questo meraviglioso racconto, le linee seguenti, in un lavoro che traducemmo dal francese (*L'arte in Italia, Dante Alighieri e la Divina Commedia, opera storico-critico-estetica del barone DROUILHET DE SIGALAS, colgarizzata, illustrata, etc. tom. II; Genova, 1853*): e confessiamo che il qui ripeterle ci torna di una tal quale compiacenza. In questo ammirabile racconto, messo in bocca di Ulisse, racconto così antico nella sostanza, come nuovo nella forma, e semplice come un canto di Omero, senza dubbio è qualcosa di misterioso, cioè una tal quale rivelazione vaga ed in confuso di un mondo lontano e insino allora sconosciuto. Qual'è mai questa terra perduta, che si nasconde la sotto, dove il sole discende, nelle onde dell'Oceano? E che cos'è quella montagna, che apparisce con le creste levate sopra le onde del mare? Insomma, che cos'è quel mondo nuovo, dimenticato nell'estremo occidente, a cui Ulisse e Diomede si avvisano di arrivare, ma

invece, sopraffatti da un subbollimento d'onde, miseramente periscono?

Tenendoci al simbolo, in questa breve e mesta istoria dell'intrepido navigatore, che precede il Colombo nel solcare mari ancora vergini, e nella sublime poesia che l'informa, tu senti il desiderio dell'incognito e dell'infinito, che travaglia senza posa tutte le anime grandi su questa terra; l'immenso desiderio, cioè, di conoscere, che mai in noi non quietata e che nulla può quaggiù soddisfare. Esso traspare dalle seguenti parole, profondamente filosofiche, di Ulisse:

O frati,... che per cento milia
Perigli siete giunti all'occidente,
A questa tanto piccola vigilia
De' vostri sensi, ch'è del rimanente,
Non vogliate negar l'esperienza,
Di retro al sol, del mondo senza gente.
Considerate la vostra semenza:
Fatti non foste a viver come bruti,
Ma per seguire virtute e conoscenza.

E tale veramente è la grande missione, che l'uomo ebbe dalla Provvidenza su questa terra: far della sua vita un'aspirazione continua verso l'ideale sommo, che ne informa ed agita l'intelligenza, per conseguirlo e in esso trovar la luce di cui abbisogna, ed in questa quietare e aver pace. L'antico mondo non disconobbe questa nostra destinazione. Se non che, navigatore senza bussola, e appena con qualche lontano barlume, a cui rivolgersi, in sì vasto oceano, se giunse ad intraveder la nuova terra che cercava, non riuscì a mettervi il piede; anzi naufragò, e il mare gli si chiuse sopra. Così Socrate presentiva il vero dell'unità di Dio, e Platone quello dell'immortalità dell'anima; ma queste ed altre simiglianti verità, rotti avanzi di una rivelazione smarrita, non apparvero al loro intelletto che come avvolte di negre ombre in una immensa lontananza. Questo volle forse indicare l'Alighieri nella *montagna bruna ed alta tanto*, immersa nei vapori dell'occidente, che Ulisse e compagni intravidero, quando da essa

..... un turbo nacque
che
... percosse del legno il primo canto,
e
Tre volte il fè girar con tutte l'acque,
Alla quarta levar la popa in suso,
E la prora ire in giù, com'altrui piacque,
In fin che'l mar fu sopra noi richiuso.

Tornando poi al senso letterale, noi non disconveniamo dai Commentatori, che videro in quella *nuova terra*, o l'Atlantide di Platone, o l'America. E ripetiamo, che chi fin da que'tempi seppe indovinare la solenne legge di gravità della natura, e formularla, può star benissimo che precedesse il Colombo nel tener certa l'esistenza del Novello Mondo, che questi poi discoperse. E oggi ci conferman vieppiù in tale opinione le recentissime indagini storiche, che mettono fuor di dubbio averne i Normanni avuto certa conoscenza fin dal secolo decimo.

CAPITULI VICESIMISEPTIMI SUMMARIUM

In isto capitulo vicesimoseptimo, quod incipit: *Iam flamma se crexerat*, tractat auctor et declarat de secunda specie malitie, scilicet quando quis utitur subtilitate sui ingenii in malum quantum ad alias personas, scilicet male consulendo et mala consilia dando; in quo capitulo ponit unum spiritum valde astutum. Ille fuit spiritus cuiusdam comitis de Urbino, nomine comitis Guidonis antiqui, qui fuit malitiosissimus homo, et cuius opera magna et gesta grandia fuerunt, ut ipsemet de se testatur, vulpina et non leonina, idest per malitiam facta et non per fortitudinem, qui narrat auctori multa: inter alia dixit se fuisse Fratrem Minorem. Ideo notandum, quod hic comes Guido, existens antiquus, dimisit dominium filio suo comiti Frederico, et intravit Ordinem Sancti Francisci bene ob devocionem. Tunc temporis papa Bonifatius octavus habebat guerram cum illis nobilibus romanis de Columpna, et obsidebat civitatem Penestrini, que est in Campania; et non valens vi vincere, sciens ex fama quod iste Frater Minor erat tam malitiosus, misit pro eo et petiit ab eo consilium, quomodo posset vincere Pene-

strinum et illos de Columpna. Qui dixit: Pater Sanctissime, ego ammodo sum Frater Minor: non licet michi amplius uti malitia: ego peccarem nimis. Cui dixit papa: Ego habeo claves regni celorum: ex nunc te absolvo ab omnibus peccatis, que commissurus es. Tunc iste dedit consilium tale ipsi pape: Promicte multa et observa pauca. Et de multa malitia instruxit papam: unde papa habuit suam voluntatem plenam. De tali peccato iste Frater nunquam fuit confessus, nec penituit eum suorum peccatorum commissorum post talia verba pape. Quando mortuus est, Sanctus Franciscus veniebat pro anima sua: sed unus dyabolus arripuit eam, dicens: Mea est, quia commisit multa peccata, de quibus nunquam penituit eam, nec confessus fuit, et de quibus papa non potuit ipsum absolvere, quia non potest fieri absolutio nisi precedat contritio et penitencia: non credebatis quod essem loycus? Et sic portavit animam ipsius comitis dyabolus ad hunc locum Inferni, ubi est iste ignis, qui nominatur ignis fur, quia furatur, idest abscondit, peccatores, sicut ipsi erant abscondi, idest clandestini, in suis astutiis et malitiis in vita.

CAPITULUM VICESIMUMSEPTIMUM

- ¹ Già era drieta in su la fiamma⁽¹⁾ e queta⁽²⁾,
Per non dir più, e già da noi sen gia⁽³⁾
Colla licenza del dolce Poeta⁽⁴⁾;
² Quand' un'altra, che dietro a lei venia,
Ne fece⁽⁵⁾ volger gl'ochi alla sua cima,
Per un confuso suon che fuor n'uscìa.
³ Come 'l bue sicilian che muglò prima
Col pianto di colui⁽⁶⁾ (e ciò fu drieto⁽⁷⁾)
Che l'havea temperato con sua lima,

(¹) d'Ulisse. — (²) al. cheta. — (³) partiva. — (⁴) Virgilio. — (⁵) a noi. — (⁶) di Perillo. — (⁷) giusto.

Iam recta erat sursum flamma, etc. Già era diretta in su la fiamma: istud est vicesimumseptimum capitulum huius Inferni, in quo auctor, ex quo tractavit in capitulo precedenti de una specie malitie, sive male astutie, qua homines in se, et propter se, et ratione sui, utuntur in dampnum aliorum, in hoc tractat de una alia specie malitie, seu male astutie, qua nonnulli utuntur, non in propriis factis, sed in alienis, scilicet in dando astuta, sive malitiosa, consilia, et docendo sagacitates in dampnum aliorum. Dividitur autem istud capitulum in quatuor partes. Quarum in prima parte auctor, continuans dicta dicendis, primo introducit unum spiritum modernum, qui fuit valde astutus.

In secunda parte, que incipit ibi:

Ego eram infra adhuc;
Io era giuso ancora,

auctor, ad petitionem dicti spiritus, describit totam provinciam Romandiole.

In tertia, que incipit ibi:

Postquam ignis aliquantulum;
Poichè 'l fuoco,

- ¹ *Iam recta erat in sursum flamma et quieverat,*
Ut plura non diceret, et iam a nobis recedebat
Cum licentia dulcis Poete;
² *Quando una alia, que veniebat retro nos,*
Nos fecit volvere oculos ad suam summitatem,
Propter unum confusum sonum qui inde exibat.
³ *Sicut bos sículus qui mug[i]t primitus*
Cum planctu illius (et hoc fuit rectum)
Qui eum temperaverat cum sua lima,

ille spiritus manifestat condiciones vite sue.
In quarta, que incipit ibi:

Francoiscus venit postmodum;
Francesco venne poi per me,

dictus spiritus narrat dampnationem suam.

Primo auctor, continuando dicta dicendis, subinfert: iam erat recta sursum flamma et quieverat, ut plura non diceret. Dum flamma stat recta, nihil dicit; sed quando vult aliquid dicere, movetur hinc inde, sicut a vento agigaretur: ex quo erat recta, nihil volebat amplius loqui. Et iam a nobis recedebat cum licentia dulcis Poete; quia huius poete, scilicet Virgilii, eloquentia fuit dulcissima. Quando una alia, scilicet flamma (quasi dicat, post Ulixem nemo fuit ita astutus sicut fuit iste, qui [est] in hac alia flamma, que veniebat retro nos), nos fecit volvere oculos ad suam summitatem propter unum confusum sonum, qui inde exibat; scilicet extra illam vox erat implicata et confusa in flamma, quia non erat aperta.

Ad quod bene describendum, auctor facit unam comparationem: ad cuius notitiam habendam, notandum est, quod insula Sicilie per antiquum fuit mater et nutrix tyrampno-

- ⁴ Muglava con la voce dell'afflito,
Sì che, con tucto che fosse di rame,
Pur el⁽¹⁾ pareva dal dolor traficto;
⁵ Così per non haver via nè forame
Dal principio del fuoco, in suo linguaggio
Si convertivan le parole grame.
⁶ Ma poscia ch'ebber colto lor viaggio
Su per la puncta, dandole quel guizzo
Che dato havea la lingua in lor passaggio,
⁷ Udimmò dire: O tu, a cu'io dirizzo
La voce⁽²⁾, e che parlavi mo lombardo,
Dicendo⁽³⁾: Hora ten va', non più t'adizzo⁽⁴⁾;
⁸ Perch'io sia giuncto forse alquanto tardo,
Non t'increzca ristar a parlar meco:
Vedi che non rincresce a me, che ardo.

(¹) bove. — (²) mia. — (³) ad Ulixem — (⁴) domando.

rum: ibi fuit Agathocles, mirabilis tyrampnus, tam nequitia quam sagacitate; fuit etiam Dyonisius magnus et ferox, et Dyonisius, filius istius, adhuc peior patre; fuit etiam Faleris, crudelissimus inter alios. Hic habitabat in una civitate insule Sicilie, nomine Aggregento; qui omni die exquirebat et querebat nova genera tormentorum. Quapropter quidam subtilis faber, nomine Perillus, volens complacere dicto tyrampno, fecit unum bovem de rame, sive de ere, sive de metallo, qui videbatur virus taurus: ita erat pulcher. In lateribus, sive in costis, fecit rimulam, que aperiebatur et firmabatur ita quod non disparebat, et istum donavit Faleri, dicens: Scio, domine, quod multi tentant exterminium vestrum et vestri domini; unde, si quem reperieris, fac iniici in istum bovem, sive taurum, et suppone ignem: iste clamabit, et faciet sonum bovis, ita quod non te oportebit compati a fletu, audiendo vocem bovinam. Tunc Falleris, alias iniustissimus, iustissime fecit istum fabrum per illum primo experiri hanc penam. Tunc ad textum.

Sicut bos sículus, qui mugit primitus cum planctu illius (et hoc fuit rectum, idest recte factum), qui eum temperaverat cum lima sua, idest fabricaverat cum manu sua (hoc fuit rectum, parenthesis; quasi dicens: Fuit et iustum, ut qui tam crudele tormentum aliis paraverat, ipse primitus experiretur), mugiebat primo cum voce afflictii; ita quod, quamquam esset de ere, tamen ipse apparebat a dolore transfixus, idest percussus, vel punctus; sic, quia non habebat viam neque foramen, idest quia nondum erat aperta flamma a principio, in suo *linguagio*, idest idiomate (ipse loquebatur latine, ubi Ulixes loquutus erat grece, ideo Dantes non poterat sibi loqui), convertebantur verba *grama*, idest egra, vel dolorosa.

Sed postquam captaverunt suum viagium, idest iter, super punctam, idest acutam, de flamma, dando ei illum *guiz-*

- ⁴ *Mugiebat primo cum voce afflictii,*
Ita quod, quamquam esset de ere,
Tamen ipse apparebat de dolore transfixus;
⁵ *Sic quia non habebat viam [neque] foramen*
A principio ignis, in suo linguaggio
Convertebantur verba grama.
⁶ *Sed postquam captaverunt suum viagium*
Super punctam, dando ei illum guizzum
Quem dederat lingua in eorum passagio,
⁷ *Audivimus dici: O tu, cui ego dirigo*
Vocem, et qui loquebaris nunc lombardice,
Dicendo: Issa recede, et plus te non adizzo;
⁸ *Quamquam ego venerim forte aliquantulum tardus,*
Non te tedeat remanere ad loquendum mecum:
Videas quod non tedet me, et ardeo.

sum, idest motum, quem dederat lingua in eorum *passagio*, idest transitu, audivimus dici: O tu, cui ego dirigo vocem, et qui loquebaris nunc lombardice, idest lombardice, dicendo, *issa*, idest nunc, recede, plus te non, idest *adizzo*, irritum, provocho, requiro. Comes loquitur Virgilio, quia nondum audierat Dantem loqui, quasi dicens: Nescio aliter quis sis, nisi quod nosco per vocem, quod tu es Lombardus. Fecit exordium quasi dicens: O tu, Virgili, qui fuisti lumen lingue latine, quamquam ego venerim forte aliquantulum tardus, vel tarde, non te tedeat remanere ad loquendum mecum: videas quod non tedet me, et ardeo. Vult dicere comes Guido: Quamquam tu tempore tuo fueris florens, et scripsisti de pluribus, si ego fuisset ante te, etiam de me scripsisses, quia multa feci, propter que de me etiam scripsisses.

Vere iste comes Guido fuit valens; ymo ego credo: quia vidi Chronicam comitum Montis Feretri, sive de Urbino, et inveni mirabilia de isto comite Guidone. Hic genuit comitem Fredericum antiquum, qui fuit solempnis homo; qui comes Fredericus antiquus genuit comitem Nulfum, nobilem virum; qui comes Nulfus genuit comitem Fredericum novellum; qui comes Fredericus novellus genuit comitem Antonium et fratres suos. Comes Antonius genuit comitem Guidantonium et sorores, qui nunc nobilis et notabilis dominus, et nunc per Dei gratiam est dominus Urbini, Callii, Eugubii, etc.

Redeundo ad primum comitem Guidonem antiquum, de quo hic loquitur auctor, dico quod ipse fuit excellens dominus: fuit dominus Urbini et illarum terrarum, quarum est dominus modo iste qui vivit: fuit dominus Forlivii et multarum terrarum, et credo quod in astutia ipse fuit excellentior Ulisse. Ideo Dantes hoc dicit, quasi dicens: Feci tanta, quod unusquisque bene potuisset scribere de me et de factis meis; ideo expecto te ut loquar, et ardeo.

- 9 Se tu pur mo in questo mondo ceco ⁽¹⁾
Caduto se'di quella dolce terra
Latina ⁽²⁾, ond'io tucta mia colpa reco;
10 Dimmi s'e Romagnoli han pace o guerra;
Ch'io fui de' monti ⁽³⁾ là entro ad Urbino
Nel giogo ⁽⁴⁾ da che'l Tever ⁽⁵⁾ si disserra ⁽⁶⁾.
11 Io ⁽⁷⁾ era in giuso ancor attento e chino,
Quando 'l mio duca ⁽⁸⁾ mi temptò di costa,
Dicendo: Parla tu ⁽⁹⁾, questi è latino ⁽¹⁰⁾.
12 Et io, ch'avea già prompta la risposta,
Senz'indugio a parlar incominciai ⁽¹¹⁾:
O anima, che se'laggiù ⁽¹²⁾ nascosta,
13 Romagna tua non è, e non fu mai,
Senza guerra ne' cuor de' suoi tyranni,
Ma nel paese ⁽¹³⁾ nulla hor vi lassai.
14 Ravenna sta com'è stat'è molt'anni:
L'Aquila da Polenta là si cova,
Sì che Cervia ricuopre co'suo'vanni ⁽¹⁴⁾.
- 9 Si tu nunc primo in hunc mundum cecum
Cecidisti ab illa dulci terra
Latina, unde ego meam culpam reporto;
10 Dic michi si Romandioli habent pacem vel guerram,
Quia ego fui de montibus ibi intra Urbinum
Et iugum a quo Tyber se disserrat.
11 Ego eram infra adhuc attentus et inclinatus,
Quando dux meus temptavit me ad costam,
Dicendo: Loquere tu, quia iste est latinus.
12 Et ego, qui habebam iam promptum responsum,
Sine delatione loqui cepi:
O anima, que es ibi infra absconsa,
13 Romandiola tua non est, nec unquam fuit,
Sine guerra, in corde suorum tyrannorum,
Sed in publico nullam nunc ibi dimisi.
14 Ravenna stat sicut stetit per multos annos:
Aquila de Polenta eam covat,
Ita quod Cerviam recooperit suis vannis.

(1) dell'Inferno. — (2) Italia. — (3) da Monte Feltro. — (4) dell'Alpe. — (5) fiume. — (6) nasce. — (7) Dante. — (8) Virgilio. — (9) risponde hora. — (10) e non greco come quelli di sopra. — (11) come seguita. — (12) in cotesta fiamma. — (13) al. ma palese nessuna guerra hor vi lassai. — (14) hale.

Si tu primus nunc in istum carcerem cecum cecidisti ab illa dulci terra, idest Romandiola (et illa questio facta est diu et declarata, quod non est in tota Ytalia dultior pars, non est ullum frustrum terre dultioris, quam sit Romandiola; et causas assignarem, sed essem suspectus, quia sum de Romandiola etiam ego), latina, unde meam culpam totam reco, idest reporto; die michi, si Romandioli habent pacem vel guerram, quia ego fui de montibus ibi intra Urbinum et iugum, a quo, idest unde, Tiber se disserrat, idest descendit, vel oritur, sive emanat. Tangit locum sue originis et sui domini et quasi confinia.

Solet queri, quare comes Urbini iste, scilicet comes Guido, petat de Romandiola, cum Urbinum non sit de Romandiola; nam ille, qui regit Marchiam, communiter solet habere illum titulum: Marchio Marchie Anconitane, capitaneus Urbini et rector Masse Trabarie. Preterea, est unum flumen, quod vocatur Foliu, sive Folia, quod fluit prope Urbinum per quinque milliaria lombardica, et fluit intra Arriminum et Urbinum, et dividit Romandiola a Marchia Anconitana: intrat in mare intra menia civitatis Pensauri: modo Urbinum est ultra istud flumen, dictum Foliu, vel Folia.

Dicendum est hic, quod mons Feretri, sive Feltri, est unus mons altus, rotundus, qui in circum est bene per duo milliaria; super quem montem una est civitas, que vocatur civitas Sancti Leonis, satis male habitata, cuius civitatis dominabatur iste comes Guido; et sic dominati sunt pluribus annis sui successores: et sic circum illum montem sunt multa castra, quorum ipse comes fuit dominus, et sui successores similiter. Modo illa civitas Sancti Leonis est sub dominio magnifici domini mei Karoli de Maletestis, domini

Arrimini, etc. Ista civitas Sancti Leonis bene est in Romandiola, et in comitatu istius civitatis Sancti Leonis est unum castrum, quod vocatur Penna de Billas, unde prius fuit origo magnificorum dominorum meorum de Maletestis quam de Vernulo, de quo dicitur infra in isto capitulo. Giogo: idest iugum, idest quod iugum alpiu dividit Tusciam a Romandiola.

Io era giuso ancora. Ego eram infra adhuc: hec est secunda pars huius capituli, in qua ponitur responsio facta predicto spiritui.

Ego eram infra adhuc intentus et inclinatus, quando meus dux me temptavit ad costam, idest ad latus, idest a latere, dicendo: Loquere tu, quia iste est latinus; ideo incumbit tibi loqui cum isto, qui est latinus. Cum Ulixes non potuisti loqui, quia nescis ydium grecum, sicut ego scivi et scio: nam Ulixes est grecus.

Et ego qui habebam iam promptum responsum, sine delatione loqui cepi: O anima, que es ibi infra absconsa. (quasi dicat, nescio quis sis), Romandiola tua non est nec fuit unquam, scilicet postquam habuit tyrannos, extra manus tyrannorum, sine guerra in corde suorum tyrannorum; sed in publico nullam nunc ibi dimisi. Verum est quod tunc actualiter, scilicet in millesimo tercentesimo anno, quando Dantes descendit ad Infernum, nulla guerra publica erat in Romandiola.

Primo igitur describit Ravennam, quia antiquitus fuit civitas regalis et nobilis valde. Quando Dantes incepit et composuit istum librum, dominabatur in civitate Ravennae

- 15 La terra ⁽¹⁾ che fe' già la lunga prova,
E de' Franceschi sanguinoso muchio ⁽²⁾,
Sotto le branche verdi si ritrova.
16 E'l mastin vecchio e'l nuovo da Veruchio,
Che fecen di Montagna el mal governo,
Là dove soglon far de'denti suchio.
- 15 Terra, que iam fecit longam provam,
Et de Franzigenis fecit sanguineum tumulum,
Sub branchis viridibus reperitur.
16 Mastinus novus et vetus de Veruculo,
Qui fecerunt de Montagna malam gubernationem,
Ubi solent facere e dentibus suggimentum.

(1) di Forli. — (2) fe' de Franciosi ch'eran col re Karlo.

unus dominus Guido de domo Polente, homo magne scientie et prudentie, qui semper dabat provisionem ipsi Danti; et demum, quando Dantes moriebatur, ille dictus dominus Guido fecit corpus ipsius Dantis in loco Fratrum Minorum de Ravenna honorifice sepeliri, et fecit ipse dominus Guido unum pulchrum sermonem in laudem auctoris.

Prope Ravennam super littus maris est una civitas, distans a Ravenna per quindecim milliaria, que vocatur Cervia, cuius civitatis, scilicet Cervie, tunc dictus dominus Guido erat dominus. Modo talis civitatis, scilicet Cervie, est dominus Karolus de Maletestis. Modo arma illorum dominorum de domo Polenta, est una aquila semialba et semirubea. Tunc ad textum.

Ravenna stat sicut stetit per multos annos: aquila de Polenta, idest dominus Guido de Polenta, qui habet pro arma aquilam, eam covat, idest fovet, ita quod Cerviam recooperit suis vannis, idest etiam Cervie dominatur. Vanni sunt quedam penne in summitatibus alarum accipitris, vel etiam aliarum avium.

Incipit auctor a Ravenna, que (si Cronice, quas vidi, sunt vere) est antiquior civitas Ytalie, et forte de numero primarum civitatum mundi. Fuit nobilissima civitas super littus maris, licet modo distet a mari per duo milliaria et amplius. Preterea, illa civitas habet cardinales, et nulla alia civitas mundi habet pro canonicis cardinales, nisi Ravenna; et quia ipse auctor multa beneficia recepit ab eadem, ideo incepit ab illa.

Demum fecit mentionem de Forlivio. Nota quod illi de Ordalaffis habent pro arma unum leonem cum branchis viridibus, et illi de illa domo de Ordalaffis tunc dominabantur in Forlivio. Item nota, quod in millesimo ducentesimo octogesimo septimo papa Martinus del Torso, valde gulosus, quando Karolus primus venit in Ytaliā, voluit facere reacquiri Romandiola, oppressam a tyrannis, maxime Forlivium, oppressum ab isto comite Guidone prescripto; et habuit unum solemne militem Franzigenam, nomine dominum Ioannem de Ripa, valentissimum militem, et fecit eum comitem Romandiole, et dedit ei octingentos milites Franzigenas, et misit eum Faventiam, ubi fuit optime receptus. Ivit Forlivium: non fuit receptus: quapropter ipse obsedit Forlivium, ubi erat comes Guido dominus; et quia nihil potuit facere in Forlivio, rediit Faventiam. Interim factus fuit unus falsus duplex tractatus. Nam quidam, bene omnia scientes domino comite Guidone, obtulit se daturum unam portam Forlivii, scilicet illam per quam intratur quando quis venit de Faventia, isti domino Ioanni

de Ripa, comiti noviter facto Romandiole. Tractatu ordinato, uno mane, in kalendis maii, iste dominus Ioannes, comes Romandiole, cum octingentis suis Franzigenis militibus, veniens prope Forlivium, divisit milites suos in duas partes, quarum unam relinquit prope unam quercum, precipiens eis ne recederent inde donec audirent finem; quoniam si male succederet eis, omnes de[be]bant redire ad illam quercum: tandem cum aliis sotiis assumptis intravit per illam portam in Forlivium, et comes Guido exivit per aliam, simulans se fugere, et ivit ad quercum, et devicit omnes illos qui erant apud quercum, et statim rediit ad portam per quam intraverat ille dominus Ioannes, et intravit, et omnes Franzigenas, qui intraverant, interfecit. Et ille dominus Ioannes vix in paucissimis evasit, et tunc corpora illorum Franzigenarum fuerunt adunata in platea Forlivii, et factus unus acervus fuit satis magnus de illis corporibus.

Terra, que iam fecit longam provam, idest pugnam, (hec est Forlivium) et de Franzigenis fecit sanguineum tumulum, vel stragem (quia illa corpora Gallicorum accumulata in platea Forlivii, erant sanguine madida), sub branchis viridibus reperitur; idest sub dominio illorum de Ordalaffis, qui habent pro arma branca leonis de colore viridi.

Iam transfert se ad civitatem Arrimini, ubi tunc dominabantur Maletesta antiquus et Maletestinus. Ille Maletesta antiquus fuit avus dominorum Maleteste, etiam dicti Vecchio (idest antiquus, et dominus), et Galeoti, patris presentium dominorum nostrorum, Karoli, domini Pandulfi, et Maleteste de Zesena. Isti fuerunt satis antiquitus de Penna Billorum, ut supra dictum est, castro in Monte Feretro. Veruchio, idest Veruculum, est unum solemne castrum in comitatu arriminensi, distans ab Arrimino per decem milliaria, ubi abitarunt antiqui Maleteste, ex quo discesserunt a Penna Billorum, longo tempore, et inde de Veruculo venerunt Arriminum, et facti sunt domini Arrimini; et placet auctori hic denominare Maletestas a Veruculo castro, dicens: Mastinus vetus et novus de Veruculo, sive de Veruchio, qui fecerunt de Montagna malam gubernationem, ubi solent, idest faciunt de dentibus suggimentum; idest ubi solent dominari. Iste Mastinus cepit unum nobilem virum de Arrimino, nomine Montagnam cum multis aliis, et posuit in carceribus, in quibus mortui sunt omnes. Hoc fecit in Arrimino, ubi ipsi Maleteste suggunt et mungunt.

- 17 La città di Lamone e di Sancterno
Conduce 'l lioncel del nido bianco,
Che muta parte dalla state al verno.
- 18 E quella ⁽¹⁾ a cui Savio ⁽²⁾ bagna 'l fianco,
Così com'ella s'è ⁽³⁾ tra 'l piano e 'l monte,
Tra tyranni si vive in stato franco ⁽⁴⁾.
- 19 Hora chi se', ti prego che ne conte:
Non esser duro ⁽⁵⁾ più ch'altro ⁽⁶⁾ sia stato ⁽⁷⁾,
Se 'l nome tuo nel mondo tegna fronte ⁽⁸⁾.
- 20 Poscia che 'l fuoco alquanto ebbe rughiato
Al modo suo, l'acuta puncta mosse
Di qua, di là, e poi diè cotal fiato ⁽⁹⁾:
- 17 *Civitas Allamoni et Santerni*
Conducit leunculus de nido albo,
Qui mutat partem ab estate ad yemem.
- 18 *Et illa cui Savius balneat fiancum,*
Sic sicut ipsa sedet inter planiciem et montem,
Inter tyrampnidem vivit et statum francum.
- 19 *Nunc quis es, te precor quod nobis narres:*
Non sis durus plusquam alius fuerit,
Si nomen tuum in mundo tene[a]t frontem.
- 20 *Postquam ignis aliquantulum rugit*
Modo suo, summitatem suam movit
Hinc inde, et postea dedit talem flatum:

(1) città di Cisena. — (2) fiume. — (3) al. siede. — (4) in libertà. — (5) a noi. — (6) io. — (7) a te. — (8) fama. — (9) voce.

Demum auctor transfert se ad civitates Faventie et Imole simul. Non nominat eas nomine proprio; sed nominat eas a nominibus fluviorum, quorum unus vocatur Lamone, qui currit per Faventiam; alter vocatur Sancterno, qui fluit per Imolam. Iste Sancternus antiquitus vocabatur Natrinus, secundum Plinium. Sciendum, quod Maginardus Paganus (fuit tale nomen suum) demissus a patre suo Pagano, sic vocato, pupillus, idest moriente patre, erat pupillus. Modo inter comitatum Imole et territorium Florentie est contracta que dicitur *el Podere*, idest possessio Paganorum. Pagani fuit una nobilis domus, que ibi possidebat multa castra; unde imaginans iste Paganus, quando dimictebat filium suum pupillum, inter dominium Ubaldinorum, qui sunt nobiles in Alpibus, ex una parte, et ex alia dominium comitum Guidonum, et alia parte erant tyranni de Romandiola; ideo assignavit in tutorem dominium Florentinum, idest civitatem Florentie, sive Comune. Florentini propter habere illum passum, susceperunt curam pueri, et usque ad etatem adultam fideliter substinuerunt puerum; et propter istud beneficium Maginardus semper fuit obligatus Comuni Florentie: qui fuit etiam dominus Forlivii; sed tempore auctoris iam amiserat: ideo Dantes nihil dicit de eo. Nam Dantes ubique, extra Florentiam erat affectatus parti gebelline; sed in Florentia semper tenuit partem guelfam.

Civitas Faventie, Alamonii, idest Faventia, et Santerni, idest Imola, conducit leunculos de nido albo, qui mutat partem ab estate ad yemem.

Nota quod tunc temporis, quando auctor componebat opus istud, Maginardus de Suzinana dominabatur in civitatibus Faventie et Imole. Arma illius Maginardi erat unus leunculus blavus, idest azzurrinus, in campo albo, et iste Maginardus tenebat in Alpibus partem gebellinam, et in Romandiola guelfam. Modo Alpes sunt ad partem estatis, idest ad meridiem; in Romandiola vero ille duo civitates, scilicet Faventie et Imole, sunt versus partem aquilonarem; quam partem auctor vocat yemem: ideo dicit quod leunculus, idest Maginardus, qui habebat leunculum, scilicet azzurrinum in campo albo, conducit, idest regit, illas duas civitates; qui leunculus, scilicet Maginardus, mutat partem

gebellinam, quam tenet in estate, idest in illis castris, que tenet ultra Alpes versus meridiem, ad yemem, idest in Faventia et Imola, que sunt ad partem yemis, idest ad Aquilonem.

Item nunc vertit se auctor ad Zesenam, iuxta quam fluit unum flumen, quod vocatur Savio, quod balneat muros civitatis Zesene. Ista civitas est sita, partim in colle, partim in plano; et tunc ista civitas regebatur a populo et non a tyrannidis, esto quod circumcirca ipsam esset dominium tyrannorum. Ideo dicit auctor: Et illa, scilicet civitas, cui Savio, idest fluvius, balneat fianco, idest ilia, subaudi muros; sic, sicut ipsa sedet inter planitiem et montem, inter tyrannidem vivit et statum franchum, idest securum, vel liberum.

Nunc, quis es, te precor quod nobis narres: non sis durus plus quam alius fuerit, si nomen tuum in mundo teneat frontem, idest habeat famam, duret.

Poscia che el fuoco. Postquam ignis: hec est tertia pars huius capituli, in qua auctor introducit istum spiritum ad manifestandum se et vitam suam.

Postquam ignis aliquantulum rugiit, murmuravit, modo suo, idest more, summitatem suam movit hinc inde, et postea dedit talem flatum, idest emisit talem vocem: Si ego crederem quod meum responsum esset, idest factum, persone, que unquam rediret ad mundum, ista flamma staret sine pluribus excussionibus, idest non plus loqueretur.

Hic videtur, quod comes Guido nolit famam, ymo quod timeat: dic quod verum est. Et causa est, quia iste recidivavit, idest relapsus est: postquam ceperat habitum Beati Francisci, et penituerat eum suorum peccatorum, et dederat se penitentie, rediit ad astutias suas; quod est sibi ad infamiam.

Nota quod iste comes Guido in senectute sua habuit conscientiam; et ductus penitentie, intravit Religionem Beati Francisci, et bene se habebat et vivebat secundum Regulam Beati Francisci. Evenit quod papa Bonifatius octavus habebat guerram cum illis de Columpna, et sepe

- 21 S'io credessi che mia risposta fosse
A persona che mai tornasse al mondo,
Questa fiamma staria senza più scosse ⁽¹⁾:
- 22 Ma però che già mai di questo fondo
Non tornò ⁽²⁾ vivo alcun, s'ì odo el vero,
Senza tema ⁽³⁾ d'infamia ti rispondo.
- 23 Io fui huom d'arme, e poi fui Cordelliero ⁽⁴⁾,
Credendomi, sì cinto ⁽⁵⁾, far emenda:
E certo 'l creder mio venia intero ⁽⁶⁾,
- 24 Se non fosse 'l gran Prete ⁽⁷⁾, a cui mal
Che mi rimise nelle prime colpe; ⁽⁸⁾
E come e quare ⁽⁹⁾, voglo che m'intenda.
- 25 Mentre ch'io forma fui d'ossa e di polpe,
Che la madre mi diè, l'opere mie
Non furon leonine ⁽¹⁰⁾, ma di volpe ⁽¹¹⁾.
- 26 Gl'accorgimenti e le coperte vie
Io seppi tucte; e sì menai lor arte,
Ch'al fine de la terra el suon n'uscìe ⁽¹²⁾.
- 27 Quando mi vidi giunto in quella parte
Di mia etade, ove ciascun dovrebbe
Calar le vele e raccoglier le sarte,
- 21 *Si ego crederem quod meum responsum esset*
Persone que unquam rediret ad mundum,
Ista flamma staret sine pluribus excussionibus:
- 22 *Sed quia nunquam de isto mundo*
Rediit aliquis vivus, si audio verum,
Sine timore infamie tibi respondeo.
- 23 *Ego fui homo armorum, et postea fui Cordelerius,*
Credendo, sic cinctus, facere emendam:
Et certe meum credere veniebat integrum,
- 24 *Nisi esset grandis Presbiter, quem mala apprehen-*
Qui me remisit in primas culpas; ^[dant]
Et qualiter et quomodo, volo quod tu me intelligas.
- 25 *Dum ego forma fui de ossibus et pulpis,*
Quam mater michi dedit, opera mea
Non fuerunt leonina, set vulpina.
- 26 *Avisamenta et coopertas vias*
Ego scivi omnia; et ita duxi eorum artes,
Quod ad fines terre sonus exivit.
- 27 *Quando me vidi devenisse in illam partem*
Mee etatis, ubi quilibet deberet
Deponere vela et colligere sertas,

(1) parlare. — (2) al mondo. — (3) paura. — (4) Frate Minore. — (5) de la corda. — (6) ad effecto. — (7) papa Bonifatio octavo. — (8) perchè. — (9) di fortezza corporale. — (10) d'astutia di mente. — (11) per fama ch'io ebbi.

tentaverat expugnare Penestrinum, civitatem quamdam in Campania, valde fortem. Non potens, nec valens quovis modo expugnare, memor morum dicti comitis Guidonis, iam Fratris Ordinis Minorum, misit pro eo, qui reverenter accessit. Quo accersito, papa dixit ei: Doce me modum et viam, unde possim expugnare et habere Penestrinum. Iste comes Guido excusabat se, dicens: Pater Beatissime, ego dimisi mundum pro Deo: ego nollem reintrare mundum iterum. Tunc papa dixit: Tu debes et teneris facere id quod tibi precipimus: nos habemus claves celi et regni celorum: ex nunc te absolvimus ab omnibus peccatis tuis. Et sicut Constantinus leprosus petiit consilium, unde posset liberari a lepra sua; sic Bonifatius papa petiit ab isto comite, scilicet Fratre Guidone, quod posset habere intentum suum, scilicet expugnare et obtinere Penestrinum. Tandem iste dedit sibi consilium fraudulentum; scilicet quod faceret longa et larga pacta cum illis de Columpna, et habito intento, nihil observaret de promissis. Et sic factum est. Modo, secundum fictionem auctoris, iste comes, scilicet Frater Guido, nunquam fuit confessus de isto peccato, scilicet de consilio fraudulento. Tempore mortis sue, quando obiit, non fuit confessus, quia non credebatur oportere confiteri, ex quo papa pepercit sibi omnia peccata sua, que facturus erat circa materiam quesiti a papa. Sanctus Franciscus veniebat pro anima sua: sed unus dyabolus dixit Beato Francisco: Iste est meus, quia, ex quo consilium fraudulentum Bonifatio octavo dedit, et nunquam fuit confessus, nec unquam penituit eum, meus est, quia in peccato obiit mortali. Et sic dyabolus portavit spiritum istum

ad istum locum penarum. Sed quia nunquam de isto fundo rediit aliquis, si audio verum, sine timore infamie, tibi respondeo: Ego fui homo armiger et postea fui Cordelerius, idest Frater Minor (sic vocant Gallici Fratres Minores, Cordelerios: sic dicuntur a cordula, qua cinguntur), credendo sic cinctus facere emendam, idest emendare me a peccatis meis. Et certe credere meum veniebat integrum, scilicet quod sic fuisset (audivi quod quidam solempnis homo de Maletestis, nomine dominus Pandolfus, habuit dicere: Comes Guido de Urbino factus est Frater Minor; caveamus ne fiat Guardianus Arrimini), nisi esset grandis presbiter, idest papa, quem male apprehendat, qui me remisit in primas culpas: et qualiter et quare volo quod me intelligas. Scilicet papa Bonifatius, quem mala apprehenderunt, quia miserrime moriebatur.

Dum ego forma fui de ossibus et pulpis (idest dum vixi), quam mater michi dedit, opera mea non fuerunt leonina, sed vulpina; idest non fui valens in armis, sed bene fui astutus; et de mea astutia et malitia ivit fama usque ad extremum Occidentis.

Avisamenta, idest argumenta, et coopertas vias, ego scivi omnia, et ita duxi eorum artes, quod ad fines terre sonus exivit, idest ubique sonuit fama mea: idest fui astutissimus et subtilissimi ingenii.

Quando me vidi devenisse in illam partem mee etatis, scilicet antique, ubi, idest in qua parte etatis, quilibet deberet deponere vel etia recolligere sertas, idest funes;

- ²⁸ Ciò che m'era piaciuto, allor m'increbbe;
E pentuto e confesso mi rendei,
Hay miser lasso (!) e giovato sarebbe (²).
²⁹ Ma el principe (³) de' nuovi Pharisei,
Havendo guerra presso a Laterano (⁴),
E non con Saracini, nè con Giudei;
³⁰ Chè ciascun suo nimico (⁵) era chrystiano;
E nessun (⁶) era stato a vincer Acri (!),
Nè mercatante in terra di Soldano;
³¹ Nè sommo offitio (⁸), nè gl'ordini sacri (⁹),
Guardò in sè, nè in me quel capestro (¹⁰),
Che solea far e suoi cincti (¹¹) più macri (¹²).
- ²⁸ *Quidquid prius michi placebat, tunc displicuit;
Et penitentem et confessum me reddidi,
Heu michi misero et lapso! et michi profuisset.*
²⁹ *Princeps novorum Phariseorum,
Habens guerram prope Lateranum,
Et non cum Saracenis, nec cum Iudeis;*
³⁰ *Sed quilibet inimicus suus erat christianus;
Et nullus steterat ad vincendum Acrim,
Nec mercator in terra Soldani;*
³¹ *Nec summum officium, nec sacros ordines,
Respexit in se, nec in me illud capistrum,
Quod solebat facere suos cinctos macilentiores.*

(!) me. — (2) a me. — (3) Bonifatio predecto. — (4) contra e Colonnese. — (5) di casa Colonna. — (6) di loro. — (7) città di Soria. — (8) del Papato. — (9) del sacerdozio. — (10) corda. — (11) Frati Minori. — (12) abstinenti e sobrii.

idest, moraliter loquendo, dirigere cor versus Deum, et relinquere mundum (pulchra metaphora: bonus mercator nauticus, quando diu ivit per mundum, per tot incommoda, debet appetere velle venire ad portum salutis: ita homo antiquus debet cogitare de portu salutis, scilicet finire bene in gratia Dei, deponere scilicet vanam gloriam mundi et inflationes seculi presentis; quia, teste Salomone, Ecclesiastes primo capitulo: Vanitas vanitatum et omnia vanitas: ita quod conversio istius comitis fuit facta bono et recto corde: audiui quod iste comes Guido, dum erat Frater Minor, cum sacco ibat pro pane ostiatim per totam civitatem Ancone); id quod prius michi placebat, tunc displicuit, et penitentem et confessum me reddidi, idest reduxi me ad Deum, heu misero michi! et michi profuisset, nisi princeps novorum Phariseorum (vocat hic Papam novum principem novorum Phariseorum propter effectum operum malorum), habens guerram prope Lateranum, et non cum Saracenis, nec cum Iudeis (dicitur autem Phariseus a pharises, quod est divisio, quia sacerdotes et pharisei, sive religiosi, divisi sunt et separati ab aliis hominibus, tam in victu quam in vestitu: preterea pharisei male interpretabantur legem Dei; sicut faciunt hodie plurimi sacerdotes) quod, idest sed, quilibet inimicus suus erat christianus, et nullus steterat ad vincendum Acri, sive Achon, sive Ptolemaidam (est una civitas in Suria, distans a Ierusalem per sexaginta milliaria), nec mercator in terra Soldani. Contra illos, scilicet Saracenos, vel contra illos qui pugnauerunt contra Acri, contra illos qui fecerant mercantias cum Christianis, scilicet qui venderent illos, licitum esset pugnare.

Nota quod in millesimo ducentesimo nonagesimo primo, civitas Acri, que antiquitus fuit valde nobilis civitas, et vocabatur Achon, aliquando Ptolemaida, capta fuit a Saracenis; que civitas erat in littore maris inter montem Carmeli et civitatem Berich, sive Barehi, in Palestina, in terra Promissionis, sive sancta. Saraceni ceperant in illo tempore omnes terras circum circa, de manibus Christiano-

rum, preter Achon, sive Acri: nam in partibus illis erant multa dominia Christianorum, quia ad expugnandum et ad vincendum Terram Sanctam iverunt diversi Christiani; Galli, Angli, Theutonici, Ungari, Italici, etc.; et receperunt bene triginta civitates. Tandem in processu temporis Saraceni receperunt omnes illas terras de manibus Christianorum, preter Acri, in qua erant bene viginti milia hominum armorum christianorum, et tunc maxime stabant ibi milites Templi Sancti Ioannis. Cum autem Christiani fecerint treguas cum Saracenis, et sic starent diu, homines armorum christiani, non habentes stipendium, inceperunt invadere stratas et vias publicas, et robare Saracenos, quod fuit reportatum Soldano Babilonie, qui, congregato quasi innumerabili exercitu, venit contra istam civitatem Acri, et obsedit eam. Erat autem ibi unus miles Templi, valde audax, prudens et fortis, qui sua prudentia reparabat ad omnia mala, que faciebant Saraceni; quia iam ceperant ipsi Saraceni dirumpere muros civitatis. Hic miles fuit vulneratus cum una sagitta ven[en]ata, et mortuus est. Quo mortuo, nemo Christianorum sciebat regere; unde unus fugiebat una die, alter alia, et sic civitas remansit sine defensione. Unde Saraceni ceperunt civitatem Acri: et sic et taliter evenit, quod preter mortuos, qui fuerunt valde multi, bene quadraginta millia animarum fuerunt ducte in perpetuam servitutem; ita quod Christianitas recepit magnum dampnum, detrimentum et verecundiam. Saraceni succederunt civitatem Acri, ne unquam esset amplius receptaculum Christianorum. Hoc creditur evenisse propter multa abominabilia, que committebantur ibi per Christianos. Contra Christianos apparet auctori quod non esset bene licitum Pape pugnare; ideo subiungit auctor: Nec summum officium, nec sacros ordines, respexit in se, nec in me illud capistrum, quod solebat facere suos cinctos macilentiores, idest prudentiores ad talia operandum, quia solebant esse pauperes et sobrii: hodie sunt nimis pingues et superbi.

- ³² Ma come Costantin (!) chiese Silvestro
Dentro a Syract (²) a guarir de la lebre (³),
Così mi chiese questi (!) per maestro (⁵)
³³ A guarir de la sua superba febre:
Dimandomini consiglio; et io tacetti,
Perchè le sue parole parean ebre.
³⁴ E poi mi disse: Tuo cuor non suspecti;
Fin hor t'absolvo, e tu m'insegna fare
Sì come Penestrina (⁶) in terra gecci.
³⁵ Lo ciel poss'io serrare e disserrare (!),
Come tu sai; però son due le chiavi,
Che 'l mio antecessor (⁸) non ebbe care (⁹).
- ³² *Sed sicut Constantinus quesivit ad Silvestrum
Intra Siractim ad liberandum eum de lepra,
Sic me quesivit iste in magistrum
Ad deliberandum ipsum de superba febre:
Consuluit me; et ego tacui,
Quia sua verba apparuerunt michi ebria.
Et postea dixit michi: Tuum cor non suspicetur;
Ex nunc te absolvo, et tu me doceas facere
Quomodo Penestre ad terram prosternam.
Celum ego possum claudere et aperire,
Sicut tu scis; ideo sunt due claves,
Quas meus antecessor non habuit caras.*

(1) Imperadore. — (2) monte. — (3) lebbra. — (4) Bonifatio. — (5) medico. — (6) città di Campagna. — (7) clave non errante però. — (8) papa Celestino. — (9) ma rifiutolle.

Sed sicut Constantinus quesivit Silvestrum intra Siractim ad liberandum eum de lepra, sic me quesivit in magistrum, ad liberandum eum de sua superba febre. Consuluit me; et ego tacui, quia verba sua apparuerunt michi ebria, idest vana, stulta.

Nota quod tempore Constantini imperatoris sedebat Sanctus Silvester papa in sede apostolica, qui Constantinus erat leprosus. Consultum fuit sibi, ut balnearetur in sanguine calido infantium; et conductis multis parvulis innocentibus cum matribus eorumdem, ut iugularentur simul omnes, et fieret balneum de sanguine calido eorumdem ipsi imperatori, matres plorabant et alta voce lamentabantur ululantes. Audiens autem voces mulierum plorantium et matrum ululantium, interrogavit imperator quid esset hoc. Dictum fuit sibi, quod ille clamor fiebat per matres illorum infantium qui erant interficiendi, etc. Tunc ait imperator: Nequaquam hoc fiet, ut pro sanitate mea, qui sum leprosus, interficiantur tot innocentes. Nec permisit necari infantes. Tunc, nocte sequenti, cum se sopori dedisset, vidit in sompnis Sanctos Apostolos, Petrum et Paulum, qui predixerunt sibi, ob pietatem observatam ne pueri infantes interficerentur, quod mitteret ad montem Siractim, quoniam in eo latebat papa Silvester, qui eum sanaret a lepra. De mane vigilans, et memor visionis quam habuit in sompnis, misit ad montem Siractim, qui est unus mons supra Tyberim, distans a Roma per triginta milliaria, nuncios, qui ibi inventum papam Silvestrum acersierunt eum et conducerunt Romam ad presentiam ipsius imperatoris. Qui cum perductus esset coram Cesare, requisitus ab imperatore, quomodo posset sanari a lepra, docuit Cesarem modum sanitatis, et baptizavit Cesarem, et sanatus est.

Nunc dicit auctor: Sed sicut Constantinus quesivit Silvestrum intra Siractim, idest intra montem sic vocatum, ad liberandum eum de lepra; sic me quesivit iste, idest magistrum, ad liberandum ipsum de sua superba febre. Superba febris pape Bonifatii erat ira, qua erat accensus contra Columpnenses; quia ipse Bonifatius erat inimicus ipsorum in tantum, quod deposuerat duos cardinales de

domo de Columpna et privaverat cappello cardinalatus, qui ibant et fugiebant ipsum Bonifatium quocumque poterant.

Aliqui dicunt, quod iste Constantinus, qui fuit curatus de lepra a Sancto Silvestro, fuit de Anglia, et in suo imperio mirabiliter persequatur christianos; ideo Sanctus Silvester latebat cum multis christianis in monte Siractim. Sedit super ducentos annos post Sanctum Petrum; idest a tempore Sancti Petri usque ad Beatum Silvestrum fluxerunt ducenti anni.

Papa Bonifatius obsederat Penestrinum, unde requisivit consilium, quomodo posset exterminare domum de Columpna. Elegit in suum consiliarium, et volebat, quod iste comes, Frater scilicet Guido, deponeret abitum religiosum Sancti Francisci, et esset capitaneus. Quod nequaquam voluit facere: sed dedit consilium pape, scilicet quod simularet velle recipere Columpnenses ad misericordiam, et promitteret se facturum multas gratias domui de Columpna. Et sic fecit papa Bonifatius. Promittendo multa, habuit eos in manibus, et statim fecit capi Ioannem de Ciecano, de quo ipse papa magis timebat: quo capto, omnes amici Columpnensium ceperunt fugere, et sic habuit victoriam papa de illis de Columpna propter consilium de fraudulentia, quod dedit comes, scilicet Frater Guido, ipsi. *Ebre*, idest ebrie, idest dissone, quia non conformabantur intentioni mee, quia eram religiosus effectus, et talia facere, scilicet uti armis, non licebat michi, nec Ordini meo.

Et postea dixit michi: Tuum cor non suspicetur: ex nunc te absolvo; et tu doceas me facere, quomodo Penestre, scilicet civitatem sic dictam, ad terram prosternam. Celum ego possum claudere et aperire, sicut tu scis; ideo sunt due claves, quas meus antecessor non habuit caras. Iste antecessor erat papa Celestinus, qui renunciavit papatum, ut dictum fuit in capitulo tertio istius Comedie.

- 36 Allor mi pinser gl'argomenti⁽¹⁾ gravi⁽²⁾,
Onde 'l tacer⁽³⁾ mi fu avviso 'l peggio,
E dissi: Padre, da che tu mi lavi
37 Di quel peccato, ove mo⁽⁴⁾ cader deggio,
Lunga⁽⁵⁾ promessa coll'attender corto⁽⁶⁾
Ti farà triumphar nell'alto⁽⁷⁾ seggio⁽⁸⁾.
38 Francesco⁽⁹⁾ venne poi, com'io fui morto,
Per me; ma un de' neri Cherubini⁽¹⁰⁾
Li disse: Nol portar; non mi far torto:
39 Venir sen de' quaggiù⁽¹¹⁾ tra'miei meschini⁽¹²⁾,
Perchè diede⁽¹³⁾ 'l consiglio fraudolento,
Dal qual in qua stato li so' a'erini⁽¹⁴⁾;
40 Ch'absolver non si può chi non si pente;
Nè penter e voler⁽¹⁵⁾ insieme puossi,
Per la contradiction che nol consente.
41 O me dolente! come mi riscossi,
Quando mi prese, dicendomi: Forse
Tu non credevi ch'io loycos fossi!
42 A Mynos⁽¹⁶⁾ mi portò; e quelli⁽¹⁷⁾ attorse
Octo volte la coda al dosso duro,
E poi per la gran rabbia la⁽¹⁸⁾ si morse,
43 Disse: Quest'è de'rei del fuoco furo;
Perch'io là dove vedi so' perduto,
E sì vestito⁽¹⁹⁾ andando mi raccuro⁽²⁰⁾.
- 36 *Tunc me impulerunt argumenta gravia*
Ubi tacere meum fuit apprehendi peius,
Et dixi: Pater, postquam tu me lavas
37 *Ab illo peccato, in quo nunc cadere debeo,*
Longum promittere cum observatione brevi
Te facient triumphare in alto solio.
38 *Franciscus venit postmodum, statim quod fui mortuus,*
Pro me; et unus de nigris Cherubim
Dixit: Non pos[r]tes; non facias michi iniuriam:
39 *Venire debet infra ad meos mischinos,*
Ex eo quia dedit consilium fraudulentum,
A quo usque nunc semper fui ad crines eius;
40 *Quia absolvi non potest ille quem non penitet;*
Nec penitere et velle insimul potest fieri,
Propter contradictionem que non consentit.
41 *Heu michi dolens! quantum me excussi,*
Quando ipse me cepit, dicendo michi: Forsan
Tu non cogitabas quod ego loycus essem!
42 *Ad Mynoem me portavit; et ille me attorsit*
Octo vicibus caudam ad dorsum durum,
Et postquam propter grandem rabiem illam
43 *Dixit: Iste est de reis ignis furi;*
Ex quo ubi vides sum perditus,
Et ira vestitus eundo me rancuro.

(1) suoi. — (2) in apparentia. — (3) e non consentirli. — (4) hora. — (5) grande. — (6) poco. — (7) al. sull'alto. — (8) sedia papale. — (9) sancto. — (10) demoni. — (11) nell'Inferno. — (12) dannati. — (13) dette a papa Bonifatio. — (14) al capo. — (15) pechare. — (16) giudice dell'Inferno. — (17) Mynos. — (18) coda. — (19) di fuoco. — (20) mi ravveglio, benchè tardi.

Tunc me impulerunt argumenta gravia, ubi tacere meum fuit apprehendi peius. Quia decreveram tacere, et non respondere: postquam respondi, et dedi sibi tale consilium, quod fuit sequutus, ideo sumpsi peius, quia melius per me tacuisse fuisset. Et dixi: Pater, postquam tu me lavas ab illo peccato, in quod nunc cadere debeo, longum promittere cum observatione brevi, idest multa promittere et pauca observare, te facient triumphare in alto solio, idest victoriam habebis.

Franciscus venit postmodum. Francesco venne poi: hec est pars quarta huius capituli, in qua comes Guido narrat suam dampnationem, dicens: Franciscus venit postmodum, statim sicut fui mortuus, pro me. Nota quod revelatum est cuidam Fratri spirituali, in monte Alverne, a domino Iesu Christo, quomodo, quando aliquis Frater Minor moritur, subito Sanctus Franciscus permissione divina vadit obviam anime illius. Sed unus ex nigris Cherubinis, idest demonibus, qui ceciderunt de ordine Cherubim, dixit, scilicet Sancto Francisco: Non portes, scilicet eum comitem, non facias michi iniuriam: venire debet infra, idest ad Infernum, ad meos mischinos, idest miseros peccatores, ex eo quia dedit consilium fraudulentum, a quo, scilicet

consilio, usque nunc, semper fui ad crines eius; idest ex quo dedit tale consilium, non discessi ab eo, sed semper habui eum in balia mea. Quod probat sic. Penitentia est peccata preterita plangere, et iterum plangenda non committere, quantum est possibile humane fragilitati; ergo etiam non est possibile hominem penitere peccati futuri, seu faciendi: quia absolvi non potest ille, qui non penitet; nec penitere et velle, scilicet peccare, insimul potest fieri, propter contradictionem, que id non consentit.

Heu michi dolens, quantum me excussi, scilicet quia non potui me excusare, quando ipse me cepit, dicendo michi: Forsan tu non cogitabas, quia ego loycus essem! Quasi dicens: Tu usus fuisti multa loyca in mundo, in vita tua; sed ego, demon, scivi plus quam tu.


Ad Mynoem, scilicet iudicem Inferni, me portavit; et ille attorsit, scilicet cingendo se, ut habetur in quinto capitulo huius Inferni, octo vicibus caudam ad dorsum durum, quia debebat portari ad circulum octavum; et postquam, propter grandem rabiem, illam, scilicet caudam, momordit (talís est actus conscientie, que mordet), dixit: Iste est de reis ignis furi, idest de peccatoribus qui tormentantur in

- 44 Quand'ebbe suo desir così compiuto,
La fiamma dolorando si partio,
Torcendo e dibactendo 'l corno acuto.
45 Noi passamm'oltre, el duca mio et io,
Su per lo scoglio infin en su l'altr'arco,
Che scuopre 'l fosso, in che si paga 'l fio
A quei che scommetendo⁽¹⁾ acquistâr carco. *Ab hiis qui scommetendo onera acquirunt.*
- 44 *Quando suum dictum ipse complevit,*
Flamma dolorando recessit,
Torquendo hinc inde et percutiendo cornu acutum.
45 *Nos transivimus ultra, ego et dux meus,*
Super scopulum usque ad alium arcum,
Qui cooperit fossum, in quo solvitur fio

(1) facendo scisma, parti e divisioni.

igne tamquam latrones, quia ille ignis furatur et abscondit animas. Ex quo, ubi vides ego sum perditus; et ita vestitus, idest tali flamma incensus, eundo me rancuro, idest doleo et lamentor. Quando suum dictum ipse complevit, flamma, dolorando, recessit, torquendo hinc et inde percutiendo cornu acutum.

Nos transivimus ultra, et ego et dux meus super scopulum, idest super pontem none bolgie, usque ad alium arcum qui cooperit fossum, in quo solvitur fio, idest debitum peccati et fraudis, ab hiis, qui committendo, idest transgrediendo, sive seminando scandala et mala, acquirunt onera tormentorum, idest merentur tormentari tali modo.



L'ACCENTRAMENTO DELLO SPIRITO IN SÈ STESSO NELL'INFERNO

E FRATE GUIDO DA MONTEFELTRO

Lo strazio de' miseri spiriti, passati dalla prima morte alla seconda nell'Inferno, a cui accenna il Poeta in questo canto in corrispondenza della rivelazione divina, è la terribile chiusura, l'accentramento e l'isolamento, a cui son ridotti, nella passione che quassù li fece deviare fino ad anteporla definitivamente al sommo bene; chiusura, accentramento, isolamento fuori d'ogni luce ed armonia, in cui il loro pensiero potesse come che sia mutarsi e trovare fosse pur un'ombra di refrigerio.

A mostrarci questo strazio, l'Alighieri sceglie fra tutti (e desta meraviglia) Guido da Montefeltro, già famoso tessitor d'inganni e fiero uomo di guerra per cupidigia di comando, facendone reo sin dopo d'essersi ravveduto e aver indossato a severa ammenda le divise di Francescano. Guido, a capo de' Fiorentini e de' Forlivesi combattè primamente contro Bologna; poi sgominava i Fiorentini e i Forlivesi; appresso distruggeva le armi (francesi le più) che assediavano Forlì; e infine, perditor di Cervia e di Faenza, e non domo dall'esilio in Piemonte, accettava di regger Pisa, di cui ristorate le forze, pigliava a Firenze Pontedera; ma fatta tra le due città la pace, e riconciliatosi con Bonifacio VIII, la cui mercè poté rientrare in Forlì, si rendeva penitente nell'Ordine Francescano.

A quanto ne dice in questo canto il Poeta, la sua conversione non sarebbe stata sì forte, che non ricadesse; e, che peggio è, con sì mala coscienza, che a ragione, nella finzione qui fatta, non riuscisse al Patriarca Serafico, di cui era addivenuto figliuolo, trarlo dalle branche de' neri Cherubini, i quali, morto, ne vollero l'anima lor preda. L'Alighieri pertanto finge di trovarlo nel suo Inferno, terribilmente fisso in quelle trame e fazioni ch'eran state il più di sua vita. E Guido, sorpreso di quella inaspettata apparizione, immediatamente gli chiede che cosa fosse della Romagna, che aveva già tanto insanguinata.

Se tu pur mo in questo mondo cieco
Caduto se'di quella dolce terra
Latina, onde mia colpa tutta reco;
Dimmi, se i Romagnoli han pace o guerra?

E per la singolarissima eccezione del viaggio, consentito dall'alto al Poeta in quelle sotterranee bolge, ne ha risposta; ma tale, che gli ribadisce e gli rende, se fosse possibile, più profondo il martirio.

Romagna tua non è e non fu mai
Senza guerra ne' cuor de' suoi tiranni.

L'arte (ed è quella che qui ammiriamo), con cui il Poeta, conservando intero il concetto rivelato delle pene infernali, ne varia infinitamente il modo secondo la natura della passione che vien punita, è somma. Già vedemmo gl'Indovini, che per aver superbamente voluto conoscere in questa vita il futuro, stanno laggiù sospesi come sopra il nulla, guardando un futuro che per essi non diverrà mai presente: qui vediamo gli uomini, che per cupidigia di comando si rendettero orditori di trame e flagelli di guerra a città e nazioni, spaventosamente chiusi e terribilmente fissi nella visione de' già orditi inganni e delle sparse desolazioni: ogni altra luce muta eternamente! Pensiero che, a meditarvi, atterrisce.

Ma per quale ragione Dante, a ritrarre questo strazio, sceglie Guido da Montefeltro, mettendolo a forza nel suo Inferno? egli che già ne aveva riconosciuta e lodata la sincera conversione e il fine santo con quelle solenni parole del *Convito*: « Certo, il cavalier Lancilotto non volle entrare colle vele alte, nè il nobilissimo nostro latino, Guido da Montefeltro. Bene questi nobili calarono le vele delle mondane operazioni. »

Rispondiamo col Tommaseo. Nessuno storico appone a Guido l'iniquo consiglio che dall'Alighieri gli è fatto dare al Pontefice: nè questi ne aveva bisogno. Che dunque? Forse il Poeta su qualche rumore di fama, o sulla possibilità della cosa, fondò il suo trovato. E poichè il *Convito*, dove con tanto magnifiche parole loda gli ultimi anni di Guido, pare composto verso il 1308, una delle due: o questo canto era allora già scritto, ed egli nel *Convito* lo volle espiare; o già era scritto il *Convito*, e allora nuove voci ed ire nuove gli dettarono la poetica dannazione. Comunque sia, il colloquio non fu che un romanzo storico a poter mettere il penitente Francescano nell'Inferno; non già per avversione qualsiasi a lui o al Serafico Istituto che lo accolse penitente, e per cui il Poeta sentiva sì profonda riverenza; ma a confermare la punizione contro chi egli aveva creduto che fosse stato causa di gravissime sventure all'Italia e alla Chiesa.

La vera storia della fine di Guido è, che l'anno 1297 (dicono le Cronache Umbre) recatosi al Perdono della Porziuncola in Assisi, quivi nel Convento di San Francesco gravemente infermava, santamente moriva, e aveva onorata sepoltura, decorato poi dai Cronisti e Storici dell'Ordine del titolo di Beato. E il Serravalle ricorda l'umiltà di lui, che, già conte superbo, vestite le divise Francescane, andava dimessamente limosinando di porta in porta in Ancona, rendendosi così, con la pratica delle più severe virtù, meritevole del cielo.

CAPITULI VICESIMIOCTAVI SUMMARIUM

In isto vicesimo octavo capitulo, quod incipit: *Quis posset unquam*, etc., auctor tractat de scysmaticis et seminatoribus scandalorum, qui puniuntur hic ferro, tali modo. Unus dyabolus stat hic in ista valle cum uno ense acutissimo, et in ista bolgia sunt infinita vulnera. Sic iste anime scysmaticorum vadunt ante istum dyabolum, et ipse percutit eas et scindit; et ille anime recedunt ab ipso, et vadunt et circuunt vallem, et iterum revertuntur ad ipsum dyabolum iam sanate ab illa plaga: et iterum ipse percutit et scindit eas; et ipse anime iterum vadunt et revertuntur, et iterum scinduntur: et sic sine fine cruciantur in eternum; et secundum quod commiserunt et fecerunt maius et minus scysma, sic maiores et minores plagas facit iste dyabolus. Et ista pena bene est eis conveniens:

quia sicut homines scysmatici et seminatores scandalorum, diviserunt Ecclesiam Dei et religionem christianam, et sicut diviserunt patrem a filio, et matrem a filia, propinquos a propinquis et proximos a proximis; ita iustum est quod hic ense in propria persona dividantur, etc. Hic invenit Machometum, maximum scysmaticum, qui divisit, cum maximo detrimento Ecclesie Dei, religionem christianam, etc., ut patet in Commento. Hic invenit Fratrem Dulcinum. Hic etiam auctor Beltrandum de Bornio invenit, qui seminavit scandalum et divisionem inter regem Ricardum, regem Anglie, et suum filium, nomine regem Ioannem, sive regem Iovenem. Hic Beltrandus habebat caput suum abscissum et portabat ipsum ad instar unius lanterne, etc. Videatur ista hystoria in Commento.

- 6 A Ceparo ⁽¹⁾, là dove fu bugiardo
Ciascun Puglese, e là da Tagliacozzo
Ove senz'arme vinse el vecchio Alardo;
7 E qual forato suo membro, e qual mozzo
Mostrasse, ad adequar ⁽²⁾ sarebbe nulla
Al modo de la nona bolgia sozzo.
8 Già veggia ⁽³⁾ per mezzul perdere o lulla,
Com'io vidi un, così non si pertugia,
Rocto dal mento infin dove si trulla ⁽⁴⁾:
9 *Apud Ceperanum, ubi fuit mendax*
Quilibet Apulus, et ibi prope Tagliacotium
Ubi sine armis vicit antiquus Alardus;
10 *Et quidam perforatum suum membrum, et quidam*
Monstraret, ad equandum esset nihil ^[abscissum]
Modum nunc bolgie turpis.
11 *Iam dolium propter mezulium perdere vel ullam,*
Sicut ego vidi unum, sic non perforatur,
Ructum a mento usque ad locum ubi trullatur:

(¹) al. A Ceperano. — (²) a far comparatione. — (³) botte. — (⁴) peteza.

Cum illa, que sensit culpe dolorem, vel ictus dolorosos, vel dolores mortales, ut contrastaret Ruberto Guiscardo, cum illa, scilicet gente, que sensit culpe dolorem.

Et alia, cuius ossa: hic tangitur alia hystoria, scilicet hec. Post mortem Frederici secundi, Manfredus, suus filius naturalis, fuit rex Sicilie, quem, ut supra dictum est, interfecit in bello prope Beneventum Karolus primus, qui intravit Ytaliā, vocatus per papam Clementem quartum, etc. Et ibi, in bello illo, fuerunt plurimi interfecti. Verum est quod in Ceperano, quod est unum oppidum in finibus Campanie Rome et Regnum Apulie, predictus Manfredus posuerat magnum numerum hominum armorum, qui prodiderunt ipsum regem Manfredum, qui posuerat eos ibi in Ceperano, ut resisterent Karolo venienti, et non permitterent eum intrare in Regnum, quia Ceperanum est quasi clavis Regni; et ymo non resisterunt: quidam ex timore, quidam propter pecuniam, reliquerunt Ceperanum. Unde Karolus primus intravit Regnum, consentiente comite Caserte, et sic Manfredus habuit conflictum et fuit interfectus in bello cum quasi innumeris hominibus. Modo, aliqui male intelligunt auctorem, et credunt ipsum dixisse, quod bellum fuit commissum prope Ceperanum; sed non fuit ita bellum commissum: fuit commissum prope Beneventum; sed propter prodicionem, factam ipsi Manfredo regi prope Ceperanum, ubi debebat fieri resistentia Karolo, ne intraret Regnum, et non fuit facta, ideo Manfredus perdidit bellum et personam. Tunc ad textum sic.

Et alia gens, scilicet cuius ossa adhuc cumulantur, scilicet in Apulia, prope Beneventum, a Ceperano, idest apud Ceperanum, ubi fuit mendax quilibet Apulus, quia nemo eorum, qui positi fuerant ibi in Ceperano ad resistendum Karolo, fuit verax sibi, scilicet Manfredo.

E là da Tagliacozzo. Et ibi prope Tagliacotium: hic tangitur alia hystoria, que talis est. Postquam interfectus fuit rex Manfredus, rex Karolus primus adeptus est totum Regnum Apulie, sive Sicilie. Coradinus, filius Conradi, filii Frederici secundi, et nepos Manfredi regis, venit de partibus Svevie cum quatuor millibus equitum, vocatus a Gebelinis Ytalie ad recuperandum Apuliam et ad exterminium ipsius regis Karoli primi. Qui Coradinus habuit in suam sotietatem et ligam don Henricum, filium regis Castelle,

qui tunc erat Senator Rome. Ipse Coradinus habuit multas gentes contra Karolum, et Karolus etiam congregavit multas gentes contra Coradinum, et tunc inter, dum ista parabantur, unus miles de Frantia, nomine Alardus, veniens de Sepulchro Christi, receptus fuit ibi a Karolo honorifice, qui consuluit Karolo quod magis uteretur arte quam vi, quia hostes erant fortiores. Unde Karolus commisit vicem suam isti Alardo, qui ordinavit, quod in plano Sancti Valentini prope Tagliacotium, ubi nunc est ecclesia, que dicitur Sancta Maria de la Victoria, teneretur talis modus, quod Karolus recondere se et absconderet cum multis probis et lateret; et fecit indui unum armis regalibus ipsius regis Karoli et cum corona in capite: et ibi certatum est. Et breviter cum iam gens Karoli esset iam debellata et in perditione, et ille, qui erat indutus vestibus regalibus, esset mortuus, ecce exivit alius, scilicet Alardus, etiam sicut rex; et tunc omnes inimici verterunt terga, et fugerunt, multi fuerunt interfecti. Coradinus autem fugit cum paucis; sed tandem captus fuit, quem rex Karolus fecit decapitari in Neapoli. Tunc sic ad textum.

Et illi prope Tagliacotium, ubi sine armis vicit antiquus Alardus, idest ubi obtinuit victoriam antiquus Alardus, quia non vi, sed astutia vicit; et quidam perforatum suum membrum, et quidam abscissum monstraret, adequandum esset nihil *modo*, idest qualitati, none bolgie turpis, idest tormentatis in nona bolgia.

Già veggia. Iam veggium: hec est secunda pars huius capituli, in qua fit mentio de Machometo, et ponitur scissus per medium, ad denotandum quod nunquam fuit scysma, quod tantum divideret fidem christianam, sicut fecit Machometus, qui nedum medietatem, sed maiorem partem Christianitatis traxit ad se; et videbatur apertus sicut veges, sive dolium, non habens hostium medium, vel dogam a latere.

Iam dolium propter mezulium perdere vel lullam (mezulium est una pars in medio fundi dolli; *lulla* est una dogma ultima, que ponitur quando dolium fit de novo), sicut ego vidi unum, idest Machometum, sic non perforatur, ructum a mento usque ad locum ubi trullatur; ubi, idest unde, digesta emittuntur.

- 9 Tra le gambe pendevan le minugia ⁽¹⁾; 9 *Inter crura pendebant minugia;*
La corata appareva ⁽²⁾, e'l triste sacco ⁽³⁾ *Corata apparebat, et tristis saccus*
Che sterco ⁽⁴⁾ fa di quel che si traghugia ⁽⁵⁾. *Qui stercorem facit de eo quod comeditur.*
10 Mentre che'n lui veder tutto m'attacco, 10 *Dum totus in eum ad videndum me dispono,*
Guardommi, e colle man s'aperse'l pecto, *Respexit me, et cum manibus aperuit sibi pectus,*
Dicendo: Or vedi come mi dilacco ⁽⁶⁾: *Dicendo: Or, nunc, videas qualiter ego me dilacco:*
11 Vedi come scoppiato è Mahometo. 11 *Videas quomodo stroppiatus est Machometus.*
Dinanz'a me sen va piangendo Halì ⁽⁷⁾ *Ante me vadit plorando Aly*
Fesso nel volto dal mento al ciuffecto: *Fixus in vultu a mento usque ad cinciput:*
12 E tucti gl'altri, che tu vedi qui, 12 *Et omnes alii, quos tu vides hic,*
Seminator di scandalo e di scisma *Seminatores scandali et scysmatis*
Furon in vita; però son fessi così. *Fuerunt vivi; et ideo sunt fessi sic.*
13 Un diavol è qua dietro che n'ascisma ⁽⁸⁾ 13 *Unus dyabolus est hic retro qui nos dividit*
Sì crudelmente, al taglo della spada *Ita crudeliter, cum acie ensis*
Rimettendo ciascun di questa risma ⁽⁹⁾, *Remittendo quemlibet istius risme,*
14 Quand' havian volto la dolente strada; 14 *Quando circuivimus dolentem stratam;*
Però che le ferite son richiuse *Ex eo quia vulnera sunt reclusa*
Prima ch'altri dinanzi li rivada. *Priusquam alter ad eum revertatur.*

(¹) budella. — (²) si vedea. — (³) ventre. — (⁴) al. merda. — (⁵) si mangia. — (⁶) dilanio. — (⁷) mio discepolo. — (⁸) taglia. — (⁹) compagnia.

Inter crura pendebant minugia, idest viscera; corada apparebat [et] tristis saccus (tristis dicitur ab effectu, cum in eo putrefiant omnia, que comeduntur; vel dicitur tristis a persona, sustinente penam illam), qui stercorem facit de eo quod comeditur. Saccus, idest venter, sive stomachus, qui stercorem facit. Loquitur proprie auctor: stomachus coquit cibum, sicut lebes, et partem mictit ad intestina, partem puram ad pulmonem, que convertitur in sanguinem. Quasi dicat auctor: Scientia et doctrina, que intravit in Machometum, corripuit quasi totum mundum, totam Suriam, in suam falsam credulitatem, Ethiopiam, Armeniam pro magna parte, etiam aliquam partem Indie, et pro maiori parte regiones orientales.

Nota quod de isto Machometo sunt varie opiniones. Aliqui dicunt, quod Machometus fuit unus magnus cardinalis, cui fuit promissus papatus, qui originaliter fuit de Lamech. Lamech est una maxima civitas, ubi hodie est corpus ipsius Machometi in regione Arabie. Fuit sagacissimus hominum mundi. Hic divisit malitiam cum dyabolo, et recepit pro se maiorem partem. Aliqui dicunt, quod Machometus non fuit cardinalis, sed fuit discipulus cardinalis; et quia cardinales, qui promiserant isti cardinali, magistro Machometi, papatum, non observaverunt pactum, ideo iste cardinalis, turbatus, suscepit in suum filium adoptivum et discipulum istum Machometum, qui erat iuvenis optime indolis, astutus et prudens, et fecit nutrirsi sic et taliter columbam, quod ipsa nunquam comedebat nisi super humeros Machometi; et ponebantur grana frumenti in auribus Machometi, et columba comedebat illa grana: et dixerant populo, quod illa erat Spiritus Sanctus, qui veniebat ad docendum Machometum, que esset voluntas Dei et quod Deus elegerat ipsum Machometum pro salute populorum.

Et postquam multi ceperunt credere sibi, ipse incepit componere legem, tam de Testamento veteri quam de novo assumens plura et multa; et in lege concessit multa et multa placibilia nature, sicut coire ad beneplacitum, habere plures uxores, et multa concessit secundum concupiscentiam et mundi grata, que placent hominibus. Dicebat se esse prophetam ad declarandum libros Moysis Hebreis, et legem christianorum Christianis; et fuit ita astutus, quod ipse fecit occidi omnes sapientes Arabie, ut nemo esset qui sciret detegere factum suum: et sic multi iverunt post ipsum, sicut multi vadunt post concupiscentias. Nota etiam quod Aly fuit patruus suus et de sua septa; non tamen est ita fixus sicut Machometus, quia non fuit ita pravus sicut ipse.

Dum totus in eo ad videndum me dispono, respexit me et cum manibus sibi aperuit pectus, dicendo: *Or*, idest nunc, videas qualiter me *dilacco*, idest divido (hanc scissuram fecerat ille dyabolus, qui scindit alios): videas quomodo *stroppiatus* est Machometus: ante me vadit Aly plangendo, fixus in vultu a mento usque ad cinciput, et omnes alii, quos tu vides hic, seminatores scandali et schysmatis fuerunt; omnes ideo sunt fessi sic: *scissi*, idest divisi.

Unus dyabolus est hic retro, qui nos dividit, vel nos moratur, ita crudeliter cum acie ensis, remittendo, idest reponendo, quemlibet istius *risme*, idest sotietatis (*risma* proprie est quidam numerus cartarum de papiro; sed hic sumitur largo modo) vel ordinis, quando circuivimus dolentem stratam; ex eo quia vulnera sunt reclusa priusquam alter ad eum revertatur.

15 Ma tu chi se' ch' n' sullo scoglio muse,
Forse per indugiar d'ir ⁽¹⁾ alla pena,
Ch'è giudicata in sulle tue accuse ⁽²⁾?
16 Nè morte'l giunse mai, nè colpa'l mena,
Rispose'l mio maestro, a tormentarlo;
Ma per dar ⁽³⁾ lui experientia piena,
17 A me, che morto son, convien menarlo
Per lo 'nferno quaggiù di giro in giro:
E quest'è vero così com'io ti parlo.
18 Più fur di cento che, quando l'udiro,

S'arrestaron nel fosso a riguardarmi,
Per maravigla obliando ⁽⁴⁾ 'l lor martiro ⁽⁵⁾.
19 Or di'a Fra Dolcin dunque che s'armi,
Tu che forse vedrai'l sol in breve ⁽⁶⁾,
S'elli non vuol sì tosto seguitarmi,
20 Sì di vivanda, che stretta di neve
Non rechi la victoria al Novarese,
Ch'altrimenti acquistar non saria lieve.

⁽¹⁾ d'andare. — ⁽²⁾ colpe. — ⁽³⁾ a. — ⁽⁴⁾ dimenticando. — ⁽⁵⁾ la pena loro. — ⁽⁶⁾ tempo.

Sed tu quis es, qui supra scopulo musas, idest expectas, forsitan ut differas ire ad penam, que est iudicata super tuis accusationibus, idest super quibus es condemnatus?

Huic Virgilius respondet: Nec mors supervenit eum adhuc, nec culpa eum ducit, quia nunquam fuit seminator scandalorum; sed venit ut addiscat, ad expensas vestras, nunc seminare scandala, et ut cotidie melior efficiatur et alios doceat, respondit meus magister, ad torquendum eum: sed ad dandum ei experientiam veram, sive plenam, michi, qui mortuus sum, convenit eum ducere per Infernum huc infra, de giro in girum, idest de circulo in circulum: et hoc est verum sicut tibi loquor.

Plures fuerunt quam centum, qui, quando eum audierunt, se firmaverunt in fossato ad respiciendum me; propter mirum, obliviscendo martyrium. Sepe scismatici, audientes consilium Dantis et aliorum sapientum, cessant a suis malis operibus scismaticis.

Iam Machometus committit unam ambasciatam auctori. Nota quod iam sunt bene sexcenti quinquaginta anni quod Machometus fuit. Nota quod tempore auctoris fuit unus scismaticus, vocatus Frater Dulcinus, sicut dicemus modo, unus Fraticellus *Le la Opinione*, qui fuit de civitate Novarre. Iste fuit homo magne eloquentie; fuit in tantum, quod multos homines seduxit et ad se reduxit et ad fidem suam. Cepit septem suam in montibus Tridenti et cepit componere leges suas cum illis rudibus de patria illa, et concedebat eis omnem coitum ad modum Machometi; quare multi homines et mulieres adherebant sibi: et

15 Sed tu quis es qui supra scopulum musas,
Forsan ut differas ire ad penam,
Que est iudicata super tuis accusationibus?
16 Nec mors supervenit eum adhuc, nec culpa eum ducit,
Respondit meus magister, ad torquendum eum;
Sed ad dandum ei experientiam plenam,
17 Michi, qui mortuus sum, convenit eum ducere
Per Infernum huc infra de gyro in gyrum:
Et hoc est verum sicut tibi loquor.
18 Plures fuerunt quam centum, qui, quando eum
[audierunt,
Se firmaverunt in fossato ad respiciendum me,
Propter mirum obliviscendo martyrium.
19 Or dicas Fratri Dulcino quod se armet,
Tu qui forte videbis solem in brevi,
Si ipse non vult cito huc me sequi,
20 Ita de victualibus, quod strictura nivium
Non aportet victoriam in Novariensi,
Quia aliter acquirere non esset leve.

fecit magnam septem in montibus Vercellarum et Novarre; et tot adhererunt sibi, quod infra breve tempus habuit bene quatuor millia hominum, inter quos erant multi nobiles: et nisi fuisset appositum remedium, multa mala fecisset et plura quam fecit, unde per papam Bonifatium facte fuerunt littere excommunicationis. Nec hoc sufficiebat. Demum bandita fuit crux contra eum, unde multi exercitus iverunt contra ipsum. Hoc autem perpendens Frater Dulcinus, fecit congregari magnam copiam victualium et cum suis sequacibus fugit ad montem unum, ad quem est difficilis accessus, et ibi habitavit diu, et adhuc vocatur ille mons Gazari: quem montem circumdederunt multi exercitus et steterunt bene per annum integrum, in tantum quod Fratri Dulcino et suis sequacibus defecerunt victualia: quare multi reddiderunt se et redierunt ad Ecclesiam. Sed Frater Dulcinus fuit captus et deductus ad Vercellas, et ab episcopo admonitus ut cederet, et indulgeretur sibi, nullo modo voluit recedere ab opinione sua, sed fuit pertinacissimus in sua heresi. Fuit ergo positus super uno curru et totus decarnificatus, nec unquam emisit vocem lamenti, in tantum quod multi protervi extimabant ipsum sanctum. Sed quando carnifex cepit cum tenaculis membrum virile, tunc suspiravit. Iste habebat suam dilectam dominam, Margaritam nomine, cui dixerat se resurrecturum die tertia; et rogavit eam quod esset constans. Et erant multi qui libenter receperunt eam in uxorem, quia erat pulcherrima et ditissima; que pertinax, fuit similiter tota dilaniata. Tunc dixit Machometus auctori: Or dicas Fratri Dulcino, quod se armet, idest preparet sibi, vel fulciat, tu, qui forte videbis solem in brevi, si ipse non vult cito huc me sequi, ita de victualibus, quod strictura nivium non portet victoriam

21 Poi che l'un piè per girsene sospese,
Mahometo mi disse esta parola,
Indi a partirsi in terra ⁽¹⁾ lo distese.
22 Un altro, che forat'havea la gola
E tronco'l naso infin socto le cigla,
E non havea ma'ch'un ⁽²⁾ orecchia sola,
23 Restato a riguardar per maravigla
Cogl'altri, innanz'agl'altri apri la canna
Ch'era di fuor d'ogni parte vermiglia;
24 E disse: ⁽³⁾ Tu, cui colpa non condanna,
E cu'io vidi su in terra latina,
Se troppa simiglianza ⁽⁴⁾ non m'inganna,
25 Rimembriti ⁽⁵⁾ di Pier da Medicina,
Se mai torni a veder lo dolce piano,
Che da Vercelli ⁽⁶⁾ a Marcabò ⁽⁷⁾ dichina.

⁽¹⁾ al. piedi. — ⁽²⁾ se non una. — ⁽³⁾ O. — ⁽⁴⁾ d'uno ad un altro. — ⁽⁵⁾ Ricorditi. — ⁽⁶⁾ città di Lombardia. — ⁽⁷⁾ castello presso Ravenna.

Novarriensi, quia aliter acquirere non esset leve. Quia tunc erant nives magne in territorio, sive in comitatu Novarriensi, maxime inter montes, ipsi de Novarra maxime obsidebant illum montem, in quo erat Frater Dulcinus. Quasi dicat: Vincetur propter defectum victualium.

Postquam unum pedem, ut recederet, suspendit, idest sursum levavit, Machometus michi dixit istud verbum; inde, idest postea, ad recedendum, idest ut recederet, in terram illum extendit.

Un altro che forato. Unus alter qui perforatam: hec est tertia pars huius capituli, in qua fit mentio de uno spiritu moderno. Hic fuit vocatus Pierus de Medicina. Medicina est una terra in confinibus territorii bononiensis, et est terra per se existens. Ibi, tempore auctoris, habitabant et dominabantur Cattani de Medicina, qui tenebant magnum statum. Inter alios erat nobilis capitaneus Pierus, magnus seminator scandalorum et discordiarum. Tenebat tales modos ad magnificandum se et acquirendum divitias. Iste, [cum] reperisset unum familiarem unius dominorum de Maletesta, cui dixit: Dic Domino tuo, quod si miserit ad me unum suum confidatum, idest de quo bene confidat, ego indicabo sibi aliqua pertinentia ad suum statum, que sunt magne importantie; ille dominus mitebat secretarium suum. Cui venienti dicebat Pierus de Medicina: Male libenter dico: tamen adeo diligo dominum tuum, quod silere non possum. Dic domino tuo, quod caveat sibi a domino Statio de Polenta, cum quo debebat fieri coniugium, quia pexime cogitat contra eum. Et ponebat istum dominum de Maletestis in suspitione maxima; et e contrario faciebat cum illo de Polenta. Et sic ille non curabat de

21 Postquam unum pedem ut recederet suspendit,
Machometus michi dixit hoc verbum,
Inde ad recedendum in terram illum extendit.
22 Unus alter, qui perforatam habebat gulam
Et truncum nasum usque ad supercilia,
Et non habebat nisi unam auriculam solam,
23 Firmatus ad respiciendum propter mirum
Cum aliis, ante alios aperuit cannam
Que extra ex omni parte rubea erat;
24 Et dixit: O tu, quem culpa non condempnat,
Et quem ego iam vidi in terra latina,
Si nimia similitudo me non decipit,
25 Recordare de Petro de Medicina,
Si unquam redis ad videndum dulcem planiciem,
Que a Vercellis usque ad Marchiam declinat.

coniugio; tunc dicebat ille de Polenta: Pierus dixit michi verum. Et sic ponebat divisiones maximas inter ipsos; et illi, quorum quilibet reputabat, quod Pierus servivisset sibi, mitebant magna encenia et donaria; et tamen finaliter reperiebatur, Pierum mentitum fuisse.

Unus alter qui perforatam habebat gulam, que format vocem, qua male usus fuerat, et truncum nasum (nasus est decor frontis; sed ille amiserat propter tale vitium) usque ad supercilia, et non habebat nisi unam auriculam solam (duas aures dedit natura homini, et solum unam linguam, ad denotandum, quod plus debet homo audire quam loqui; ymo bis et ter tantum: etiam apposuit duas sepes lingue, scilicet labia et dentes; et tamen, aliqui plura volent loqui quam audire), firmatus, idest firmans se, ad respiciendum propter mirum, idest admirans cum aliis, ante alios aperuit cannam, idest os, que erat extra, ex omni parte, rubea, et dixit: O tu, quem culpa non condempnat et quem ego iam vidi in terra latina, si nimia similitudo me non decipit (vult iste Pierus movere auctorem ad faciendum sibi unam ambaxiatam. Dantes semel appulit ad domum istorum de Medicina, et fuit honorifice susceptus. Demum unus illorum interrogavit Dantem, quid sibi videtur de eorum curia; qui respondens, dixit ita: Bene, sicut de aliqua curia totius Romandiole; dummodo esset aliquis ordo in ea), rimembrate, idest recordare, de Petro de Medicina, si unquam redis, idest redieris, ad videndum dulcem planiciem, que a Vercellis usque ad Marchiam declinat. Rimembrate, vocabulum bononiense. Dulcis planities totius Romandiole, ubi sunt tot tam sapidi fructus. Vercelle fuit una civitas in Lombardie confinibus. Marcabò fuit bastita, quam fecerunt Veneti prope Ravennam, quando habebant guerram cum Ferrariensibus; et loquitur sic, quia iste Pierus seminaverat scandala in Ravenna.

- ²⁶ E fa' saper a due ⁽¹⁾ miglior di Fano ⁽²⁾,
A messer Guido ⁽³⁾ et anco ad Angelello,
Che, se l'antiveder qui non è vano,
²⁷ Gittati saran ⁽⁴⁾ fuor del lor vasello ⁽⁵⁾,
E mazzerati ⁽⁶⁾ presso a la Catholica,
Per tradimento di un tyranno fello ⁽⁷⁾.
²⁸ Tra l'isola di Cypri e ⁽⁸⁾ di Maiorica
Non vidde mai sì gran fallo ⁽⁹⁾ Neptuno,
Non da pirrhati ⁽¹⁰⁾, non da gente argolica ⁽¹¹⁾.
²⁹ Quel traditor ⁽¹²⁾ che vede pur coll' uno ⁽¹³⁾,
E tien la terra ⁽¹⁴⁾, che tal è qui meco,
⁽¹⁵⁾ Vorrebbe di vederla esser digiuno,
³⁰ Farà venirli ⁽¹⁶⁾ a parlamento seco;
Poi farà sì, ch'al vento di Focara ⁽¹⁷⁾
Non sarà lor mestier voto ⁽¹⁸⁾ nè preco.
³¹ Et io a lui: Dimostrami e dichiara,
Se vuoi ch'io porti su di te novella,
Chi è colui ⁽¹⁹⁾ della veduta amara ⁽²⁰⁾.

⁽¹⁾ cittadini. — ⁽²⁾ città della Marca Anconitana. — ⁽³⁾ cioè. — ⁽⁴⁾ in mare. — ⁽⁵⁾ navicella. — ⁽⁶⁾ affogati. — ⁽⁷⁾ messer Malatestino. — ⁽⁸⁾ l'isola. — ⁽⁹⁾ tradimento. — ⁽¹⁰⁾ corsali. — ⁽¹¹⁾ greca. — ⁽¹²⁾ dico messer Malatestino. — ⁽¹³⁾ occhio e non coll'altro. — ⁽¹⁴⁾ da Rimini. — ⁽¹⁵⁾ che. — ⁽¹⁶⁾ e decti cittadini. — ⁽¹⁷⁾ valle, o fiume. — ⁽¹⁸⁾ che non sieno occisi. — ⁽¹⁹⁾ che dicesti. — ⁽²⁰⁾ da Rimini.

Et facias intimari, idest notificari, duobus melioribus de Fano, domino Guidoni, Angelello etiam, quod si providere, scilicet meum, hic non est vanum, eiecti erunt extra eorum vasculum, idest civitatem, vel castrum, et mazzerati prope Catholicam, idest tormentati (Catholica est unus burgus prope littus maris intra Arriminum et Pensaurum), propter prodicionem unius tirampni follis, idest pravi, vel crudelis. Vel mazzerati: idest submersi, vel interfecti.

Unus dominus Arrimini de Maletestis, Maletestinus nomine, qui monocus erat, cupiens adipisci dominium civitatis Fani, ordinavit fieri unum parlamentum in Catholica (est unus vicus, ut dictum, prope montem Focarie, qui mons est inter Pensaurum et Catholicam); et misit dicendo duobus nobilibus de Fano, qui regebant civitatem Fani, ut venirent ad loquendum secum ad Catholicam. Qui volentes venire, intraverunt mare Fani, quia civitas Fani est super littus maris, [super] unam parvam naviculam, et veniebant per mare, et pervenientes prope istum montem, qui dicitur Focaria, fuerunt, ordinatione istius Maletestini, interfecti et submersi in mare. Ideo dicit textus: Si antevidere non est vanum, etc.

Inter insulam Cipri et Maioricarum (Maiorica est pulchra insula), non vidit unquam tale fallum, idest deceptionem, vel grande malum, Neptumpnus, deus maris, non a piratis, non a gente argolica: idest non fuit commissum ita magnum scelus in mari, inter insulas Cipri, insula Cipri est in oriente, et Maioricarum, que est insula in occidente.

Ille proditor, qui videt solum cum uno, supple oculo, et tenet terram, idest Arriminum, quam talis est hic mecum, qui eam vidisse vellet [esse] ieiunus (pirate sunt latrones maris), faciet eos venire, idest convocari, ad parlamentum

- ²⁶ Et facias intimari duobus melioribus de Fano,
Domino Guidoni et etiam Angelello
Quod, si providere hic non est vanum,
²⁷ Eiecti erunt extra eorum vasculum,
Et mazzerati prope Catholicam,
Propter prodicionem unius tyrampni follis.
²⁸ Inter insulam Cipri et Maioricarum
Non vidit unquam tale fallum Neptumpnus,
Non a piratis, non a gente argolica.
²⁹ Ille proditor qui videt solum cum uno,
Et tenet terram, quam talis est hic mecum,
Qui eam vidisse vellet esse ieiunus,
³⁰ Faciet eos venire ad parlamentum secum;
Postea faciet sic, quod ad ventum Focarie
Non erit eis necesse neque votum neque preces.
³¹ Et ego ad eum: Demonstra michi et declara,
Si vis quod ego portem sursum de te nova,
Quis est ille de visione amara.

secum; postea faciet sic, quod ad ventum Focarie non erit eis necesse votum, nec preces: idest non proderunt eis vota, neque preces (vasello, idest de corpore, vel de navi); non erit eis necesse vota, etc.; quia interficientur antequam veniant ad illum locum. —

Ed io a lui. Et ego ad eum: ista est quarta pars huius capituli, in qua tractatur de uno alio spiritu moderno, qui seminavit scandalum magnum; sed primo tangit unum antiquum spiritum. Iste fuit Curio Romanus, qui recessit de Roma, dum Cesar esset prope Arriminum et prope flumen Rubrae, et qui persuasit Cesari, ut cito se expediret et iret Romam, quoniam res parate erant. Iste est ille, de quo supra dixit Pierus de Medicina, quod nolisset vidisse Arriminum. Iste Curio fuit tribunus, idest defensor populi, contra nobiles et potentes, et amicus populi: fuit pulcherrimus orator; et fuit causa scandali belli civilis. Qui recedens de Roma, venit Arriminum, ubi erat Cesar, scilicet in campo, et dixit Cesari: Dum trepidant nullo firmate robore partes, tolle moras; semper enim nocuit differre paratis. Unde ista verba fuerunt magna concausa belli civilis. De isto loquebatur Pierus de Medicina, quando dixit: Talis est hic mecum, qui vidisse Arriminum vellet esse ieiunus.

Et ego ad eum: Demonstra michi et declara, si vis quod ego portem sursum, idest in mundum, de te nova, quis est ille de visione amara, idest qui nollet vidisse Arriminum.

Tunc Pierus voluit se ad sotium, scilicet Curionem, et aperuit sibi os. Hoc fingit auctor ad denotandum, quod ille, scilicet Curio, non habebat linguam; et merito quia ipse, scilicet Curio, vendiderat linguam, sicut dicit Lucanus. Dicit: Vendit Urbem lingua. Virgilius: Vendidit hic auro patriam.

- ³² Allora pose la mano alla mascella
D'un suo compagno, e la bocha gl'aperse,
Gridando: Quest'è desso, e non favella:
³³ Questi ⁽¹⁾, scacciato ⁽²⁾, el dubitar sommerse ⁽³⁾
In Cesare ⁽⁴⁾, affermando che 'l fornito ⁽⁵⁾
Sempre con danno l'attender ⁽⁶⁾ sofferse.
³⁴ O quanto mi pareva sbigottito ⁽⁷⁾
Con la lingua tagliata nella strozza,
Curio, ch'a dire ⁽⁸⁾ fu cotanto ardito!
³⁵ Et un ch'havea l'un'e l'altra man mozza,
Levando su e monchin ⁽⁹⁾ per l'aer fosca,
Sì che 'l sangue ⁽¹⁰⁾ facea la faccia ⁽¹¹⁾ sozza ⁽¹²⁾,
³⁶ Gridò: Ricordera ti ancor del Mosca,
Che disse, lasso!, ⁽¹³⁾ Capo ha cosa facta,
Che fu mal seme per la gente tosca ⁽¹⁴⁾.
³⁷ Et io aggiunsi: E ⁽¹⁵⁾ morte di tua schiatta.
Perch'elli, accumulando duol con duolo,
Sen gio ⁽¹⁶⁾ come persona trista e matta.
- ³² Tunc posuit manum ad maxillam
Unius sui sotii, et os aperuit ei,
Clamando: Iste est ille, et non loquitur:
³³ Iste, expulsus, dubitationem submersit
In Cesare, affirmando quod fulcitus
Semper cum dampno expectare sustulit.
³⁴ O quantum michi videbatur territus
Cum lingua abscissa in gutture,
Curio, qui ad dicendum fuit ita audax!
³⁵ Et unus qui habuit utramque manum incisam,
Elevans moncherinos per aierem obscurum,
Ita quod sanguis faciem turpem faciebat,
³⁶ Clamavit: Recorderis adhuc Musce,
Qui dixit, lapso!, Caput habet res facta,
Qui fuit malum semen gentis tusce.
³⁷ Et ego addidi ei: Et mors tue stirpis.
Ex quo ipse, accumulando dolorem cum dolore,
Recessit sicut persona tristis et fatua.

⁽¹⁾ Curione. — ⁽²⁾ di Roma. — ⁽³⁾ tolse via. — ⁽⁴⁾ Iulio. — ⁽⁵⁾ apparecchiato. — ⁽⁶⁾ indugiare. — ⁽⁷⁾ Curione come seguita. — ⁽⁸⁾ a parlare. — ⁽⁹⁾ braccia mozze. — ⁽¹⁰⁾ suo proprio. — ⁽¹¹⁾ sua. — ⁽¹²⁾ sanguinosa. — ⁽¹³⁾ a me misero. — ⁽¹⁴⁾ toscana. — ⁽¹⁵⁾ fu. — ⁽¹⁶⁾ andò.

Tunc posuit manum ad maxillam unius sui sotii et os aperuit ei, clamando: Iste est ille, et non loquitur: iste, expulsus, idest de Roma, dubitationem submersit in Cesare, affirmando, quod fulcitus semper cum dampno expectare sustulit.

O quantum michi videbatur territus, idest pavefactus, cum lingua abscissa in gutture Curio, qui ad dicendum fuit ita audax!

Et unus qui habebat utrumque manum incisam, elevans moncherinos, idest brachia privata manibus, per aierem obscurum, ita quod sanguis faciebat faciem turpem. Iste fuit causa magni scandali in Florentia; nam erat unus iuvenis Florentie, de domo illorum de Bondelmontibus, et vocabatur Bondelmontes, qui promiserat recipere in uxorem unam iuvenulam de domo illorum de Ubertis, et iam omnia erant promissa et sancita. Dum autem iret ad disponendum ipsam, ipse sprexit illam de Ubertis, et sumpsit in uxorem unam mulierem de domo de Amideis. Amidei sunt Gebellini. Transeunte isto iuvene iuxta domum illorum de Donatis, ibi erat una vidua, que habebat unam pulcherrimam filiam: ibi post hostium, dixit illa vidua isti iuveni: Audi vi quod tu accepisti uxorem unam puellam; sed ego servaveram istum florem. Videns iuvenis istam puellam tam pulchram, que erat bene unus flos, dixit: Et ego istam volo. Et subito facta est parentela. Uberti, audientes hoc novum, reputantes sibi hoc ad maximam verecundiam, fecerunt inter se consilium. Et inter omnes Gebellinos ibi erat dominus Musca de Albertis, qui

dixit: Trucidetur iste iuvenis, qui intulit nobis hanc verecundiam. Antiqui homines et prudentes dixerunt: Nullo modo hoc fiat. Iste tamen dominus Musca, cum aliquibus iuvenibus Gebellinis, in mane Resurrectionis, idest in Paschate, cum ille iuvenis Bondelmontes veniret eques, indutus de scarlato albo, trucidaverunt eum. Mors istius iuvenis fuit magna causa magni scismatis inter Gebellinos et Guelfos. Licet prius esset aliqualis discordia, tamen nondum se tetigerant in sanguine, idest non se interfecerant invicem sicut postmodum fecerunt. Iste habebat manus truncas; quia ultra operam lingue, exercuit proprias manus in effusione sanguinis illius, qui fuit postea causa tanti sanguinis effusi. Sozzam: idest turpem; nam sanguis, quem fecit effundi, fuit ille, qui obscuravit sibi famam et gloriam suam, quia prius erat appetitatus miles, et iam omnes abominantur ipsum. Iste fuit dominus Musca, qui dixit, dum fiebat consilium inter Gebellinos contra Guelfos: Res facta caput habet: Cosa fatta capo ha. Clamavit: Recorderis adhuc Musce, hominis sic vocati, qui dixit, lasso, idest heu michi, Caput, idest finem, habet res facta; qui fuit malum semen gentis Tusce.

Et ego, scilicet Dantes, addidi ei, idest verbis suis: Et mors tue stirpis; idest cognationis de Albertis, de quorum domo, iste dominus Musca erat, et omnium Gebellinorum de Florentia. Ex quo ipse, accumulando dolorem cum dolore, quia prius habet dolorem pene, nunc habet dolorem verecundie, quam dedit sibi auctor, sive dixit, recessit sicut persona tristis et fatua.

- ³⁸ Ma io rimasi a riguardar lo stuolo,
E vidi cosa ch'io havrei paura,
Senza più prova, di contarlo solo;
³⁹ Se non che conscientia m'assicura,
La buona compagnia ⁽¹⁾ che l'huom
[francheggia]
Sotto l'osbergo ⁽²⁾ del sentirsi pura.
⁴⁰ Io vidi certo, et anco par che l'veggia,
Un busto senza capo andar, sì come
Andavan gli altri della trista greggia.
⁴¹ E'l capo ⁽³⁾ tronco tenea per le chiome,
Pesol ⁽⁴⁾ con mano ⁽⁵⁾ a guisa ⁽⁶⁾ di lanterna,
E quel ⁽⁷⁾ mirava noi e dicea: O me!
⁴² Di sè faceva a sè stesso lucerna,
Et eran due in uno, et uno in due;
Com'esser può, quel ⁽⁸⁾ sa che su governa.

(¹) appositio. — (²) corazzina. — (³) suo. — (⁴) pendente. — (⁵) sua. — (⁶) modo. — (⁷) capo. — (⁸) Dio.

Sed ego remansi ad respiciendum stuolum, idest multitudinem illarum animarum; et vidi rem, scilicet unam, quod ego timerem, sine maiori probatione, recitare illam solus.

Nunc auctor facit mentionem de uno alio spiritu qui seminavit maximum scandalum et scysma inter patrem et filium. Iste fuit miles nobilis de Anglia; aliqui dicunt, quod fuit de Vasconia. Qui diu habuit curam de uno filio regis Ricardi, regis Anglie. Pro quo sciendo, notandum est, quod quidam serenissimus rex Anglie, Ricardus nomine, inter alios habuit unum filium generosum valde, qui vocabatur rex Ioannes, vulgariter dicebatur rex Iovene. Hunc filium suum dictus rex Ricardus, rex Anglie, cum predicto milite, qui vocabatur dominus Beltramus de Bornio, misit ad Frantiam et ad curiam regis Frantie, ut ibi nutriretur in gallicis moribus et consuetudinibus. Et sic ivit, et diu in curie regis Frantie stetit. Accidit autem, quum iste rex Iovene esset cum rege Frantie, quod quidam miles venit ad regem Frantie, et petiit unam gratiam ab eo, quam sibi omnino rex denegavit. Milite abeunte, rex Frantie, videns illum militem abeuntem sic confusum, dixit baronibus suis: Est ne aliquid durius, quam rogare et gratias petere? Puer autem, scilicet rex Iovene, quia erat optime indolis, et multum prudens, statim, facta reverentia decenti, dixit: O serenissime rex, itaque est; scilicet molestius est negare, quam postulare. Quasi dicens: Tanto viro, sicuti estis vos, durius debet esse negare, quam illi rogare. Tunc rex, stupefactus, multum laudavit puerum, et fecit revocari militem, et concessit sibi quod petierat. Vere iste Iovenis fuit alter Titus, cui semper adhesit iste dominus Beltramus de Bornio, quia Iovenis erat totus curialis. Rediens ad regnum Anglie, rex, scilicet pater suus, dedit sibi partem certam in regno. Iste dabat omnia et distribuebat in curialitatibus, et nihil sufficiebat sibi; et breviter, propter

- ³⁸ Ego remansi ad respiciendum stuolum,
Et vidi rem quod ego timerem,
Sine maiori probatione, recitare illam solus;
³⁹ Nisi quod conscientia me securat,
Bona sotietas que hominem francheggiat
Sub spergo sentiendi se puram.
⁴⁰ Ego vidi, et adhuc apparet quod ego videam,
Unum bustum sine capite ire, sicut
Ibant alii de tristi grege.
⁴¹ Et caput truncum tenebat per comas,
Pendulum cum manu ad similitudinem lanterne,
Et ille mirabatur nos, et dicebat: Heu michi!
⁴² De se faciebat sibi ipsi lucernam,
Et erant duo in uno, et unus in duobus;
Quomodo potest hoc esse, ille scit qui sic gubernat.

tantam curialitatem et liberalitatem, pater ferebat eum moleste, in tantum quod sibi abstulit omnia, ita quod nihil poterat administrare. Et sic factus est hostis patri suo, adeo quod pater ivit in obsidionem ad unam terram, que vocatur Altaforte, ad obsidendum eum, scilicet filium in ea. Hic Iovenis omni die exibat ad certamen; sed una die fuit vulneratus et posuit se in lecto. Tunc omnes, qui erant ibi circum, condolebant, et precipue ille alumpnus suus, et multum confortabant eum ut conderet testamentum. Ipse vero dicebat: Nihil habeo: quare debeo facere testamentum? Interdum venit unus Florentinus, mercator ditissimus, qui comprestaverat sibi centum millia ducatorum, dicens sibi: Et ego, domine mi, quid faciam? Quo audito, puer condidit testamentum, in quo dixit: Libere relinquo animam meam dyabolo, si pater meus non solverit omnia debita mea, et principaliter debitum istius Florentini. Et sic Iovenis mortuus est. Et ille miles, dominus Beltramus, captus fuit et positus in carceribus, et factus est planctus magnus per regem. Sed tandem rex fecit adduci dominum Beltramum coram se, et dixit ei: Ego audivi, quod tu sepe dixisti, quod nunquam voluisti operari medietatem sensus tui: ubi nunc est sensus tuus? Cui respondit: Domine rex, mortuus est omnis sensus meus, et defecit omne bonum meum, ex quo mortuus est rex Iovenis. Postmodum dixit rex: Si tu diligebas ita filium meum, quare non reprehendebas ipsum? Tunc respondit: Domine rex, quia nunquam vidi ipsum errare. Ex hoc magis rex doluit de morte fili, et pepercit isti domino Beltramo de Bornio.

Iterum notanda est una alia hystoria, que ponitur in secundo libro Regum. David habuit plures uxores, ex quibus genuit: sed ex una genuit unum filium nomine Amon (iste Amon fuit valde lascivus); ex alia uxore David habuit unum filium, nomine Absolon, et unam filiam no-

- ⁴³ Quando dirieto a piè del ponte fue,
Levò su'l braccio con tucta la testa
Per appressarne le parole sue,
⁴⁴ Che fuoro: Or vedi la pena molesta,
Tu che, spirando, vai vedendo e morti:
Vedi s'alcuna è grande come questa;

- ⁴³ Quando recte ad pedes pontis fuit,
Levavit brachium alte cum toto capite
Ut appropinquaret nobis verba sua,
⁴⁴ Que fuerunt: Or videas penam molestam,
Tu qui, spirando, vadis videndo mortuos:
Vide si aliqua est grandis sicut ista;

mine Thamar. Iste Amon fuit philocaptus de sorore sua, scilicet Thamar; que soror sua erat ex parte patris, et ex parte matris non. Sic philocaptus, cecidit in lectum pro dolore. Dum pater suus rex David iret visitatum ipsum, ipse rogavit patrem, ut miceret sibi sororem suam Thamar, ut prepararet sibi epulum. Illa vadens ad germanum suum cum epulo, et dedit fratri suo; ipse vero, clauso hostio, cepit sororem suam et violavit eam: et expleto appetitu, amor conversus est in odium, et expulit eam cum vituperio. Ista, exclamando, exivit foras, et vadens cum lamentis obviavit fratri suo Absoloni, cuius erat soror tam ex parte patris quam matris, et omnia narravit sibi. Absolon autem, astutus, dixit ei: Tace, soror: frater enim tuus est. Et stetit Absolon duobus annis hoc dissimulans scire. Post duos annos, bene credens, quod Amon esset oblitus omnium horum, fecit in rure convivium fratribus suis omnibus, et etiam patri. Et in fine convivii Amon erat tumultuosus vino, et Absolon preparaverat servos suos, qui de suo mandato trucidaverunt Amonem, et Absolon fugit in Syriam et ibi stetit duobus annis. Postea, mediante Ioab, conciliatus fuit cum patre suo David, qui dedit sibi osculum. Breviter iste Absolon, cupiens regnare, habuit multos extra civitatem Hierusalem, et inter alios habuit Achitofel, qui erat patruus Bersabee, et odiebat David, qui erat valde astutus, et David diligebat eum, et confidebat de ipso. Audiens autem David, quod populi diligebant filium suum Absolonem, et quod proclamabant eum regem, timens sibi, recessit de Hierusalem cum sexcentis viris electis festinanter. Absolon autem, audiens civitatem relictam a patre, intravit ipsam libere et congregavit consilium suum, in quo interfuit Achitofel, qui dixit Absoloni: Iste gentes vere non credunt quod tu sis hostis patris tui; unde oportet quod tu facias sibi magnum despectum. Tunc Absolon dixit: Quid possum facere sibi, ex quo recessit? Dixit Achitofel: Remanserunt decem concubine David, quas omnes tu debes maculare. Quod Absolon fecit in despectum patris sui. Tunc dixit Absolon: Quid ammodo est faciendum? Dixit Achitofel: Nos habemus hic decem millia militum; da michi eos et ibo contra David, patrem tuum, impreparatum. Contra quem si ivisset, vicisset eum sine fallo. Absolon autem consuluit alterum, qui dixit (qui vocabatur Chusi): Achitofel dat tibi consilium fatuum: nam pater tuus David valet mille: postea habet optimas gentes, et faciet sicut ursus et ursa, quibus erepti sunt ursuli filii et catuli sui. Et breviter data est fides isti, et non Achitofel. Nam iste Chusi dixit: Si vis habere victoriam de patre tuo, oportet quod tu facias congregari totum populum, et tunc ibis et vinces. David rogavit Deum, dicens: Infatua, Domine,

consilium Achitofel. Et sic fecit Deus. Videns Achitofel, quod consilium suum fuit spretum, ivit extra civitatem et laqueo se suspendit. Absolon, secundum consilium Chusi, ivit; et fuit tantus conflictus, quod viginti millia hominum remanserunt. Absolon, fugiens super uno mulo, habens pulcherrimos capillos, sub una depensa quercu capillis suspensis remansit, abeunte mulo. Et venit Ioab, qui cum tribus dardis, sive lanceis, perforavit eum et occidit. Istis dictis, veniamus ad textum.

Et primo nota, quod ille Beltramus de Bornio, quia diviserat filium a patre, rege Ricardo rege Anglie, cum suis consiliis, vadit per istam nonam bolgiam sine capite; idest habet caput abscissum, quod portat suspensum per capillos cum manu dextra, sicut homo portat lanternam: quod videre mirabile est et auditu incredibile. Ideo dicit textus: Vidi rem, quam sine probatione timerem recitare solus, nisi quod [con]scientia me securat, idest securum reddidit bona sotietas, que hominem francheggiat, idest fortificat, vel facit hominem esse de bono animo, [sub] usbergo, idest pretextu, vel sub clipeo, sentiendo se puram; quia, sicut clipeus reddit hominem securum inter enses, sic bona conscientia, et bona sotietas, reddit hominem audacem ad dicendum. Ista sunt multa verba: sed omnino dicunt, scilicet: Conscientia mea, bona sotietas, reddunt me securum, ut audacter dicam ea que vidi.

Ego vidi certe, et adhuc apparet quod ego videam, idest videre videor, unum bustum sine capite ire, eo modo sicut ibant alii de tristi grege. Adhuc apparet quod ego videam, quia ymago est infixa in fantasia; ita notavi istam fictionem.

Et caput truncum tenebat per comas (truncus, idest bustus: comas, sive capillos) pendulum, idest suspensum cum manu ad similitudinem lanterne, sicut ille qui facit sibi lumen cum lanterna. Ita iste. Cum capite, ubi sunt oculi. Et ille nos respiciebat, et dicebat: Heu michi. De se faciebat sibi ipsi lucernam, quia eramus sine pena. Et erant duo in uno, et unus in duobus. Quomodo potest hoc esse, ille scit qui se gubernat. Qui seminat scandala, unus est quantum ad figuram, sed divisus, sive duo, quantum ad animum.

Quando recte ad pedes pontis fuit, idest prope pontem, levavit brachium alte cum toto capite, ut appropinquaret nobis verba sua, que fuerunt: Or, videas penam molestam (or est dictio inductiva ad comparisonem), tu, [qui], conspirando, idest vivendo, vadis videndo mortuos: vide, idest considera, si aliqua est grandis, sicut ista. Quasi dicat, multas formas penarum vidisti, sed ullam similem.

- 45 E perchè tu di me novelle porti,
Sappia ch'io son Beltram del Bornio, quelli⁽¹⁾
Che diedi al re Giovanni e mai conforti.
- 46 Io feci'l padre e'l figlio in sè ribelli:
Achytophel non fe' più d'Absalone
E di David con malvagi punctelli⁽²⁾.
- 47 Perch'io partii così giuncte persone⁽³⁾,
Partito porto'l mio cerebro⁽⁴⁾, lasso!
Dal suo principio⁽⁵⁾ ch'è'n⁽⁶⁾ questo troncone.
Così si serva⁽⁷⁾ in me lo contrapasso⁽⁸⁾.
- 45 *Et ad hoc ut tu bene nova de me portes,*
Scias quod ego sum Beltramus de Bornio,
Ille qui dedi regi Ioanni malas persuasiones.
- 46 *Ego feci patrem et filium rebelles invicem:*
Achitofel non plus fecit de Absolone
Et de David cum malignis pontellis.
- 47 *Quia ego divisi ita coniunctas personas,*
Divisum porto meum cerebrum, lapso!
A suo principio quod est in isto truncone.
Et sic observatur in me contrapassus.

(1) dico sono. — (2) persuasioni. — (3) padre e figliuolo. — (4) capo. — (5) collo. — (6) che è in. — (7) al. s'observa. — (8) el mio peccato.

Et ad hoc ut tu de me nova portes, scias quod ego sum Beltramus de Bornio, ille qui dedi regi Ioanni malas persuasiones, idest mala consilia. Conforti: idest persuasiones.

Ego feci patrem et filium in se rebelles invicem contra se ipsos. Achitofel non plus fecit de Absolone (supple quam ego feci de istis duobus subsurationibus meis et reporta-

tionibus hinc inde), nec de David cum malignis pontellis. Quia ego divisi ita coniunctas personas, divisum porto meum cerebrum, lapso idest heu michi (dolentis vox est) a suo principio, quod in isto truncone est, idest busto. Cerebrum: accipit hic partem pro toto. Et sic observatur in me contrapassus, idest commensuratio; idest iuste punior et debite, et sic commensuratur pena cum crimine commisso. Vel, si male feci, bene et merito patior penam, etc.



L'UNITÀ DEL CATTOLICISMO

E LA PUNIZIONE DELLE SCISSURE CHE LACERARONO LA CHIESA

Chi porria mai, pur con parole sciolte,
Dicer del sangue e delle piaghe appieno
Ch' l'or vidi, per narrar più volte?
Ogni lingua per certo verria meno,
Per lo nostro sermone e per la mente,
Ch' hanno a tanto comprender poco seno.

Questo principio fa tosto e chiaramente conoscere la straordinaria gravità dell'argomento, qui tolto a trattare. E di fatti, assorto il Poeta nel grande concetto dell'unità somma, da cui per creazione deriva ogni luce, ogni vero, ed in essi ogni idealità e germe di vita, e che non può come che sia offendersi, senza che creazione, ristorazione, finalità degli esseri, ogni scienza, ogni speranza, ogni perfezionamento, addiventino nomi voti di senso, ci dà in questo canto tale descrizione dello strazio di coloro, che con le eresie e gli scismi vi attentarono, che questa sola basta a mostrarcelo uno de' più trascendenti e profondi intelletti che siano quaggiù comparsi ed il Poeta sommo del Cattolicesimo.

Tale unità suprema, che insieme è trinità, tre uno, e uno tre, ossia la Trinità delle Persone nell'unità della natura divina, senza di cui nessuna origine può concepirsi, nessuna finalità, né specificazione alcuna, è la chiave per intendere questo universo e i destini dell'uman genere e di ciascuno degli individui che lo compongono; vano ogni congegno filosofico, per quanto sottilmente ordito e con arte preparato, a riuscirne altrimenti. Tutti, di fatti, la sentiamo dentro di noi stessi cotesta unità suprema, non essendo la nostra vita quaggiù che un'aspirazione, una tendenza, uno sforzo, una speranza, un impeto, per arrivare ad essa, sentendo che quivi sta il nostro compimento. E tolta di mezzo questa aspirazione e speranza, ogni idea di progredimento verace, che vuol essere durevole e compiersi, come ogni idea di merito, di gloria, di felicità, riduconsi ad un giuoco ignobile e doloroso. Lo sentono gli stessi egoisti, i quali vorrebbero co' proprii la concordia di tutti i pensieri e voleri, e in sé stessi il vincolo supremo di accentratura. Lo sentiamo tutti nello sperimentarci tanto più generosi e forti, quanto maggiore è la compagnia che abbiamo, e tanto più fiacchi, deboli, buoni a nulla, quanto più ci rendiamo isolati.

Questo concetto dell'unità, come principio, nella sua integrità non si ha che dalla rivelazione divina; e nella sola Chiesa cattolica l'uman genere, ad essa movendo, si perfeziona e avanza, guidato dall'amore e dall'umiltà, al proprio fine: dall'amore, che è tendere all'uno e ad abbracciarlo con tutta la potenzialità di cui siam capaci, abbracciando in esso tutta l'universalità

del fine, secondo il grado in cui ci troviamo; dall'umiltà, che è rifuggire dal sostituir noi stessi a quell'uno supremo, e dal costituirci centri, come se potessimo esser Dei (la menzogna, con cui Lucifero trasse la nostra progenie a rovina); ma signoreggiando i nostri appetiti e le seduzioni che ci assalgono, con libero volere tenerci ad esso soggetti e all'ordine che ebbe stabilito.

Gli opposti sono l'odio e la superbia, produttori di scismi e di divisioni; e vale lo stesso che disgregamento e a poco a poco annientazione. Le quali passioni, se pur troppo ci seducono, cioè è perchè sono esse, come ogni altro vizio ed errore, rotti e guasti riverberi di una primitiva verità, come la nostra coscienza, immortale, in cui tutti questi misteri stanno racchiusi. Perocchè la superbia non è, in somma, che il sentimento di una signoria e di una sovranità destinateci e che in parte già possedemmo, guasta memoria dell'Eden e vaticinio e presagio di una gloria futura; della quale bensi, non possedendola noi in proprio, e dovendo riceverla, dobbiamo con nobile umiltà prepararci ad essere degni. E così l'odio non è che il sentimento esagerato di noi stessi, per saperci individualmente immortali, distinti l'un dall'altro nell'universalità delle cose, e da ciascuna di esse, dalle quali tutte deve a noi affluire gloria e diletto (protesta contro l'annientamento e il timore di esso), dove l'umile fede ci mostra il fontale principio della vita nell'amore, il quale, abbracciando tutto il creato, ci sublima al Creatore, al sommo bene, a colui che è principio e termine d'ogni cosa.

Quale forza avesse in Dante questo concetto dell'unità e il sentimento dell'amore che ad essa lo portava, si appalesa dalla sublime sua epopea che percorriamo, la quale in tale unità ha la sua forma: unità che comprende creazione, ristorazione, o redenzione, e finalità, ossia la trasformazione che avrà un di tutto l'universo. E tale epopea sarebbe stata impossibile concepire e scrivere in qualsiasi altra confessione cristiana fuor della cattolica, essendo tutte dimezzate, monche e varianti senza fine.

Ed ecco la ragione della terribile dipintura, che egli ci dà in questo canto, dello strazio a cui sono assoggettati nell'abisso gli autori e promotori di eresie e scismi nella Chiesa, ossia delle dilacerazioni, fatte dalla superbia all'unità sopra cui è essa fondata. I mille squarciamenti de' corpi, che qui presentano i miseri, vengono simbolicamente fatti dai principii medesimi che già dilacerarono lo spirito; cioè l'odio e l'agognata sovranità suprema: l'odio, figurato nel demonio che punisce; la superbia, ossia l'agognata sovranità, nella spada che piomba e taglia: *Per quae homo peccaverit, per haec punietur.*



CAPITULI VICESIMINONI SUMMARIUM

In isto capitulo vicesimonono, quod incipit: *Multa gens et diverse plage*, auctor prosequitur de decima Maliborgia, in qua puniuntur falsatores metallorum, monetarum et propriarum personarum in duobus capitulis; sed in isto puniuntur alchimiste, quorum pena talis est. Ipsi alchimiste stant in ista valle ydropici, leprosi, et febribus aggravati. Quid sit ydropisis, et quid lepra, et quid febris, videas in commento. Hic in hoc loco sunt maximi fetores. Aliqui fetores sunt a natura loci, aliqui procedunt ab istis spiritibus sic fetentibus. Talis pena bene convenit alchimis et falsantibus metalla. Nam stant in fetoribus, quia alchimiste utuntur sulfure comburendo ipsum, quod generat maximos fetores: utuntur arsinico, losengardo, et aliquibus rebus venenosis, maxime fetentibus. Et sicut lepra est corruptio humorum, et etiam ydropisis, et etiam febris, ita isti corrumpunt aurum, argentum, monetam et alia metalla. Et aliqui istorum stant ad sedendum, appodiati unus alteri, tecti crustis lepre,

et habent pruritus insanabilem et nunquam cessant se scalpere, removens de carne crustas lepre, sicut squame remouentur a piscibus squamosis. Stant alchimiste appodiati, sicut steterant reclusi in domibus ad sufflandum in cineratio. Et quia nulla est secta ita coniuncta sicut sunt isti, qui semper se scalpunt alter alterum, ille pruritus est insanabilis. Ad faciendum alchimiam elevant crustas, quia aliquando remouent a florenis et a denariis aureis aliquid de auro infelicissimi alchimiste, quibus patres relinquunt maximas divicias, et ipsi proiciunt, sperantes in alchimia et ex ipsa fieri divites magis; et ipsi sic se expoliant, et sic proiciunt crustas, et sic se scalpendo, proicientes in vanum bona sua, acquirunt irrisiones et despectus, quia irridentur et contempnuntur quasi ab omnibus. Isti sufflant in igne, querunt herbas, etc., quia in ventum revertuntur omnia opera illorum, et sicut herbe dessiccantur. Hic auctor invenit magistrum Griffolinum de Senis.



CAPITULUM VICESIMUMNONUM

- ¹ La molta gente e le diverse piaghe
Havean le luci mie sì inebriate,
Che dello star a pianger eran vaghe:
² Ma Virgilio mi disse: Che pur guate?
Perchè la vista tua pur si soffolge
Laggiù fra l'ombre triste e smozzicate?
³ Tu non hai facto sì all'altre bolge:
Pensa, se tu annoverar le credi,
Che migla ventidue la valle volge;

La molta gente. Multa gens et diverse plage: istud est capitulum vicesimumnonum huius Inferni, in quo auctor tractat de falsatoribus et fraudulentis, qui puniuntur in decima bolgia et ultima decem Malibolgiarum; qui falsatores dicuntur alchimiste. Et dividitur in quatuor partes. In quarum prima auctor adhuc retangit circa pretactam materiam de uno spiritu, qui fuit de stirpe sua. In secunda, que incipit ibi:

Così parlammo insino;
Sic loquuti fuimus usque ad locum primum,

tractatur de pena falsorum alchimistarum.
In tertia, que incipit ibi:

Qual sopra il ventre;
Quidam supra ventrem,

tractat de pena alchimistarum in duobus spiritibus modernis, magnis alchimistis.
In quarta, que incipit ibi:

Ed io disse al Poeta;
Et ego dixi Poete,

auctor facit unam exclamationem et irrisiōnem gentis senensis.

Primo igitur auctor continuat dicta dicendis, ostendens

- ¹ *Multa gens et diverse plage*
Luces meas ita inebriarunt,
Que stare ad plangendum erant vage:
² *Sed Virgilius dixit michi: Quid pur respicis?*
Quare visio tua pur submergitur
Ibi infra inter umbras tristes et detruncatas?
³ *Tu non sic fecisti in aliis bolgiis:*
Et cogita, si tu eas numerare credis,
Quia milliarum vigintiduo vallem circueunt;

magnam compactionem, considerando varias plagas eorum, innuens tacite, quomodo sapientes homines, quando considerant varia mala, que eveniunt propter malas linguas, dolent quod tales lingue tot malorum sint cause.

Multa gens et diverse plage, idest multitudo gentium et diversitas linguarum, luces meas, idest oculos meos, ita inebriaverunt (metaphora est), quod stare ad plangendum erant vage, idest cupide, ex compactione vulnerum.

Sed Virgilius michi dixit: Quid *pur*, idest tantum, respicis? Quare visio tua, idest oculus tuus, tantum, *pur* submergitur, idest inclinatur, ibi infra, inter umbras tristes et detruncatas, idest incisas, smocicatas? Quia diversimode sunt truncate. In aliis gradibus non sic fecisti. Hic non videris posse devistare: satis vidisti, quia materia est longa, tempus breve; ideo recedendum est. Tu non fecisti sic in aliis bolgiis: cogita si tu eas, scilicet bolgias, numerare credis, quia milliarum vigintiduo vallem circueunt. *Numerare*; scilicet spiritus exeuntes in illis bolgiis; quasi dicat non est possibile. Omnis bolgia continens habet tantum spatium ultra spatium quod continetur a bolgia contempta; et illa, que consequitur, scilicet decima, volvit vigintiduo milliarum. Quasi dicat: Nimis difficile esset.

- ⁴ E già la luna è sotto e nostri piedi:
Lo temp'è poco omai che n'è concesso,
Et altro è da veder che tu non vedi (¹).
⁵ Se tu havessi, rispos'io a [p]presso,
Atteso alla cagion perch'io guardava,
Forse m'havresti ancor lo star dimesso.
⁶ Per te (²) sen giva, et io dietro gl'andava,
Lo duca, già facendo la risposta,
E soggiugnendo: Dentro a quella cava,
⁷ Dov'io tenea hor gli ochi sì apposta,
Credo ch'un spirto del mio sangue piangha
La colpa che laggiù cotanto costa.
⁸ Però disse'l maestro: Non si frangha
Lo tuo pensier da qui'nanzi sovr'ello:
Attende (³) ad altro, ed ello si rimanga (⁴);
⁹ Ch'io vidi a uno socto l' ponticello
Mostrarti, e minacciar forte col dito,
Et udii nominar Geri del Bello.
¹⁰ Tu eri allhor sì del tucto impedito
Sovra colui che già tenne Altaforte,
Che non guardasti in là; sì fu partito.
¹¹ O duca mio, la violenta morte
Che non gl'è vendicata ancor, diss'io,
Per alcun che dell'onta sia consorte,
¹² Fece lui disdegnoso; ond'ei sen gio
Senza parlarmi, sì com'io stimo;
Et in ciò m'ha ei facto a sè più pio.
- ⁴ *Et iam luna est sub pedibus nostris:*
Tempus est paucum ammodo quod nobis concess-
Et aliud est videndum quod tu non vides. [sum est,
⁵ *Si tu posuisses, respondi ego paulo ante,*
Intentum ad causam propter quam ego respiciebam
Forsan adhuc michi stare ibi dimis[siss]es.
⁶ *Interim recedebat, et ego retro eum ibam,*
Ad ducem iam faciendo responsum,
Et subiungendo: Intro in istam caveam,
⁷ *Ubi ego nunc tenebam oculos ita fixe,*
Credo quod unus spiritus de meo sanguine planga
Culpam que ibi infra tantum constat.
⁸ *Tunc dixit magister: Non frangatur*
Tua cogitatio deinceps ab illo:
Attende ad aliud, et ipse ibi remaneat;
⁹ *Quia ego vidi eum ad pedem unius ponticelli*
Ostendere te, et minari fortiter cum digito,
Et audiui eum nominari Gieri de Bello.
¹⁰ *Tu eras tunc ita in totum impeditus*
Super illum qui iam tenuit Altafortem,
Quod non respexisti illuc; ipse discessit.
¹¹ *O dux mi, violenta mors*
Que adhuc non est vindicata ei, dixi ego,
Per aliquem qui de iniuria sit consors,
¹² *Fecit eum indignantem; unde recessit*
Sine loqui michi, prout ego existimo;
Et in hoc me fecit ipse ad eum magis pium.

(¹) al. credi. — (²) al. parte. — (³) tu. — (⁴) ne la malhora.

Etenim iam luna est sub pedibus nostris: tempus est parvum admodum, quod nobis concessum est; et aliud est videndum quod tu non vides. Auctor iam stetit diebus duobus et duabus noctibus cum dimidio in Inferno. Luna erat plena et opposita soli: ergo si erat plena, et erat sub pedibus, sequitur quod sol erat in medio celi: restat igitur quod erat meridies. Restabat igitur standum in Inferno solum medio die et una nocte.

Si tu posuisses, respondi ego, paulo ante, idest si tu intendisses, intentum ad causam propter quam ego respiciebam, forsan adhuc michi stare ibi idest plus, dimis[siss]es, idest concessisses.

Interim recedebat, et ego retro eum ibam, ad ducem, vel duci, iam faciendo responsum, et subiungendo, idest rei quam inceperam: Intro in illam caveam, idest foveam, ubi ille spiritus tormentatur, ubi ego tenebam nunc oculos, idest ad quam respiciebam ita fixe, vel ita intentos, credo quod unus spiritus de meo sanguine plangat culpam, idest peccatum, quod ibi infra tantum constat, idest quod ibi tam graviter punitur.

Tunc dixit Magister: Non frangatur tua cogitatio deinceps ab illo; idest non plus cogites de ipso: attende ad aliud, et ipse ibi remaneat; quia ego ad pedem unius ponticelli, idest prope unum pontem parvum, ostendere te et minari fortiter cum digito [unum vidi], et audiui eum nominari Gieri de Bello (nomen proprium). Tu eras tunc in totum impeditus super illum, qui iam tenuit Altafortem, quod tu non respexisti illuc: ipse discessit; idest tu non potuisti ita subito respicere in eum, quin prius ipse recesserit.

O dux mi, violenta mors, que adhuc non est ei vindic[a]ta, dixi ego, per aliquem, qui de iniuria, supple recepta, sit consors, scilicet faciat se consortem, vel participem, vel consanguineum, fecit eum indignantem. Unde recessit, idest ea de causa, sine loqui michi, prout ego existimo; et in hoc me fecit ipse ad eum magis pium: idest ex hac causa magis sibi compatiōr.

Iste, de quo est sermo, fuit unus consanguineus Dantis, et vocabatur Gieri de Bello, de Florentia, et fuit magnus seminator scandalorum, posuit et seminavit scandalum magnum inter duos fratres consobrinos, qui erant nati de duobus germanis carnalibus, de domo Sachetti, nobili domo

- 13 Così parlammo infin al luogo primo
Che dello scoglio l'altra valle mostra,
Se più lume vi fosse, tucto ad imo.
14 Quando noi fummo in su l'ultima chiostra
Di Malebolge, sì ch'è suoi conversi
Potean parere alla veduta nostra,
15 Lamenti saettaro in me diversi,
Che di pietà ⁽¹⁾ ferrati avean li strali:
Ond'io gl'orechi colle man copersi.

⁽¹⁾ al. pianto.

de Florentia: unde ipse fuit frustatim truncatus et interfectus. Vult hic dicere auctor, quod naturaliter omnis homo tendit ad vindictam; sed aliquis magis, aliquis minus: sed magis Florentinus quam alius. Unde ille, qui hic punitur, fuerat iuste interfectus et tunc petebat vindictam; et Dantes videbatur naturaliter velle; sed a tali velle retrahebat eum Virgilius.

Nota tamen quod, licet quis naturaliter appetat vindictam, tamen maior gloria sequitur remictenti quam prosequenti ultionem, sicut dicit Aristotiles: Una proprietas magnanimi est remictere iniuriam. Cesar nunquam habuit inimicum, tam atrociter offendentem ipsum, quin sibi indulgeret, si veniam petebat: multis etiam non petentibus veniam remictebat, dicens, quod tales non erant digni ira Cesaris.

Così parlammo infine. Sic loquuti sumus usque ad locum: hec est secunda pars huius capituli, ubi ponitur pena alchimarum et eorum qui falsaverunt metalla, proprias personas, pecunias, proprias voces et alias res. Pena eorum talis est. Ipsi egrotant diversis morbis: quidam sunt ydropici, quidam leprosi, quidam febribus aggravantur; et ex ipsis exit, et procedit tantus fetor et peximus odor, sicut patebit in comparationibus, quas ponit infra. Sunt scabiosi: nam alchimiste stant ad sedendum, appodiati unus alteri, sicut stat una tegia, sive tega, cum altera. Tega, sive tegia, est unum instrumentum de terra, sive de ferro, quibus coqui et coquinarii utuntur ad decoquendum aliqua sic nobiliter, quod cibus, sicut sunt carnes, ponuntur in una tega, et alia postea supraponitur, et sic infra duas tegas res dequoquuntur. *Ora*, sicut una tega alteri appodiatur; ita unus alchimista appodiatur hic alteri: et omnes isti alchimiste sunt tecti crustis lepre et scabie, et habent pruritum insatiabilem ad confricandum, et nunquam cessant scalpere, sive confricare, et cum ungulis manuum remonent crustas, sive crostas, de carne, sicut remonentur squame piscium. Allegoria est, quod sicut scabiosi et leprosi corrupti sunt in pexima dispositione humorum, de quibus procedunt fetores insustinentes, et quasi sunt dissolute complexionones; sic alchimiste corrumpunt bona metalla, ex qua corruptione nascitur fetor, et peximus odor; quoniam propter corrupta metalla nascuntur discordie, divisiones, infamie, et multa mala inde oriuntur, et sepe

- 13 *Sic locuti fuimus, usque ad locum primum*
Qui scopuli aliam vallem monstrat,
Si plus luminis fuisset, totum ad ymum.
14 *Quando nos fuimus super ultimo clauastro*
Malibolgie, ita quod sui conversi
Poterant apparere visioni nostre,
15 *Lamenta sagiptaverunt in me diversa,*
Que de pietate habebant ferata spicula:
Unde ego aures cum manibus cooperui.

aliqui eorum per iustitiam publicam puniuntur, comburantur, etc. Fetor suus fetet mirabiliter: nam statim cum corrupta est una mercantia in uno loco, fetor transit ad aliam partem et de gente in gentem. Alchimiste stant appodiati, quia in hoc mundo steterunt reclusi occulte ad sufflandum in cineratio; nec est aliqua secta ita coniuncta sicut sunt isti. Semper alter alterum scalpit et confricat. Ille pruritus est appetitus insatiabilis de faciendo alchimiam: elevat crustas, idest florenos falsos et monetam mixtam cum impuritate. Nam infelix alchimista, qui est bene dives ex paterna hereditate, totum proicit in operando alchimiam, et nunquam pervenit, et sic consumit omnia; et sic se scalpit, idest proicit bona sua inutiliter sine fallo: nihil habet nisi dolorem et derisionem et peximam famam.

Così parlammo: sic loquuti fuimus usque ad locum primum: qui, scilicet locus, scopuli, scilicet sequentis, aliam vallem monstrat, si plus luminis fuisset, totum ad ymum; idest unde tota alia vallis potuisset videri, si plus luminis ibi fuisset; quia ibi erat obscuritas. *Ymum*, idest bassum.

Quando nos fuimus super ultimo clauastro Malibolgie, ita quod sui conversi poterant apparere visioni nostre, idest oculis nostris (loquitur methaphorice, quia sicut in clauastro stant Religiosi ad faciendum penitentiam voluntariam; ita isti stant ad penam et tormentum conversi, idest in illam malam religionem falsificationis), lamenta sagiptaverunt in me, idest contra, diversa, que de pietate habebant ferrata spicula; unde ego aures cum manibus cooperui: idest lamenta ipsorum diversimode me offenderunt, ita quod obturavi aures ne audirem illa, quia talia lamenta omne cor durum et saxeum movissent ad pietatem. Vult dicere, quod si omnes dolores et planctus, qui reperiuntur in multis partibus pestiferis mundi, essent hic, in hoc loco, non possent istis coequari. Et ponit tria loca: duo in Ytalia, et unum in Gretia. In Ytalia nota quod primus locus est in Tuscia, in una valle mortua, que vocatur Vallis Chiane, que est inter Aretium, sive civitatem Aretii, et civitatem Clusii, et civitatem Cortonii: ibi aier tempore estivo corrumpitur, et ibi solebat esse unum hospitale, quod vocabatur hospitale Alti Passus, ubi stabant plurimi, infiniti, leprosi. Alius locus est in Maripima Romana, ubi est peximus aier propter ventum meridiionalem,

- 16 Qual dolor fora ⁽¹⁾, se delli spedali
Di Val di Chiana, tra luglo e settembre,
E di Maremma e di Sardigna e mali
17 F fosser in una fossa tutti insembre;
Tal era quivi, e tal puzza n'usciva,
Qual suol venir delle marcide membre.
18 Noi discendemmo in sull'ultima riva
Del lungo scoglio, pur a man sinistra,
Et allor fu la mia vista più viva
19 Qui vèr lo fondo ⁽²⁾, dove la ministra
Dell'alto Sire ⁽³⁾, infallibil iustitia,
Punisce el falsator che qui registra.
20 Non credo ch'a veder maggior tristitia
Fusse in Egyna ⁽⁴⁾ el popol tucto infermo,
Quando fu l'aer sì pien di malitia ⁽⁵⁾,
21 Che gl'animali infino a[l] picciol vermo
Cascaron ⁽⁶⁾ tucti, e poi le genti antiche,
Secondo ch'è Poeti ⁽⁷⁾ han per fermo,
22 Si ristorar ⁽⁸⁾ di seme di formiche;
Ch'era a veder per quella scura valle
Languir ⁽⁹⁾ li spirti per diverse biche ⁽¹⁰⁾.

⁽¹⁾ sarebbe. — ⁽²⁾ al. verso'l fondo. — ⁽³⁾ Signor Dio. — ⁽⁴⁾ città del re Eaco in Grecia. — ⁽⁵⁾ morbo. — ⁽⁶⁾ morti. — ⁽⁷⁾ Ovidius in VII circa finem. — ⁽⁸⁾ ripararono per Giove. — ⁽⁹⁾ lamentare. — ⁽¹⁰⁾ montoni.

corruptivum et infectum. Tertius est in Sardinia, insula Ytalie, que est in mari Mediterraneo. In illa insula, maxime in extremis lictoribus, ventus australis maxime inficit aierem.

Qualis dolor esset, si de hospitalibus Vallis Chiane inter iulium et septembrem, supple menses, et Sardinie et Maripime mala, idest infirmitates, essent in una fovea; talis erat scilicet dolor ibi, et talis putredo inde exibat, qualis solet exire de putrefactis membris, vel marcidis.

Nos descendimus super ultimam ripam longi scopuli, semper ad manum sinistram, et tunc fuit mea visio magis viva, idest magis clare inde vidi illos spiritus, quia tunc nihil obstabat michi; et sic visio mea fuit clarior infra profundum, ubi ministra alti Domini, scilicet Dei, infallibilis iustitia, ad differentiam humane iustitie, que sepe fallit et fallitur, punit falsatores, quos hic registrat, qui hic ponuntur in quaterno, scilicet per auctorem.

Modo ponit comparisonem fetoris. Nota, secundum Ovidium in octavo Metamorphoseos, per antiquum in Gretia fuit quedam civitas, nomine Egina, de qua fuit rex Eacus, avus Achilles; in qua fuit tanta pestis, quod civitas illa remansit sine habitatoribus, omnino spoliata gentibus: et hoc fuit verum, scilicet secundum fictionem. Pestis illa evenit propter iram Junonis. Hoc, scilicet quod civitas illa propter pestem remansit sine habitatoribus, est valde possibile; quoniam tempore maioris pestilentie, que fuit in Ytalia

- 13 *Qualis dolor esset, si de hospitalibus*
Vallis Chiane, inter iulium et septembrem,
Et Maripime et Sardinie mala
17 *Essent in una fovea omnes simul;*
Talis erat hic, et talis putredo inde exibat,
Qualis solet exire de putrefactis membris.
18 *Nos descendimus super ultimam ripam*
Longi scopuli, semper ad manum sinistram,
Et tunc fuit mea visio magis viva
19 *Infra profundum, ubi ministra*
Alti Domini, infallibilis iustitia,
Punit falsatores quos hic registrat.
20 *Non credo quod ad videndum maior tristitia*
Esset in Egina populum totum infirmum,
Quando fuit aier ita plenus malitia,
21 *Quod animalia usque ad parvum vermem*
Ceciderunt cuncta, et postea gentes antique,
Secundum quod Poete habent pro firmo,
22 *Restaurare sunt ex semine formicarum;*
Quam erat ad videndum per illam obscuram vallem
Languere spiritus per diversas bichas.

in millesimo tercentesimo quadagesimo octavo, consimiliter quasi accidebat quibusdam terris Ytalie, et multa oppida sunt valde diminuta. Eacus, qui tunc erat rex illius civitatis Eginie, desperatus exivit civitatem, ut eam relinqueret ex toto; et stans in via, vidit unam quercum, in qua et super quam erant quasi infinite formice. Tunc ipse rex Eacus genuflexit se in terra, et rogavit Deos, quod vel auferrent eum de mundo, vel redderent illi civitati tot gentes quot erant ille formice. Tunc sompno abreptus, sopitus est; et expergefactus, reperit omnes illas formicas conversas in homines et mulieres. Juno est dea elementi aieris, ad denotandum quod ex corruptione aieris venerat illa pestis. Eacus recollegit omnes rusticos villarum illorum montium et replevit civitatem Eginam de illis. Formica est animal, parvum, nigrum et sagax, ad denotandum illos rusticos, parvos homines, nigros et sagaces: et isti videntur fuisse illi populi, scilicet Mirmidones, cum quibus Achilles et Pirrus fecerunt magna facta apud Troyam. Formica latine, Mirmidon Grece. Vult dicere auctor quod in civitate Egina tempore illius tam magne pestilentie, non fuit tantus fetor et dolor sicut est hic. Non credo quod ad videndum maior tristitia esset in Egina populum totum infirmum, quando fuit aier plenus malitia, quando ille aier fuit corruptus ex peste, quod animalia, usque ad parvum vermem, ceciderunt, idest mortua sunt, cuncta; et postea gentes antique, secundum quod Poete habent pro firmo, restaurare sunt ex semine formicarum, quam erat scilicet tristitia ad

- ²³ Qual sopra'l ventre, e qual sopra le spalle,
L'un dell'altro giacea, e qual carpone
Si tramutava ⁽¹⁾ per lo tristo calle.
- ²⁴ Passo passo andavàn ⁽²⁾ senza sermone,
Guardando et ascoltando gl'ammalati,
Che non potean levar su lor persone.
- ²⁵ Io vidi due seder a sè appoggiati,
Com'a scaldar si posa tegla a tegla ⁽³⁾,
Dal capo a piè di scanze maculati:
- ²⁶ E non vidi già mai menare stregla
Da ragazzo spectato ⁽⁴⁾ dal signorso ⁽⁵⁾,
Nè da colui che mal volentier vegla ⁽⁶⁾;
- ²⁷ Come ciascun menava spesso el morso
Dell'unghie sovra sè per la gran rabbia
Del piczicor, che non ha più soccorso ⁽⁷⁾.
- ²⁸ Così traheva giù l'unghia la scabbia,
Come coltel da scardova ⁽⁸⁾ le scagle,
O d'altro pesce che più ⁽⁹⁾ larghe l'abbia.
- ²⁹ O tu che colle dita ⁽¹⁰⁾ ti dismagle,
⁽¹¹⁾ Cominciò 'l duca mio ad un di loro,
E che fai d'esse ⁽¹²⁾ talvolta tanagle,
- ³⁰ Dimmi s'alcun latino è tra costoro
Che son quinc'entro, se l'unghia ti basti
Etternalmente a cotesto lavoro ⁽¹³⁾.
- ²³ *Quidam super ventrem, quidam super humeros,
Unus alterius iacebat, et quidam suppinus
Transmutabatur per illum tristem callem.*
- ²⁴ *De passo in passum ibamus sine sermone,
Respiendo et auscultando infirmos,
Qui non poterant levare eorum personas.*
- ²⁵ *Ego vidi duos sedere ad se appodiatos,
Sicut ad calefaciendum appodiatum tega cum tega,
A capite usque ad pedes de squamis maculatos:*
- ²⁶ *Et non vidi unquam duci strelliam
A famulo qui expectatur a domino suo,
Nec ab illo qui male libenter vigilat;*
- ²⁷ *Sicut quilibet ducebat sepe morsum
Unguium supra se ex grandi rabie
Fricationis, que non habet alium succursum.*
- ²⁸ *Ipsi trahebant sibi cum unguibus scabiem,
Sicut cultellus disquamat scalghias,
Vel alios pisces qui largiores illas habeant.*
- ²⁹ *O tu qui cum digitis te dimalias,
Incepit dux meus uni ipsorum,
Ita quod facis de ipsis aliquando forcipes,*
- ³⁰ *Dic michi si aliquis latinus est inter istos
Qui sunt hic intro, si unguis tibi duret
Eternaliter ad istud opus.*

⁽¹⁾ andava. — ⁽²⁾ noi. — ⁽³⁾ testo — ⁽⁴⁾ guardato — ⁽⁵⁾ suo — ⁽⁶⁾ et affectasi di strigare — ⁽⁷⁾ se non di gratarsi — ⁽⁸⁾ pesce — ⁽⁹⁾ che la scardova — ⁽¹⁰⁾ tue — ⁽¹¹⁾ a dire — ⁽¹²⁾ dita tue — ⁽¹³⁾ glorioso di grattarsi.

videndum per illam obscuram vallem languere spiritus per diversas bichas, idest acies et cumulos, sive per diversos montes accumulatos. *Bicha* proprie apud Tuscos est quidam cumulus frumenti, qui fit in campo quando frumentum est messum. Talis cumulus Arrimini vocatur *meda*, in Massa Trabaria vocatur *barcha*.

Quidam super ventrem, quidam super humeros, unus alterius, iacebat, et quidam supinus transmutabatur per illum tristem callem, idest miserum. Aliqui ibant *branco-loni*, idest tenebant manus et pedes, in circa euntes.

Passo passo. De passo in passum ibamus: hec est tertia pars huius capituli, in qua ponitur specialis pena alchimistarum quorundam; ideo dicitur: De passo in passum, idest lento passum, ibamus sine sermone, respiendo et abscultando infirmos, qui non poterant levare eorum personas, idest non poterant se erigere.

Ego vidi duos sedere ad invicem appodiatos, sicut ad calefaciendum appodiatum tega, a capite usque ad pedes

de squamis maculatos; et non vidi unquam duci *strelliam*, idest non vidi ita velociter, a famulo qui expectatur a domino suo, nec ab illo qui male libenter vigilat (*strellia* est instrumentum ferreum, cum quo terguntur, confricantur et mundantur equi: vult auctor declarare festinantiam istorum spirituum in fricando se per comparisonem famuli, qui cum festinantia strillat equum, ad hoc ut cito redeat ad dominum suum, qui eum expectat), sicut unusquisque ducebat sepe morsum unguium supra se ex grandi rabie, idest propter magnam rabiem fricationis, que non habet alium succursum, idest non habet penitentiae locum. Ipsi trahebant sibi cum unguibus scabiem (supple sic), sicut cultellus disquamat *scalghias*, idest pisces sic dictos, vel alios pisces, qui largiores illas habeant, scilicet squamas.

O tu, qui cum digitis te amalias, idest discorias, vel dilaceras, incepit dux meus uni ipsorum, ita quod facis de ipsis, scilicet unguibus, aliquando forcipes (forfex est instrumentum fabri), dic michi, si aliquis latinus est inter istos, qui sunt hic intro, si unguis tibi duret, idest sufficiat, eternaliter ad istud opus, scilicet quod facis, vel ad fricandum te: idest tu, qui ita perseveranter laboras, suffia bene in cineratio et in instrumentis ad faciendum alchi-

- ³¹ Latin siam ⁽¹⁾ noi, che tu vedi sì guasti,
Qui amendue, rispose l'un ⁽²⁾ piangendo:
Ma tu chi se', che di noi dimandasti?
- ³² E'l duca ⁽³⁾ disse ⁽⁴⁾: Io son un che discendo
Con questo vivo ⁽⁵⁾ giù di balzo in balzo,
E dimostrar l'Inferno allui intendo.
- ³³ Allor ⁽⁶⁾ si ruppe lo comun ⁽⁷⁾ rincalzo ⁽⁸⁾;
E tremando ciascun ⁽⁹⁾ a me si volse
Con altri che l'udiron di rimbalzo.
- ³⁴ Lo buon Maestro ⁽¹⁰⁾ a me tucto s'accorse,
Dicendo: Di' a lor ciò che tu vuoli.
Et io incominciai, poscia che volse ⁽¹¹⁾:
- ³⁵ Se la vostra memoria non s'imboli ⁽¹²⁾
Nel primo mondo dell'humane menti,
Ma s'ella viva doppo molti soli ⁽¹³⁾,
- ³⁶ Ditemi chi voi sete e di che genti:
La vostra sconcia e fastidiosa pena
Di palesarvi a me non vi spaventi.
- ³⁷ Io fui d'Arezzo, et Albero da Siena,
Rispose l'un, ⁽¹⁴⁾ mi fe'metter ⁽¹⁵⁾ al fuoco;
Ma quel, perch'io morii, qui non mi mena.
- ³¹ *Latini sumus nos, quos tu vides ita destructos,
Hic ambo, respondit unus plangendo:
Sed tu quis es, qui de nobis interrogasti?*
- ³² *Et dux dixit: Ego sum unus qui descendo
Cum isto vivo infra de balzo in balzum,
Et demonstrare ei Infernum intendo.*
- ³³ *Tunc fuit ruptum commune rincalzum;
Et tremendo quilibet ad me se voluit
Cum aliis qui illud audierunt de rimbalzo.*
- ³⁴ *Bonus magister ad me totum se convertit,
Dicendo: Dicas ei[s] id quod tu vis.
Et ego incepi, postquam ipse voluit:*
- ³⁵ *Si vestra memoria non s'imbolet
In vestro mundo de humanis mentibus,
Sed ipsa vivat sub multos soles,*
- ³⁶ *Dicite michi qui vos estis et de quibus gentibus:
Vestra incomportabilis et fastidiosa pena
Ut publicetis michi vos non terreat.*
- ³⁷ *Ego fui de Aretio, et Alberus de Senis,
Respondit ille, me fecit micti in ignem;
Sed illud, propter quod ego fui mortuus, huc me
[non conduit].*

⁽¹⁾ al. sem — ⁽²⁾ cioè Capocchio, o Grifolino. — ⁽³⁾ Virgilio. — ⁽⁴⁾ a colui. — ⁽⁵⁾ Dante. — ⁽⁶⁾ allhora. — ⁽⁷⁾ di color due. — ⁽⁸⁾ appoggiamento. — ⁽⁹⁾ di quelli due. — ⁽¹⁰⁾ Virgilio. — ⁽¹¹⁾ Virgilio. — ⁽¹²⁾ si tolla via. — ⁽¹³⁾ corsi di sole, cioè anni. — ⁽¹⁴⁾ di loro, Orsolino. — ⁽¹⁵⁾ ardere.

miam; procura herbas et succus, sive cineres, herbarum: idest, si Deus det tibi tantam gratiam, quod habeas bene ad laborandum.

Latini sumus nos, quos tu vides ita destructos, hic ambo, respondit unus plangendo. Sed tu quis es qui de nobis interrogasti? Et dux dixit: Ego sum unus, qui descendo cum isto vivo, infra, *de balzo in balzum*, idest de gradu in gradum, sive de loco in locum, vel circulo in circulum, et demonstrare ei Infernum intendo.

Tunc fuit ruptum commune *rincalzum*: idest, tunc unus ab alio se divisit, quia non steterunt plus unus ad alterum apodiatum; idest disrupta fuit coniunctio unius ad alterum; et tremendo quilibet ad me se voluit cum aliis, qui illud audierunt de *rimbalzo*, idest ex opposito, sive desuper *giunti*. Quia modo sunt ita disiuncti, sequitur quod sint attenti ad audiendum.

Bonus magister ad me totum se convertit, dicendo: Dicas eis id quod tu vis. Et ego incepi, postquam ipse voluit: Si vestra memoria non *s'imbolet*, idest deleatur, in nostro mundo de humanis mentibus, sed si ipsa vivit sub multos soles, annos idest, dicite michi qui vos estis et de quibus gentibus. Vestra incomportabilis et fastidiosa pena, idest inequalis, vel ultra modum afflictiva (quia videre unum le-

prosum decoriatum turpe est: sed dicit auctor: non est cura, quia libenter vos audiam), ut publicetis michi vos non terreat.

Ego fui de Aretio, et Alberus de Senis, respondit ille, me fecit micti in ignem. Sed illud, scilicet peccatum, propter quod ego fui mortuus, huc me non conduit, idest conduxit. Nota quod iste fuit vocatus magister Griffolinus de Aretio, magnus naturalis, phisicus et ingeniosus homo tempore Dantis, sed convertit ingenium suum ad alchimiam. Iste, existens Senis, reperit inter alios unum iuvenem, nomine Alberum, filium episcopi senensis, qui vivebat ad expensas Crucifixi, idest episcopatus, et erat pecuniosus: qui cepit amicitiam cum isto magistro Griffolino caute; et, e converso, magister Griffolinus vidit istum iuvenem incautum et divitem, extrahebat magnas pecunias ab ipso. Semel et una dierum dixit Albero (qui dixerat ei, Tu es valde ingeniosus): Si ego vellem, ego volarem per aierem, omnibus me videntibus. Tunc dixit ei Alberus: Ego volo addiscere; doce me volare. Magister Griffolinus tenuit eum in verbis et abstulit magnas pecunias ab eo. Iuvenis, perpendens se delusum, dixit episcopo. Episcopus iratus quod magister Griffolinus decepisset filium suum, fecit sic cum suis cautelis, quod iste magister Griffolinus devenit ad manus Potestatis et Inquisitoris, et fuit combustus pro magico et incantatore.

- 35 Vero è ch'io dissi lui, parlando a giuoco, 38 *Verum est quod ego ad eum, loquendo iocose, dixi:*
Io mi saprei levar per l'aere a volo. *Ego scirem me levare per aierem ad volandum.*
E quei, ch'havea vaghezza e senno poco, *Et ille, qui habebat voluntatem et sensum paucum,*
39 Volle ch'io li mostrassi l'arte; e solo 39 *Voluit quod ego monstrarem sibi artem; et solum*
Perch'io nol feci Dedalo (¹), mi fece *Quia ego non feci illum Dedalum, me fecit*
Arder a tal, ch'io havea per figlolo. *Comburi per talem, qui eum in filium retinebat.*
40 Ma nell'ultima bolgia delle diece 40 *Sed in ultima bolgia de decem*
Me, per l'alchimia ch'io nel mondo usai, *Me, propter alchimiam qua usus sum in mundo,*
Dannò (²) Mynos, a cui fallar (³) non lece (⁴). *Dampnavit Mynos, cui fallere non licet.*
41 Et io dissi al Maestro: Or fu già mai 41 *Et ego dixi Poete: Or fuit nunquam*
Gente sì vana come la sanese? *Gens ita vana sicut senensis?*
Certo non la francesca (⁵) sì dassai. *Certe non gallica ita prudens.*
42 Onde l'altro lebbroso (⁶), che m'intese, 42 *Unus alter leprosus, qui me intellexit,*
Rispose al decto mio: Tramene (⁷) Striccha, *Respondit dicto meo: Excipias Striccam,*
Che seppe far le temperate spese; *Qui scivit facere temperatas expensas;*
43 E Nicholò, che la costuma riccha 43 *Et Nycholaum, qui costumam divitem*
Del gherofano prima discoperse *Garofali prius discooperuit*
Nell'orto dove tal seme s'appiccha; *In orto ubi tale semen applicat[ur];*
44 E trane (⁸) la brigata, in che disperse 44 *Et excipe sotietatem, in qua dispersit*
Cascia (⁹) d'Asciano la vigna e la gran *Caccia de Asciano vineam et grandem fundum,*
E l'Abbaglato suo senno proferse. ^{[fronda,} *Et Abbagliatum qui suum sensum protulit.*

(¹) volare. — (²) condannò. — (³) errare. — (⁴) non è lecito. — (⁵) la gente franciosa. — (⁶) Capochio. — (⁷) excoetumene — (⁸) exceptuane. — (⁹) al. Caccia.

Verum est quod ego ad eum loquendo iocose dixi: Ego scirem me levare per aierem ad volandum. Et ille, qui habebat voluntatem, scilicet sciendi hoc facere, idest volare, et sensum paucum, quia erat parum prudens, voluit quod ego monstrarem sibi artem; et solum quia ego illum non feci Dedalum, me fecit comburi per talem, qui eum in filium retinebat (forte non erat, licet episcopus crederet eum esse filium suum; quia sepe tales meretrices nesciunt quorum hominum sint filii tales expurii, etc. De Dedalo dictum est superius: fuit ille qui fecit sibi alas et filio suo Ycharo ad volandum. Hec hystoria habetur superius in capitulo duodecimo confuse). Sed in ultima bolgia de decem, me propter alchimiam, qua in mundo usus fui, dampnavit Mynos, cui fallere non licet, idest qui nunquam errat, idest quia nunquam potest decipi iudicium conscientie.

Et ego dixi Poete. Eo disse al Poeta: hec est quarta pars huius capituli in qua auctor, capta occasione de factis Alberi, exclamando invehit contra Senenses, dicens: Ego dixi Poete: Or, idest ne, fuit unquam gens ita vana sicut senensis? Certe non gallica, idest est ita vana, ita prudens. Hic auctor respondet ipsemet sibi ipsi. Gens gallica semper fuit reputata vana, et hodie sic est quasi. Omnes vanitates quasi veniunt de Frantia, sicut novitates vestium et formarum. Dicit Iulius Celsus, quod Gallici tempore suo ferebant sonalia, idest campanelulas ad barbas. Dicunt Ytalici, quod Franzigene sunt multum mori[er]ati et plus omnibus aliis nationibus, et quod nobilius loquuntur. De

moribus relinquo ad presens: sed de loquela scio quod non est verum. Certe, lingua gallica est ytalicum idioma corruptum: nam Iulius Cesar qui cepit vi armorum Galliam, quia loquebantur barbarice et inintelligibiliter, coegit eos ad loquendum ytalicum idioma; et ideo, quia non potuerunt addiscere perfecte idioma ytalicum, loquuntur sicut parvuli pueri ytalici. Ut volendo dicere: Si tu non permittis me stare, ego percutiam te cum baculo; dicunt: Si vus non mi lassé stare, gie ve donaré du baton. Unde si tu vis loqui gallice, loquere more infantum ytalicorum unius vel duorum annorum.

Alter leprosus, qui erat hic, fuit magister Capochius de Florentia, singularissimi ingenii. Fuit familiaris auctori in vita; et in Senarum civitate, propter falsificationem metallorum, fuit igne crematus. Sed nota quod circa tempus auctoris fuerunt in Senis duodecim iuvenes, divites valde, et sic remanserant ex hereditate paterna, qui fuerunt valde leves in animo; et volentes acquirere nomen et famam, quilibet illorum deposuit viginti millia florenorum, et fecerunt unam bursiam de istis, quos fatuissime distribuerunt, sive proiecerunt, et imposuerunt sibi nomen *La brigata bella spendereccia*, idest sotietas pulchra liberalis ad expendendum. Et conduxerunt unum palatium, et sepe reducebant se in illo palatio ad comedendum, et ibi faciebant fatuitates et dilapidationes. Nam semel emerunt tot garofolos et succenderunt eos igni, quod ad prunas illorum arofororum ignitorum assaverunt multos fasianos et cap-

- 45 Ma perchè sappi (¹) che sì ti seconda 45 *Sed ut tu scias quis te sic secundat*
Contr'a'Sanesi, aguzza ver me l'ochio (²), *Contra Senenses, acue versus me oculum,*
Sì che la faccia (³) ben ti si risponda (⁴): *Ita quod facies mea bene tibi respondeat:*
46 Sì (⁵) vedrai ch'io son l'ombra di Capochio, 46 *Et sic videbis quod ego sum umbra Capochii,*
Che falsai li metalli coll'alchimia, *Qui falsificavi metalla cum alchimia,*
E te (⁶) ne de'ricordar, se ben t'adochio, *Et tu debes de hoc recordari, si te bene respicio,*
Com'io fui di natura buona scimia. *Sicut ego fui nature bona simia.*

(¹) tu, o Dante. — (²) verso di me che son sanese. — (³) mia. — (⁴) rappresenti. — (⁵) così. — (⁶) e te, Dante.

pones. Semel super Pontem Antiquum ad Arnun, in civitate Florentie, fecerunt unam cenam, et habuerunt decem fercula, et ad quodlibet ferculum proiecebant totam mensam in fluvium Arni, mappas, tobalias, scutellas, inscisoria, platellas de argento. Et commiserunt innumeras fatuitates: et tamen omnes mortui sunt et finierunt miserrime et ad hospitalia.

Unus alter leprosus, qui me intellexit, respondit dicto meo: Excipias Striccam, scilicet ex gente senensi (Stricca nomen proprium unius illorum fatuorum), qui scivit facere temperatas expensas (per antifrasi loquitur, idest qui nunquam temperate expendit: nota quod Senenses sunt valde gulosi, et volunt bene et bona comedere), et Nicolaum, qui costumam divitem garofali prius discooperuit, in orto, ubi tale semen applicatur, idest crescit (costumam, idest consuetudinem primo discooperuit, quia fuit primus, qui cum garofalis ignitis assavit fasianos in orto, idest in Senis, qui est ortus in quo crescit gulositas); excipe sotietatem, in qua dispersit, idest consumpsit, Caccia (nomen

proprium) de Asciano (oppidum est), vineam et grandem fundum, idest suas possessiones, quia nihil aliud habebat ad expendendum; et Abbagliatum (nomen proprium) suum sensum protulit, sensum expendit, quia nihil aliud habebat, et illud erat valde modicum.

Sed ut tu scias qui sic te secundat contra Senenses, acue versus me oculum, idest dirige oculos versus me, ita quod facies mea bene tibi respondeat, idest ut possis me bene considerare; et sic videbis quod ego sum umbra Capochii, qui falsificavi metalla cum alchimia: et tu debes de hoc recordari, si bene respicio, idest considero vel cognosco, sicut ego fui nature bona simia, idest bonus assimilator. Dicunt naturales, quod simia est ingeniosum animal, quod conatur assimilare actus suos actibus aliorum.

Proferse, protulit, idest manifestavit: quia prius tenebatur prudens et sapiens, antequam proiceret bona sua; sed postmodum male demonstravit.



L' ALCHEMIA

In questa decima bolgia trova puniti l'Alighieri i falsificatori d'ogni genere, con fetide piaghe, marciume e scabbia; e distingue tre falsità: in cose, in atti, in parole. Della prima son rei i falsarii di metalli e monete, come Griffolino e Capocchio; della seconda chi contraffecce sè stesso, come Giovanni Schicchi e Mirra; della terza, i menzogneri e calunniatori, come la moglie di Putifarre e il greco Sinone. Diremo una parola de' primi.

Arrivato il Poeta ad essi, gl'interroga come segue:

Se la vostra memoria non s'imboli
Nel primo mondo dalle umane menti,
Ma s'ella viva sotto molti soli;
Diteci chi vo'siete e di che genti;
La vostra scondia e fastidiosa pena
Di palesarvi a me non vi spaventi.

Gli risponde Griffolino:

Io fui d'Arezzo.
... nell'ultima bolgia delle diece
Me, per alchimia che nel mondo usai,
Dannò Minòs, a cui fallir non lece.

E Capocchio:

. . . aguzza ver me l'occhio
Sì che la faccia mia ben ti risponda;
Sì vedrai ch'io son l'ombra di Capocchio,
Che falsai li metalli per l'alchimia:
E ten dee ricordar, se ben t'adocchio,
Com' i' fui di natura buona scimia.

Perchè questa punizione agli alchimisti? Chè, insomma, l'alchimia fu l'occasione, per cui l'umano ingegno si addentrò ne' secreti delle varie composizioni de' corpi, arrivando a poco a poco a maravigliose scoperte, le quali da ultimo, col Lavoisier, ci dettero la nobilissima scienza della chimica odierna; scienza senza dubbio destinata a produrre sorprendenti trasformazioni, per le quali l'uomo acquisterà, secondo che Dio, creandolo a sua immagine e somiglianza, gl'ingungeva, la piena dominazione e signoria della terra e della natura universale.

E rispondiamo che l'Alighieri non condannò già l'alchimia come osservazione della natura, sì soltanto gli alchimisti falsarii, scimmie della potenza e sapienza di Dio, i quali si proponevano intenti d'impossibile attuazione. Il che era stato già notato dall'Anonimo, il quale recava un testo della Somma di San Tommaso, avvalorato dall'autorità di Sant'Agostino, e dimostrava che l'umano ingegno, per istinto, e meglio per tradizione di fatti sparsi, ad ardite induzioni collegati, poté presentire e presenti quel che la scienza e l'arte arriverebbero a trovare: nè già adulterando alcuni corpi per far credere di averne creati

altri; ma veramente penetrando nell'opera divina fin dove Dio stabili che l'uomo possa arrivare, affinché cresca ogni di più nell'ammirazione di lui e nel suo amore. L'alchimia, condannata dall'Alighieri, venne da lui maravigliosamente espressa con le parole messe in bocca a Capocchio:

Sì vedrai ch'io son l'ombra di Capocchio,
Che falsai li metalli per alchimia:
E ten dee ricordar, se ben t'adocchio,
Com' i' fui di natura buona scimia.

Di fatti l'alchimia, oltre di avere avuto a principal movente la sfrenata cupidigia dell'oro, vantavasi di poter fare quello che alla sola potenza creatrice è possibile, e, ad ingannare gli incauti, s'avvolgeva in ogni genere di superstizioni, non abborrendo dall'invocazione de' demoni. L'immortal Poeta non poteva ignorare la dottrina delle scuole di que'di, e in particolare i maravigliosi scritti, che allora appunto (1286, 1287, 1290) aveva pubblicato su questo, come su molti altri rilevanti argomenti, il celebre Filosofo, Teologo e Beato Martire di Cristo, Raimondo Lullo, dell'Ordine de' Minori, messo ultimamente da un Teologo del Belgio, nientemeno che fra' semieretici! Le cui conclusioni su l'alchimia si riassumono ne' paragrafi seguenti: « Utrum alchimia sit in re, vel in ratione tantum? » E risponde: « Quod nullus artifex potest aliud animal transferre in aliud, vel aliam plantam in aliam: similiter nec alchymista potest transmutare aliam speciem metalli in aliam... et ideo patet, quod alchymia non sit in veritate rei... Secus autem est in operatione alchimystae, conantis argentum transsubstantiare in aurum; quia in specie argenti numquam in habitu et potentia fuit species auri (*Quest. vegetat. et elementat. q. CLXVI*). » E altrove: « Utrum ars possit meliorare operationes naturae, vel facere aliquid melius quam natura? » E la risposta è: « Ars proprie non potest meliorare operationem naturae, neque facere aliquid melius quam natura (*Liber super quaestiones magistri Thomae Atrebatensis, q. XXVIII*). » E, per non essere infiniti, nel suo *Libro felice, o Maravillas del orbe*, scriveva: « En la transmutacion de un metal en otro, conviene haber transmutacion substancial y accidental: esto es que la forma y la materia se transmuden en todos sus accidentes; y tal operacion no se puede hacer artificialmente, pues la naturaleza ha menester todo su poder. »

L'Alighieri trovò coteste scimmie dell'opera divina, in un continuo e straziante tremolio di tutta la persona:

E tremando ciascuno a me si volse.

Adattatissima pena, che appunto fa lor sentire tutta la cruda violenza dell'esser quivi eternamente sottratti a quelle leggi di natura, dalle quali con le loro arti volevano sottrarsi quassù, come se potessero stare a fronte dell'Onnipotente.

CAPITULI TRICESIMI SUMMARIUM

In tricesimo capitulo, quod incipit: *In tempore quo Iuno*, auctor prosequitur materiam fraudis, qua falsificantur persone proprie, monetarum cunia, et proprie voluntates, sive intenciones. Nota quod iste sunt quatuor species fraudis, que puniuntur in ista decima Malibolgia. Prima species est alchimia: ista species punita est in capitulo precedenti. Tres alie species puniuntur in capitulo isto; quarum prima est falsificatio proprie persone: hoc est quando quis celat personam, ostendendo se esse personam aliam, vel alterius. Isti puniuntur in furia, quia fuerunt proprie furiosi: nam furia est alienatio mentis: aliquando vocatur frenesis. Furiosi vadunt mordendo alios, et aliquando mordent se ipsos manibus, et aliquando manibus se dilacerant. Et sicut furia alienat homines a mente, sic isti semetipsos alienant, quia se occultant et propriam personam, fingendo esse personam alienam, vel alterius. Modo auctor ponit istos furiosos, idest a mente alienatos, sive propriam personam falsificantes, currere per istam vallem et mordere alios, sicut canes rabidi mordent, etc. Et ponit hic duos tales spiritus, quorum unus est spiritus Ioannis Schicchi de Florentia, qui se falsificavit in personam Buosii de Donatis, propter lucrari dominam turme in faciendo testamentum falsum. Alius spiritus est domine Mirre, que falsificavit se in personam amasie regis Cinarre, regis Cipri, patris sui, et concubuit cum eo. Iste hystorie sunt posite diffuse in Commento super isto tricesimo capitulo Inferni. Iste Ioannes Schicchi momordit Capochium in nodo colli. In isto eodem capitulo punitur alia species istius fraudis, scilicet falsificatio monetarum. Falsificatores, qui corrumpunt materiam monetarum, sicut sunt aurum, argentum, vel aliud es, puniuntur in febre, ad denotandum ardorem et

concupiscentiam nimiam lucrandi extra omnem ordinem. Sicut concupiscentia uxoris Fuctifar extraxit eam extra ordinem matrimonii, quando voluit concu[m]bere cum Ioseph, ut habetur in Geneseos libro; que hystoria diffuse posita est in isto capitulo tricesimo Inferni in Commento: sicut accidit Sinoni greco, qui tot falsa de equo troyano, falso, facto et simulato ad honorem Palladis, dixit fingendo, sicut in Commento clare dictum est. Hic ponitur duplex species febris, scilicet ydropisis; nam ydropisis est humor corruptus qui facit tumefacere corpus et generat maximam sitim: que sitis denotat appetitum falsantium monetas, qui semper crescit. Et in isto peccato ponit magistrum Adam, qui in partibus Casentini, provintia in territorio florentino, ubi quasi incipit Arnus fluvius qui fluit per Florentiam, qui magister Adam, falsificavit florenos de cunio Florentie, quia faciebat florenos de auro, quod habebat tres caratos de mundilia, idest de mala materia: et hoc faciebat ad voluntatem illorum comitum, qui sunt ibi domini, scilicet in Casentino. Ponitur alia species febris, scilicet ethica. Ethica est febris occulta in ossibus, que quasi non cognoscitur etiam ab ipso ethico; et sepe ethici moriuntur loquendo, qui quasi videntur sentire mortem. Ita tales falsatores consumuntur, quia deteguntur et comburuntur, ipsis quasi non perpendentibus. In isto etiam capitulo ponitur notabile, scilicet quod prudentes homines non debent libenter audire verba personarum vilium, ad invicem se reprobantium, sicut fecerunt hic Sinon et magister Adam, qui diu impropaverunt sibi invicem scelera sua; et quia Dantes valde attentus stetit ad audiendum ipsos sic contententes, Virgilius increpavit eum dicens, quod sic libenter auscultare talia est signum vilis animi.

CAPITULUM TRICESIMUM

- ¹ Nel tempo che Iunone era crucciata
Per Semele contra 'l sangue thebano,
Come mostrò una et altra fiata (¹),
² Athamante divenne tanto insano,
Che vedendo la moge (²) con due figli
Andar carcata da ciascuna mano,

(¹) più volte — (²) sua

Nel tempo che Iunone era crucciata. In tempore, quo Iuno erat vexata: istud est tricesimum capitulum huius Inferni, in quo auctor tractat de tribus aliis speciebus falsificationum; quod dividitur in quatuor partes. In quarum prima auctor continuat dicta dicendis, ponendo aliquas hystorias ad propositum facientes.

In secunda, que incipit ibi:

Ma nè di Tebe furie;
Sed nunquam Thebenarum furie,

auctor tractat de pena illorum, qui falsaverunt propriam personam.

In tertia, que incipit ibi:

Io vidi uno a guisa di liuto:
Ego vidi unum factum,

ponitur pena illorum, qui falsaverunt monetam.

In quarta, que ponitur ibi:

E io a lui: Chi son;
Et ego ad eum: Qui sunt illi?

ponitur pena illorum, qui falsaverunt ligam auri; cum uno bono documento.

Primo notandum, quod ubi auctor punit alchimistas cum scabie et lepra, istos punit cum furia: nam vadunt mordendo et dilaniando alios; nam furor alienat homines a mente. Sic ista prima species falsificationum, qui falsificant semetipsos, in furiam convertuntur. Volendo describere

- ¹ In tempore quo Iuno erat cruciata
Propter Semelem contra sanguinem thebanum,
Sicut monstravit una et alia vice,
² Athamas devenit tantum insanus,
Quod videndo uxorem cum duobus filiis
Venire oneratam ab utraque manu,

auctor istum furorem et tales furias, ponit duas hystorias; quarum una evenit in Thebis, alia in Troya.

Prima est talis. Nota quod Cadmus fundavit primo Thebas in Gretia, qui conversus fuit in serpentem, ut supra dictum est capitulo vicesimo quinto huius Inferni, propter diffortunia que acciderunt in domo sua. Habuit quatuor filias, quarum una fuit Agave. Illa venit in tantam furiam, quod filium Pentheum dilaniavit propriis manibus, cum multis aliis mulieribus secum. Secunda fuit Athenoe, que habuit filium nomine Antheon, qui totus fuit dilaniatus in venatione a canibus suis. Tertia dicta fuit Semele: ista fuit maculata a Iove et fuit fulminata. Quarta fuit Ino, cuius maritus Athamas devenit ita furibundus semel, quod sibi videbatur videre uxorem suam esse unam leenam cum duobus leunculis, quia ipsa habebat in ulnis suis duos filios, Melicertam et Learcum. Ideo ipse Athamas cepit Learcum de ulnis uxoris sue, et percussit eum ad saxum et occidit. Uxor cum alio filio, scilicet Melicerta, fugiens ab illo, scilicet marito, proiecit se in mari simul cum filio suo, et suffocati sunt ambo, mater et filius. Iuno, dea aieris, uxor Iovis, fuit causa omnium istorum furorum; et ipsa Iuno habuit totam stirpem Cadmi exosam, quia Iuppiter, maritus eius, coibat cum Semele, matre Bacchi, filia Cadmi, sicut patuit per effectum, non tantum semel sed pluries. Tunc ad textam.

In tempore, quo Iuno erat irata, idest commota ex ira, propter Semelem, contra sanguinem Thebanum, sicut monstravit una et alia vice, idest pluries, Athamas devenit tan-

- ³ Gridò: Tendiam le reti, sì ch'io pigli
La leonessa e leoncini al var[c]o.
E poi distese e dispietati artigli,
⁴ Prendendo l'un ch'havea nome Learco,
E rotollo, e percosselo ad un sasso;
E quella (¹) s'annegò coll'altro carico (²).
⁵ E quando la fortuna volse in basso
L'altezza (³) de' Troyan che tucto ardiva,
Sì che col regno insieme 'l re fu casso (⁴);
⁶ Ecuba (⁵) trista misera e captiva (⁶),
Poscia che vide Polysena (⁷) morta,
E del suo (⁸) bel Polidoro in sulla riva
⁷ Del mar (⁹) si fu la dolorosa accorta,
Forsennata (¹⁰) latrò sì come cane;
Tanto 'l dolor li fe' la mente torta (¹¹).
⁸ Ma nè (¹²) di Thebe furie nè Troyane
Si vider mai in alcun tanto crude,
In punger bestie, non che membra humane,
⁹ Quant'io vidi in du'ombre smorte e nude,
Che mordendo correvan di quel modo,
Che porco quando del porcil si schiude.
- ³ Clamavit: Tendamus retia, ut ego apprehendam
Leenam et leunculos ad passum.
Et postea impios extendit artiglios,
⁴ Apprehendendo unum cui nomen erat Learcus,
Et rotavit eum, et percussit ipsum ad unum saxum;
Et illa se submersit cum alio onere.
⁵ Et quando fortuna vertit in bassum
Altitudinem Trojanorum que tantum audebat,
Ita quod simul cum regno rex fuit cassus;
⁶ Ecuba tristis misera et captiva,
Postquam vidit Polixenam mortuam,
Et de suo Polidoro super ripam
⁷ Mar[i]s dolorosa se perpendit,
Furibunda latravit tamquam canis;
Tantum dolor fecit ei mentem tortam.
⁸ Sed nunquam Thebanorum furie neque Trojanorum
Vise fuerunt unquam in aliquem tantum crude,
Non pungere bestias, nedum membra humana,
⁹ Quantum ego vidi in duabus umbris pallidis et nudis,
Que mordendo currebant illo modo,
Quo porcus quando a porcili excluditur.

(¹) moge sua — (²) figliuolo suo, Melyartha. — (³) Imperio — (⁴) Priamo — (⁵) regina — (⁶) de' Greci — (⁷) sua figliuola — (⁸) figliuolo — (⁹) di Tracia — (¹⁰) fuor di senno doventata — (¹¹) fuora di sè — (¹²) al. Mai nè.

tum insanus, idest furibundus, quod, videndo uxorem cum duobus filiis venire oneratam ab utraque manu, quia in qualibet manu habebat unum, clamavit: Tendamus retia, ut ego apprehendam leenam et leunculos ad passum. Et postea impios extendit articulos, idest impias manus, apprehendendo unum, cui nomen erat Learcus, et roctavit, idest in circum duxit eum, et percussit ipsum ad unum saxum. Et illa, scilicet uxor Ino, se submersit cum alio onere, idest Melicerta, scilicet filio suo.

Et quando fortuna vertit ad ymum, idest ad nihilum deduxit, altitudinem Trojanorum, que tantum audebat, idest que erat ita potens, ita quod, simul cum regno, rex, scilicet Priamus, fuit cassus, idest destructus, Ecuba tristis misera et captivata, postquam vidit Polixenam mortuam, et de suo Polidoro super ripam maris dolorosa se perpendit, forsennata, idest furibunda, latravit tamquam canis, quia a dolore tantum afflicta fuit, tantum dolor fecit ei mentem tortam, idest tortuosam. Nota quod Ecuba fuit uxor Priami, regis Troye, et habuit optimum maritum; postea habuit quinquaginta filios, decemocto de Ecuba, et residuum de pellicibus; et inter alios filios Ecube fuerunt multi valentes, ut Hector, Troylus. Postea fuit infelicissima, quia vidit omnes filios mortuos varie, et Ilion. Troyam et totam provinciam eversam, et post mortem filiorum vidit maritum suum ante aram Iovis interfici a Pirro. Ultra

hec, Pirrus voluit invenire Polixenam, honestissimam, quam supra sepulchrum Achillis victimavit, et de hoc facit maiorem querelam quam de alia re, sicut Seneca scribit in Tragedia sexta et Ovidius. Demum, quando Ecuba venit ad littus maris, ut acciperet aquam pro lavando filiam, invenit corpus Polidori, quem miserat ad Pollinestrem, regem Tracie, ibi vicino, cum multo auro, ut esset ibi succursus, si quid contingeret adversi. Ille, videns Troyam destrui, sequens fortunam, accepit aurum et occidit Polidorum. Unde illa Ecuba, inveniens hoc, effecta est rabida sicut canis, et cepit mordere, latrare et furere, sicut canis: quare Greci fecerunt eam in littore maris trucidari cum lapidibus.

Sed nunquam. Ma mai: hec est secunda pars huius capituli. Reducens istas hystorias ad propositum, dicit quod furie tales, scilicet Thebane aut Troyane, nunquam fuerunt ita periculose, sicut erant duo spiritus qui erant hic. Sed nunquam Thebenarum furie neque Trojanorum vise fuerunt unquam in aliquem tantum crude, non pungere bestias, nedum membra humana, quantum ego vidi in duabus umbris pallidis et nudis (supple: sic non fuerunt vise furie tantum crude, scilicet quantum crudas ego vidi in duabus umbris), que mordendo currebant illo modo, idest more, quo porcus, scilicet currit, quando a porcili, idest a loco in quo stat porcus, excluditur.

- 10 L'una giunse a Capochio ⁽¹⁾, et in sul nodo
Del collo l'assannò sì che, tirando,
Grattar lo fece ⁽²⁾ in fin al fondo ⁽³⁾ sodo,
11 E l'Aretin ⁽⁴⁾, che rimase tremando,
Mi disse: Quel follecto è Gianni Schicchi ⁽⁵⁾,
Che va rabbioso altrui così conciano.
12 O, diss' io lui, se l'altro non ti ficchi
Gl' unghioni adosso, non ti sia fatica
A dir chi è, pria che di qui si spicchi.
13 Et elli a me: Quell'è l'anima antica
Di Myrrha scelerata, che diveune
Al padre ⁽⁶⁾, fuor del dricto amor ⁽⁷⁾, amica.
14 Questa ⁽⁸⁾ a peccar ⁽⁹⁾ con esso ⁽¹⁰⁾ si convenne,
Falsificando sè in altrui forma ⁽¹¹⁾,
Come l'altro ⁽¹²⁾, che là sen va, sostenne,
15 Per guadagnar la donna ⁽¹³⁾ della torma ⁽¹⁴⁾,
Falsificar in sè Buoso Donati ⁽¹⁵⁾,
Testando ⁽¹⁶⁾, e dando al testamento norma ⁽¹⁷⁾.
- 10 Una pervenit ad [C]apochium, et super nodo
Colli eum assannavit ita quod, trahendo,
Fricare fecit eum ventrem ad fundum solum.
11 Et Aretinus, qui tremendo remansit,
Michi dixit: Ille follectus est Ioannes Schicchi,
Et vadit rabiosus alios sic cruciando.
12 O, dixi ego ad eum, si alius non tibi figat
Ungues in dorso, non tibi sit labor
Ad dicendum quis est, priusquam hinc discedat.
13 Et ipse ad me: Illa est anima antiqua
Mirre scelerate, que devenit
Patri, extra debitum amorem, amica.
14 Ipsa ad peccandum cum ipso se coniunxit,
Falsificando se in aliam formam,
Sicut alius, qui illuc vadit, sustinuit,
15 Ut lucraretur dominam turme,
Falsificare se in Buosium de Donatis,
Testando, et dando testamento normam.

⁽¹⁾ da Siena — ⁽²⁾ al. grattar li fece 'l ventre — ⁽³⁾ a la terra — ⁽⁴⁾ Grifolino d'Arezzo — ⁽⁵⁾ de Cavalcanti di Firenze. —
⁽⁶⁾ suo Cynara — ⁽⁷⁾ filiale e ragionevole — ⁽⁸⁾ Myrrha — ⁽⁹⁾ lussuariamente — ⁽¹⁰⁾ suo padre — ⁽¹¹⁾ d'un'altra femmina — ⁽¹²⁾ Gianni Schicchi — ⁽¹³⁾ cavalla — ⁽¹⁴⁾ mandria — ⁽¹⁵⁾ che era già morto — ⁽¹⁶⁾ in persona di Buoso — ⁽¹⁷⁾ istituendo e legando a suo modo.

Una, scilicet de illis umbris, pervenit ad Capochium, et super nodo colli eum assannavit, idest momordit, ita quod, trahendo, fricare eum fecit ventrem ad fundum solum, idest fecit eum inclinari usque ad terram.

Et Aretinus, idest magister Griffolinus, qui tremendo remansit, michi dixit, qui adheserat soto et timebat ne alia anima furibunda faceret sibi consimiliter: Ille follectus, scilicet furiosus, est Ioannes Schicchi (nomen proprium; ille Aretinus nominavit istum Ioannem Schicchi), et vadit rabiosus alios, scilicet nos, sic cruciando, idest truncando, ut vides.

Nunc dicit auctor de alio spiritu, qui ibat etiam ita furiosus, mordendo spiritus. O, dixi ego ad eum, si alius non tibi ficcet, idest figat, unguis in dorso, non tibi sit labor ad dicendum quis est, priusquam hinc si spicchi, idest discedat.

Unus istorum erat Ioannes Schicchi, alter erat Mirra. Ubi notandum, quod insula Cipri per antiquum semper fuit mater luxurie. Ibi adoratur Venus in monte Paffo, ad denotandum, quod ultra alias gentes christianas illa est corruptior in omni genere luxus, per modum quo dicit Petrarca: Illuc nunquam esset eundem. Ibi antiquitus fuit unus rex, nomine Cinarra, qui fuisset beatus, nisi habuisset prolem. Habuit hic rex unam filiam pulcherrimam, nomine Mirram, lussuosissimam, que capta fuit amore patris sui Cinarre, quam ab uno latere amor trahebat, ab alio latere contrario pudor retrahebat: que sepe veluit recedere ab amore, sed quanto plus conabatur recedere ab amore, tanto plus inflammabatur; propter quam causam ipsa elegit suspendium sibi, et sic laqueo se suspendit. Nu-

trix, hoc sentiens, subito laqueum precidit gladio, et cepit consolari eam. Dicit puella: Si dicerem tibi causam, quare me suspendebam, tu iuvisses me ad moriendum, et non liberasses me. Dicit nutrix: Que est causa? Tu habes omnia bona; tu habes patrem, qui est in flore. Tunc illa suspiravit, et tandem indicavit nutrici sue causam amaritudinis cordis sui, et addidit: Omnino volo me suspendere, quia diligo patrem modo quo non debeo, et quo impossibile est quod ego possim esse contenta. Dixit nutrix: Non timeas, filia; faciam quod habebis intentum. Et sic fecit. Ista nutrix dixit regi Cinarre, qui erat etiam valde lussuosus: Est una pulchra iuvenula, que te diligit et vellet esse tecum in coitu; sed non vult videri a te. Dixit rex: Placet michi habere eam, nec curo videre eam. Et sic quoque ordinatum est, quod occulte et in obscuro ista nutrix posuit Mirram in uno lecto, et rex concubuit cum ipsa tota tremante ex timore: et sic factum est pluries et pluribus vicibus. Tandem una nocte rex fuit tentatus scire que esset hec puella, et assumpto lumine, reperit quod erat Mirra filia sua. Quam voluit interficere: sed beneficio noctis arripuit fugam, et inde fugit in Arabiam; et ibi tantum amare flevit, quousque conversa est in illum arborem sui nominis.

Et ille ad me, scilicet dixit: Illa est anima antiqua Mirre scelerate, que devenit patri extra debitum, idest contra rectum amorem, amica, idest carnaliter se coniunxit patri, ipso ignorante quod esset eius filia. Ista ad peccandum cum ipso se coniunxit, falsificando se in aliam formam, sicut alius, qui illuc vadit, sustinuit, ut lucraret dominam, idest equam turme, falsificari se in Buosium de Donatis,

- 16 E poi ch'è due rabbiosi fur passati,
Sopra cu'io havea l'ochio tenuto,
Volsimi a riguardar gl'altri malnati.
17 Io viddi un ⁽¹⁾ facto a guisa ⁽²⁾ di leuto,
Pur ch'elli ⁽³⁾ havebbe havuta l'anguinaia ⁽⁴⁾
Tronca dal lato, ove l'huom è forcuto ⁽⁵⁾.
18 La grande ydropisia, che sì dispaia ⁽⁶⁾
Le membra ⁽⁷⁾ coll'humor che 'n mal
[converte,
Che 'l viso non risponde alla ventraia ⁽⁸⁾,
19 Faceva lui tener le labbra aperte,
Come l'etyco ⁽⁹⁾ fa, che per la sete
L'un ⁽¹⁰⁾ verso 'l mento, e l'altro ⁽¹¹⁾ in
[su ⁽¹²⁾ rinverte ⁽¹³⁾.
- 16 Et postquam duo rabiosi transierunt,
Super quibus ego diu oculos tenueram,
Revolvi me ad respiciendum alios male natos.
17 Et vidi unum factum ad similitudinem leuti,
Pur quod ipse habuisset ynguinem
Truncatum a latere, ubi homo est forcutus.
18 Gravis ydropisis, que sic disparificat
Membra cum humore quem male convertit,
Ita quod facies non respondet ventri,
19 Faciebat eum tenere labia aperta,
Sicut ethicus facit, qui propter sitim
Unum versus mentum, aliud versus nasum re-
vertit.

⁽¹⁾ altro — ⁽²⁾ modo — ⁽³⁾ i. se elli — ⁽⁴⁾ una coscia — ⁽⁵⁾ in su le natiche — ⁽⁶⁾ fa diseguale — ⁽⁷⁾ humane — ⁽⁸⁾ grosso ventre —
⁽⁹⁾ infermo di febbre etyca — ⁽¹⁰⁾ labbro — ⁽¹¹⁾ labbro — ⁽¹²⁾ verso il naso — ⁽¹³⁾ rivolge.

testando et dando testamento normam. Nota quod dominus Buosius de Donatis fuit latro, ut supra dictum est in capitulo vicesimosexto huius Inferni, qui valde fuit dives. Veniens ad mortem, condidit testamentum, et relinquebat multas satisfaciones; unde filius suus, dominus Simon, qui erat expurius, fuit male contentus. Sciebat quod unus civis Florentinus erat, qui vocabatur Ioannes Schicchi, qui sciebat similare omnes, sed maxime bene istum dominum Buosium de Donatis, patrem istius domini Simonis, et vocavit eum dixitque illi: Pater meus relinquit me pauperem: si vis, tu potes invare me. Ego abscondam corpus patris mei, qui nunc primo obiit, et tu intrabis lectum. Ego conducam notarium et testes, et tu ordina in persona patris mei testamentum. Ioannes Schicchi assensit et sic intravit; et postquam fuerunt ibi notarius et testes, iste Ioannes Schicchi optime fingeat vocem domini Buosii, patris domini Simonis, et incipiendo fecit aliqua relicta frivola, et omnia relinquebat filio suo domino Simoni, preter dominam turme. Tunc dixit dominus Simon: O pater, non est cura de domina turme? Non, dixit ille: nihil volo quod testamentum valeat, nisi ego relinquam dominam turme Ioanni Schicchi, expurie maledicte: sic volo quod fiat. Et sic evenit, quod Ioannes Schicchi, qui se falsificavit in Buosum de Donatis, habuit istam dominam turme. Aliqui dicunt, quod ista domina turme erat una pulcherrima equa, que generabat pulcherrimos equos et valebat bene mille florenos. Aliqui dicunt, quod ista domina turme erat una pulchra possessio. Hic non est cura: sive equa fuerit, sive possessio, Ioannes Schicchi habuit illam. Ut lucraretur, etc., fecit testamentum in persona alterius, et dominum Simonem instituit heredem.

Et postquam duo rabiosi transierunt, super quibus ego diu oculos tenueram, idest quos diu respexeram, revolvi me ad respiciendum alios male natos, idest peccatores dampnatos.

Io vidi un facto. Ego vidi unum factum: ista est tertia pars huius capituli, in quo auctor tractat de pena falsi-

fificantium monetas, quos punit in ydropisi. Ydropisis est una tumefactio corporis, propter humorem aqueum corruptum, habundantem; et dicitur ydropisis ab ydros grece, quod sonat latine aqua. Ydropicus semper sitit, et ita accidit illis, qui falsificant monetas: semper habent appetitum sitibundum, quia omni die augetur et nunquam satiatur. Sciendum est, secundum Aristotelem, quod nummus fuit adinventus propter commensurare omnes res vendibiles et emibiles, ad facilius faciendum permutationes: etiam quia aliquando non contigit quod homo possit portare mercantias ad commutandum illas, sed pecunia faciliter portatur; ideo adinventum fuit ut facilius res commutarentur. Fit rotunda ut perfecta, et ponitur certum signum ut magis appretietur: ita ut in re publica peccat, qui illam falsificat, sine fallo. Ideo notandum est hic, quod ille falsificator monete, de quo fit nunc mentio in textu, fuit magister Adam de Presgia, qui ivit ad Casentinum. Casentinum est una provintia inter montes, in quibus quasi incipit fluere fluvius Arni, et sunt ibi multa castra et multe terre, et est ibi comitatus comitum de Batifolle, et inter alia castra illorum comitum, est unum, quod vocatur Romanena. In hoc castro stetit hic magister Adam ad instantiam comitum Guidonis et Guinulfi et Alessandri. Isti voluerunt, quod iste magister Adam faceret monetas, et breviter cepit falsificare florenos per tam subtilem modum, quod ad multos annos nemo perpendebat. Tandem fuit res scita, et iste Adam fuit combustus, sive crematus, Florentie.

Ego vidi unum factum ad similitudinem leuti, pur (idest solum, adverbialiter) quod ipse habuisset inguinem, vel inguem, truncatum a latere, ubi homo est forcutus, idest habuisset truncatum unum crus forcutum, idest ubi incipiunt tibie.

Gravis ydropisis, idest que facit stare ydropicum ita gravem, que sic disparificat, idest disiungit et deformat, membra, cum humore quem male convertit, ita quod facies et visus non respondent ventri (facies est macra et corpus inflatum: nam pulchritudo est debita dispositio membrorum, sive proportio: sed iste magister Adam habebat panciam,

- ²⁰ O voi, che senza alcuna pena sete
(E già non so perchè⁽¹⁾) nel mondo gramo⁽²⁾,
Diss'elli a noi, guardate et attendete ⁽³⁾
- ²¹ Alla miseria del maestro ⁽⁴⁾ Adamo:
Io ebbi, vivo, assai di quel ch'io volli,
Et hora, lasso⁽⁵⁾! un gocciol d'acqua bramo⁽⁶⁾.
- ²² Li ruscellecci ⁽⁷⁾, che de' verdi colli
Discenden giù del Casentino in Arno⁽⁸⁾,
Facendo e lor canali freddi e molli,
- ²³ Sempre mi stan dinanzi, e non indarno;
Chè l'ymagine lor vie più m'asciuga,
Che 'l mal onde nel viso mi discarno.
- ²⁴ La rigida iustitia ⁽⁹⁾, che mi fruga ⁽¹⁰⁾,
Tragge ⁽¹¹⁾ cagion del luogo ov'io peccai,
A metter più li miei sospiri in fuga.
- ²⁵ Ivi ⁽¹²⁾ è Romena ⁽¹³⁾ là, dov'io lassai
La legna ⁽¹⁴⁾ suggellata del Baptista,
Perch'io el corpo su arso lassai.
- ²⁶ Ma s'io vedessi qui l'anima trista
Di Guido ⁽¹⁵⁾, e d'Alexandro ⁽¹⁶⁾, e di lor frate,
Per Fonte Blanda ⁽¹⁷⁾ non darei la vista.

- ²⁰ O vos, qui sine pena estis aliqua
(Et nescio ego quare) in mundo malo,
Dixit ipse ad nos, respicite et attendatis
- ²¹ Ad miseriam magistri Ade:
Ego habui, vivus, satis de eo quod volui,
Et nunc, heu nunc michi! unam guttam aque ^[desidero.]
- ²² Rivuli, qui de viridibus collibus
Casentini descendunt infra Arnum,
Faciendo eorum canalia frigida et balneata,
- ²³ Semper stant ante me, et non in vanum;
Quia ymago ipsorum multo plus me desiccant,
Quam malum unde in vultu me discarno.
- ²⁴ Rigida iustitia, que me frugat,
Trahit causam de loco ubi ego peccavi,
Ad mictendum plus mea suspiria in fugam.
- ²⁵ Ibi est Romena, ubi ego falsificavi
Ligam sigillatam Baptiste,
Ex quo ego corpus sursum combustum dimisi.
- ²⁶ Sed si ego viderem hic animam tristem
Guidonis, et Alexandri, et eorum fratris,
Per Fontem Brandam non darem visum.

(¹) la cagione — (²) nell'Inferno — (³) bene — (⁴) d'alchymie — (⁵) me misero — (⁶) desidero avere — (⁷) fiumicelli — (⁸) fiume — (⁹) di Dio — (¹⁰) stimola — (¹¹) tira — (¹²) in Casentino — (¹³) castello — (¹⁴) de' fiorini — (¹⁵) conte — (¹⁶) conte — (¹⁷) di Siena.

sive ventrem, cum magna inflatione, et faciem, idest vultum, subtilem) sicut ethicus (alia comparatio) faciebat eum tenere labia aperta, sicut ethicus facit, qui propter sitim, unum versus mentum, aliud versus nasum, revertit. Ethica est febris secreta, ita quod quis, quasi loquendo, moritur, quasi non videtur sentire dolores, sic moriendo. In giù, versus deorsum, idest versus mentum. In su, versus sursum, idest versus nasum.

O vos, qui sine pena estis aliqua (et nescio ego quare) in mundo malo, idest doloroso, dixit ipse ad nos, respicite et attendatis (ostendit gravitatem pene sue: primo, quia in vita habuerat bonum tempus, vivendo gulose; quasi dicens: Non est maior dolor quam recordari de tempore felici in miseria: secundo, quia res, que habet extinguere sitim, maxime sicut est aqua, stat semper coram ipso, nec unquam potest habere: ita quod videtur sibi habere ante se multas aquas, et maxime illas ita puras et claras, que descendunt de illis montibus Casentini, et ante oculos suos) ad miseriam magistri Ade, idest mei. Ego habui, vivus, satis, idest dum vixi, de eo quod volui, idest quod appetii; et nunc, heu michi! unam guttam aque desidero. Rivuli, qui a viridibus collibus Casentini descendunt infra in Arnum, faciendo eorum canalia frigida et balneata, semper stant ante me, idest semper videor illos aspicere, et non indarnum, idest in vanum, idest non sine pena; ymo

cum maxima pena, quia ymago ipsorum multo plus me desiccant, idest augendo sitim, quam malum unde, idest ex quo, in vultu me discarno, idest dilacero, vel dilanio, efficior macilentus et dispar in effigie.

Rigida iustitia, que me frugat, idest punit, trahit causam de loco, ubi ego peccavi; idest vult quod puniar ibi ubi peccavi, ad mictendum plus mea suspiria in fugam.

Ibi est Romena, ubi ego falsificavi ligam sigillatam, idest scultam, Baptiste, idest Ioannis; quia in floreno de Florentia, ex una parte, est ymago Sancti Ioannis Baptiste, ex quo ego corpus sursum combustum dimisi.

Sed si ego viderem hic animam tristem Guidonis et Alexandri et eorum fratris, idest Guinulfi, per Fontem Brandam non darem visum (Fons Branda est pulcherrimus fons in civitate senensi), idest non respicerem ad Fontem Brandam, nedum de illo biberem, esto quod sitis mea sit ita magna: idest, carius esset michi videre illos hic in istis penis, quam bibere de illo fonte, esto quod sitiam tam fortiter.

- ²⁷ Dentro ci è l'una ⁽¹⁾ già, se l'arrabbiate
Ombre, che vanno intorno, dicon vero:
Ma che mi vale, ch'ò ⁽²⁾ le membra legate?
- ²⁸ S'io fussi pur di tanto ancor leggiero,
Ch'i'potess' in cent'anni andar un'oncia ⁽³⁾,
Io sarei messo già per lo sentiero ⁽⁴⁾
- ²⁹ Cercando lui tra queste gente sconcia,
Con tueto ch'ella volgha ⁽⁵⁾ undici migla,
E men d'un mezzo ⁽⁶⁾ di traverso non ci à.
- ³⁰ Io son per lor tra sì facta famigla:
Che m'indusser a bacter li fiorini,
Ch'avean tre carathi di mondigla ⁽⁷⁾.
- ³¹ Et io a lui: Chi son li due tapini,
Che fuman come man bagnate 'l verno,
Giacendo stretti a tuo' dextri confini?
- ³² Qui li trovai ⁽⁸⁾, e poi volta non dierno,
Rispose ⁽⁹⁾, quando piovi in questo greppo,
E non credo che dieno ⁽¹⁰⁾ in sempiterno.
- ³³ L'una è la falsa ⁽¹¹⁾ ch'accusò ⁽¹²⁾ Yoseppo;
L'altr'è 'l falso Synon greco da Troya:
Per febbre acuta gictan tanto leppo ⁽¹³⁾.
- ²⁷ Intro est hic una iam, si rabiose
Umbre, que vadunt circum, dicunt verum:
Sed quid michi valet, quia habeo membra ligata?
- ²⁸ Si essem saltem de tanto adhuc levis,
Quod ego possem in centum annis ire per unam ^[unciam]
Ego misissem me iam per semitam,
- ²⁹ Querendo eum inter istas animas cruciatas,
Quamquam ipsam circumveniant undecim milliaria,
Et plus uno medio de transverso non habet.
- ³⁰ Ego sum pro eis inter talem familiam:
Ipsi induxerunt me ad cudendum florenos,
Qui habebant tres currus immundicie.
- ³¹ Et ego ad illum: Qui sunt illi duo miseri,
Qui fumant sicut manus balneata in yeme,
Iacendo stricti ad tuos dextros [confines]?
- ³² Hic eos reperi, et postea voltam non dederunt,
Respondit, quando ego plui in istud greppum,
Et non credo quod ipsi dent in sempiternum.
- ³³ Una est falsa que accusavit Ioseph;
Alter est falsus Sinon grecus de Troya:
Propter febrem acutam emictunt tantum fetorem.

(¹) delle anime de' detti conti — (²) che ho — (³) passo — (⁴) cammino — (⁵) al. volgia — (⁶) miglo — (⁷) falsità d'oro — (⁸) quando venn'io — (⁹) maestro Adamo — (¹⁰) più volta. — (¹¹) femmina — (¹²) a Pharaone — (¹³) puzza.

Intro, hic, est una iam, idest illorum comitum, si rabiose umbre, que vadunt circum, dicunt verum, sicut erant anime Ioannis Schicchi et Mirre: sed quid michi valet, idest prodest (quasi dicat, nihil) quia habeo membra ligata? Hic vult dicere, quod solatium est miseris socios habere in penis, maxime illos, qui fuerunt michi causa tanti mali.

Si essem, saltem de tanto, idest de hoc modico, adhuc levis, quod ego possem in centum annis ire per unam unciam, idest per spatium unius digiti, ego misissem me iam per unam semitam, idest cepissem iter, querendo eum inter istas animas cruciatas, quamquam ipsam circumveant undecim milliaria, idest sit circuitus undecim miliarum, et plus uno medio de transverso non ci à, idest non habet.

Ego sum pro eis inter talem familiam, idest inter tales peccatores: ipsi induxerunt me ad cudendum florenos, qui habebant tres currus, idest caratos, immundicie: nam bonus florenus debet habere viginti quatuor caratos: floreni, quos iste magister Adam faciebat, nisi viginti unum caratos habebant: deficiebant tres carati. Carati est quedam mensura puritatis auri et argenti.

Et ego illi, sive ad eum: Qui sunt illi duo? E io a lui: Chi son? ista est quarta pars huius capituli, in qua sunt illi, qui falsaverunt ligam monete, quibus dat febrem, ad denotandum ardentem concupiscentiam, extra omnem ordinem, que induxit eos ad sic faciendum.

Pro intelligenda ista parte, notandum, quod postquam filii Iacob, sive Israel, vendiderunt Ioseph fratrem suum Ysmaelitis, idest natis de Ysmael, illi Ysmaelite venderunt eum, scilicet Ioseph, uni sacerdoti de Eleopoleos, Fuctifar nomine, qui tenebat eum valde carum. Uxor Fuctifar filocapta fuit de Ioseph, et invitavit eum de stupro; qui renuit eam. Ipsa, videns se spretam a Ioseph, accusavit eum quomodo ipse volnerat eam opprimere; propter quod Ioseph fuit positus in carceribus, quousque Deus misit verbum suum. Iterum notandum est, quod Sinon fuit grecus, de quo Virgilius tantum tractat principio secundi Eneydos; et fuit ille, qui fuit periurus et qui decepit Troyanos, et qui fuit causa quod murus Troye rumperetur, ut equus intraret in Troyam illesus, in quo erant inclusi quingenti homines armorum, etc. Modo isti stabant iniuriantes et obiurgantes se invicem, sicut patebit in textu; et quilibet istorum falsificavit se et verba sua.

Et ego ad eum, scilicet dixi: Qui sunt illi duo miseri, vel infelices, seu afflicti, qui fumant sicut manus balneata in yeme, iacendo stricti ad tuos dextros confines, idest apud? Hic eos reperi, et postea voltam non dederunt, idest non moverunt se, respondit, quando ego plui in istud greppum, idest in istum locum, vel bolgiam, vel circum (plui loquutio methaforica), et non credo quod ipsi dent in sempiternum, idest non movebuntur.

Una est falsa, scilicet illa, que cepit Ioseph per vestem, et ille aufugit, relicta veste, quam ista falsa ostendebat

- ³⁴ E l'un di lor⁽¹⁾, che si recò a noia
Forse d'esser nomato sì obscuro⁽²⁾,
Col pugno⁽³⁾ li percosse⁽⁴⁾ l'epa croia⁽⁵⁾:
³⁵ Quella sonò, come fusse un tamburo:
E l' mastro Adamo li percosse⁽⁶⁾ 'l volto
Col braccio suo che non parve men duro⁽⁷⁾,
³⁶ Dicendo lui⁽⁸⁾: Ancor che mi sia tolto
Lo muover delle membra⁽⁹⁾ che son gravi,
Io abbo⁽¹⁰⁾ 'l braccio⁽¹¹⁾ a tal mestieri sciolto.
³⁷ Ond' ei⁽¹²⁾ rispose: Quando tu andavi⁽¹³⁾
Al fuoco⁽¹⁴⁾, non l'havei tu così presto⁽¹⁵⁾;
Ma sì⁽¹⁶⁾ e più⁽¹⁷⁾ l'havei quando coniaivi⁽¹⁸⁾.
³⁸ E l' ydropico⁽¹⁹⁾: Tu di' ben ver di questo;
Ma tu non fosti sì ver⁽²⁰⁾ testimonio,
Dove del ver fosti a Troya richiesto⁽²¹⁾.
³⁹ S' io dissi l' falso⁽²²⁾, tu falsasti el conio⁽²³⁾,
Disse Synone, e so' qui per un fallo⁽²⁴⁾,
E tu⁽²⁵⁾ per più⁽²⁶⁾ ch'alcun'altro demonio.
⁴⁰ Ricorditi l' spergiuro del cavallo,
Rispose quel⁽²⁷⁾ ch'havea gonfiata l'epa⁽²⁸⁾;
E sieti reo, che tucto l' mondo sallo⁽²⁹⁾.
⁴¹ A te sia reo la sete onde ti crepa,
Disse l' Greco⁽³⁰⁾, la lingua, e l'acqua
[marcia⁽³¹⁾]
Che l' ventre innanzi agl'ochi ti si siepa⁽³²⁾.
- ³⁴ Et unus eorum, qui sibi imputavit ad displicentiam
Forte nominari ita obscure,
Cum pugno ei percussit epam croyam;
³⁵ Illa sonuit, ac si esset unum tympanum:
Et magister Adam percussit ei vultum
Cum pugno suo qui non apparuit minus durus,
³⁶ Dicendo ad eum: Quamvis sit michi sublatus
Motus membrorum que sunt gravia,
Adhuc habeo ego brachium ad tale opus dissolutum.
³⁷ Unde ipse respondit: Quando tu ibas
Ad ignem, non habebas tu illud ita velox;
Sed sic et plus habebas ipsum quando cudebas.
³⁸ Et ydropicus: Tu dicis verum de hoc;
Sed tu non fuisti ita verus testis,
Quando de vero fuisti Troye requisitus.
³⁹ Si ego dixi falsum, tu falsasti cuneum,
Dixit Sinon, et sum hic pro una fallacia,
Sed tu pro pluribus quam aliquis alter demon.
⁴⁰ Recorderis periurii equi,
Respondit ille qui habebat inflatam epam;
Et tibi sit reum, quod totus mundus scit illud.
⁴¹ Et tibi sit rea sitis unde tibi crepat,
Dixit Grecus, lingua, et aqua marcida,
Quod venter ante oculos tibi se assepit.

(¹) Synone — (²) cioè falso Synon — (³) suo — (⁴) a maestro Adamo — (⁵) la pancia — (⁶) a Synone — (⁷) che quello di Synone — (⁸) a Synone — (⁹) mie — (¹⁰) ho — (¹¹) mio — (¹²) Synone — (¹³) su nel mondo — (¹⁴) ad ardenti — (¹⁵) perchè era legato — (¹⁶) così — (¹⁷) che così — (¹⁸) la falsa moneta — (¹⁹) maestro Adamo — (²⁰) come in questo — (²¹) dal re Priamo — (²²) a Troya — (²³) a Romena — (²⁴) falsità — (²⁵) se' qui — (²⁶) falli — (²⁷) maestro Adamo — (²⁸) la pancia — (²⁹) sa el tuo spergiuro — (³⁰) Synone — (³¹) l'humore — (³²) si fa siepe.

in infamiam Ioseph, que accusavit Ioseph. Alter est falsus Sinon grecus de Troya. Propter febrem acutam emittunt tantum fetorem. *Leppo*, idest fetor, sive fumus fetidus.

Et unus eorum, qui sibi imputavit ad displicentiam forte nominari ita obscure (quia ille dixerat, *Sinon falso*), cum pugno ei percussit epam, idest pancia, croyam, idest duram, sive coreatam, sive de corio.

Illa sonuit ac si esset unum tamburum, idest tympanum; et magister Adam percussit ei vultum cum pugno suo, qui non apparuit minus durus, dicendo ad eum: Quamvis sit michi sublatus motus membrorum, que sunt gravia, adhuc habeo ego brachium ad tale opus dissolutum. Ira, idest appetitus vindicte, dedit sibi talem vim: sicut unus vulneratus letaliter ex ira infert vulnera, que non fecisset sanus, et postea cadit mortuus.

Audi quid dicit Sinon, qui fuit grecus, et Greci communiter sunt eloquentes; ideo auctor introducit quod ita bene

loquitur hic Sinon. Unde ipse respondit: Quando tu ibas ad ignem, non habebas tu illud ita velox, idest brachium, ita liberum; sed sic et plus habebas ipsum, quando cudebas. Hic ipsi duo, magister Adam et Sinon, sibi invicem improperant malafacta ipsorum. Et ydropicus ait: Tu verum dicis de hoc: sed tu non fuisti ita verus testis, quando, vel ubi, de vero, idest veritate, fuisti Troye requisitus.

Si ego dixi falsum (modo respondet Sinon magistro Ade), idest mendacium, tu falsificasti cuneum, idest monetam, dixit Sinon; et sum hic pro una fallacia, idest uno defectu, vel peccato; et tu, scilicet es hic, pro pluribus, fallatiis scilicet, quam aliquis alter demon (quia supersit demon contra Deum, ideo est dampnatus): sed tu habuisti plures fraudes.

Nunc loquitur magister Adam. Recorderis periurii equi, respondit ille qui habebat inflatam epam, idest pancia, sive inflatum corpus, et tibi sit reum, idest displiceat tibi, quod totus mundus scit illud.

Et tibi sit rea sitis, idest displiceat, unde, idest ex qua,

- ⁴² Allhora el monetier⁽¹⁾: Così si squarcia⁽²⁾
La bocha tua per dir mal come suole;
Chè s'io ho sete, l'humor mi rinfarcia⁽³⁾:
⁴³ Tu hai l'arsura, e l' capo che ti duole;
E per leccar lo spechio⁽⁴⁾ di Narcysso,
Non vorresti a 'nvitar troppe parole.
⁴⁴ Ad ascoltarli er' io del tucto fisso,
Quando l' maestro mi disse: Or pur mira,
Che per poch'è che teco non m'adisso⁽⁵⁾.
⁴⁵ Quando l' sentii a me parlar con ira,
Volsimi verso lui con tal vergogna,
Ch'ancor per la memoria mi si gira⁽⁶⁾.
⁴⁶ E qual è quei che suo dannaggio sogna,
Che sognando desidera sognare,
Sì che quel, come che non fosse, agogna;
⁴⁷ Tal mi fec'io, non potendo parlare,
Chè desiava scusarmi, e scusava
Me tucta via, e non mel credea fare.
⁴⁸ Maggior difecto men vergogna lava,
Disse l' maestro⁽⁷⁾, che l' tuo⁽⁸⁾ non è stato;
Però d'ogni tristitia ti disgrava⁽⁹⁾:
- ⁴² Tunc monetarius: Ita dillaniatur
Os tum propter suum malum sicut solet;
Quia si ego habeo sitim, humor ante faciem meam
⁴³ At tu habes arsuram, et caput quod tu doles; [stat:
Et ut lingers speculum Narcisi,
Non velles ad invitandum te multa verba.
⁴⁴ Ad auscultandum eram ego in totum firmus,
Quando magister dixit michi: Or pur respicias,
Quod pro pauco tecum non irascor.
⁴⁵ Quando ego sensi eum ad me loqui cum ira,
Volvi me versus eum cum tali verecundia,
Que adhuc per memoriam meam circumvolvitur.
⁴⁶ Et qualis est ille qui suum dampnum sompniat,
Qui sompniando desiderat sompnare,
Ita quod illud quod est, ac si non esset, desiderat;
⁴⁷ Talem me feci ego, non potens loqui,
Qui desiderabam me excusare, et excusabam,
Et me semper non facere id credebam.
⁴⁸ Maiorem defectum minor verecundia lavat,
Dixit magister, quam tuus fuerit;
Ideo de omni verecundia te exoneret:

(¹) maestro Adamo — (²) s'apre — (³) riempie — (⁴) la fonte — (⁵) corruccio — (⁶) rivolta — (⁷) Virgilio — (⁸) difecto — (⁹) scarchati.

tibi crepat, dixit Grecus, lingua, et aqua marcida, idest putrida, quod venter, idest tuus, ante oculos tibi se assepit, idest facit unam sepem propter inflaturam suam.

Tunc monetarius, idest ille qui fecit monetam: Ita [si] squarcia, dilaniatur, os tuum, propter suum malum, scilicet defectum, sicut solet; idest dicis malum, sicut solitus es dicere; quia, si habeo sitim, humor ante faciem meam stat, mi rinfarcia, idest ante faciem stat: tu habes arsuram, et caput, quod tu doles; et ut lingers speculum, idest fontem Narcisi, non velles ad invitandum te multa verba, idest etiam tu te non faceres multum invitari ad bibendum de aqua clara.

Nota quod Narcisus fuit captus amore sui ipsius, qui fuit pulcherrimus iuvenis; et una die, dum iret venatum, siti punctus, venit ad unum fontem, in quem respiciens, dum bibere vellet, philocaptus fuit de ipso, et in tantum stetit ibi ad respiciendum representationem forme sue, sive ymaginem suam, quod mortuus est et conversus est in florem, quem communiter vocamus *girasolem*.

Nota quod Narcisus est iuvenis vagus, qui capitur amore sui ipsius; aliquis propter formam, aliquis propter probitatem; et tandem efficitur flos. Flos est pulchra res; sed ad parvam rem aret, propter modicum calorem desiccatur: ita pulchritudo, vel fortitudo, propter parvam febrem abit et perditur.

Nunc ponit auctor, quomodo Virgilius reprehendit eum, quia stabat ita actentus ad auscultandum istos sic loquentes: et ideo hoc fecit Virgilius, ad denotandum, quod aliquando inter duos baractarios, vel inter duas meretrices, fiunt rixe, et utuntur tanta arte, quod etiam valens homo delectatur talia audire: ideo Virgilius dat documentum. Ad auscultandum eram ego in totum firmus, idest dispositus, quando magister michi dixit: *Or pur*: quasi dicat: Non est honestum quod tu tantum tempus perdideris ad audiendum *truffas* istorum; respicias quod pro pauco, idest remanet, quod tecum non irascor.

Quando ego sensi eum ad me loqui cum ira, volvi me versus eum cum tali verecundia, que adhuc per memoriam meam circumvolvitur, idest de qua re adhuc, cum recorder, verecundor.

Et qualis est ille, qui suum dampnum sompniat, quod sompniando desiderat sompnare, ita quod illud, quod est, ac si non esset, desiderat, idest cogitat (ecce quomodo sapiens homo subito se corrigit); talem me feci ego, non potens loqui, qui desiderabam me excusare, et excusabam me semper, et non facere id credebam.

Maiorem defectum minor verecundia lavat, dixit magister, quam tuus fuerit; ideo de omni tristitia te exoneret, idest depone omnem tristitiam et verecundiam, sive me-

« E fa' ragion ch'io ti sia sempre allato,
Se più adiven che fortuna ti cogla
Ove sia gente in simigliante⁽¹⁾ piato⁽²⁾;
Che voler ciò udir è bassa vogla.

⁽¹⁾ com'eran costoro — ⁽²⁾ litigio

lenconiam; et facias rationem, idest puta vel extima, quod ego fui semper prope te, idest tecum, si a casu venit quod fortuna te inducat, scilicet ad locum, ubi sint gentes in simili causa, idest litigio, vel altercatione; quia velle istud tale audire, est infimum velle, idest velle vilium hominum et pauci sensus. Nota quod sapiens homo debet verecundari de quacumque re prava, minus honesta; nam homines

« Et facias rationem quod ego semper fui prope te,
Si a casu venit quod fortuna te inducat
Ubi sint gentes in simili causa;
Quia velle istud tale audire est infimum velle.

sapientes et graves debent verecundari de quibuscumque minimis, ex quibus posset aliquod dedecus impingi. Sic etiam nota, homines sapientes non debere ponere animum, vel inclinare animum, ad videndum, vel audiendum, frivolas res et viles, quia solum viles homines hoc delectantur audire, vel videre, etc.



I sogni! ecco uno de' più profondi fenomeni psicologici, la cui intelligenza e spiegazione non riescono sì facili, come comunemente potrebbe credersi: fenomeno da cui trassero bellissime comparazioni estetiche, alle quali assai si presta, parecchi poeti, come, tra gli altri, Virgilio, il Petrarca, il Tasso; ma non vedendovi che un semplice prodotto di fantasia, la quale riproduce le passate percezioni miste all'atto di riprodurle e a qualche coscienza attività dello spirito.

Penetrò molto più addentro in questo fenomeno l'Alighieri, avvertendovi un mistero, fino a lui sfuggito a quanti filosofi ne avevano fatto studio speciale. Ed è questo: che quando il sonno sta per essere vinto dal suo contrario, che è la veglia, ripigliando lo spirito tutta la sua originaria attività, in quel momento coglie in embrione il reale che sta di fuori e lo paragona coll'ideale che ha dentro dinanzi, ma in tale percezione confusa scambiandoli l'un coll'altro: il che non sarebbe se non fossero entrambi da esso percepiti. Questo contatto del reale coll'ideale nel momento in cui l'uomo sta per passare dal sonno alla veglia e lo scambio che ne fa in tale istante lo spirito, è, ripetiamo, un fenomeno, che nessun filosofo prima di Dante aveva avvertito, e la cui spiegazione sta tuttavia chiusa alla limitata nostra intelligenza. Ecco le parole del Poeta:

E qual è quei che suo dannaggio sogna,
Che sognando desidera sognare
Sì che quel ch'è, come non fosse, agogna;
Tal mi fec'io non potendo parlare;
Chè divisava scusarmi, e scusava
Me tuttavia, e nol mi credea fare.

Ci ricorda di aver letto in Plutarco come sentenza di Eraclito, che l'uomo, vegliando, si volge ad un mondo comune, dove nel sogno trovasi in un mondo proprio: e in questo senso anche Democrito disse, che il sole, cioè il giorno, unisce le intelligenze; a significare che nel sogno lavora l'uomo d'immaginativa sopra i propri fantasmi: realtà nota soltanto a colui che sogna. Ma questo non è vero che in parte; in quanto che i citati filosofi si fermarono unicamente alle relazioni che ha l'uomo col di fuori di sé, per mezzo de' sensi, omettendo le intellettuali, che più di quelle sono allo spirito interiori. Se non che, essendo legge di creazione, che l'intelletto non operi mai senza il concorso de' sensi, accade pur troppo che la mente, sognando, non si aggiri che fra vanità; e quindi il severo divieto fatto da

Dio, che ne' sogni si metta fede di sorta: « Haec enim dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Non vos seducant prophetae vestri, qui sunt in medio vestrum, et divini vestri; et ne attendatis ad somnia vestra, quae vos somniatis (IEREM. XXIX, 8) ».

Ma come spiegheremo noi allora, che più d'una volta si valse Iddio de' sogni a far rivelazioni soprannaturali; come furono, nel solo Nuovo Testamento, a tacer di tutte le altre, quella ricevuta dai Magi, dopo che in Betlem ebbero adorato il nato re dell'universo, di non più ripassare per Gerusalemme nel far ritorno al proprio paese; e l'altra a Giuseppe, che salvasse il Figliuolo di Dio e la Vergine sua madre dalle feroci ricerche di Erode, riparandoli in Egitto? La risposta non è difficile. Assoluto padrone della natura, Colui che l'ebbe fatta, creandola, può a suo piacimento adoperarla tutta quanta ai fini dell'infinita sua sapienza. E in tal caso i sogni non sono più un prodotto esclusivamente nostro (ai quali sogni Dio severamente ci vieta di prestar fede: « Nè attendatis ad SOMNIA VESTRA, quae vos somniatis »), ma sono opera umana e divina insieme: umano, perché naturale, il sognare; divino quel che Dio per i fini della sua sapienza nel sogno ci rivela, e il comando che c'impone, non lasciandoci alcun dubbio d'esserne lui l'autore. Quanto poi il sogno abbia, con tali rivelazioni, strette attinenze, ove a Dio piaccia di così farle, è facile a intendersi da chi avverta le misteriose quanto vere relazioni per le quali lo spirito è congiunto all'atto infinito di Dio che crea e conserva, e ad esse accenna lo stesso Dante, dove dice che l'anima talvolta

Nelle sue vision quasi è divina.

Abbiám voluto fermarci su questo argomento, per accennare che, a quella guisa che ogni cosa è legata in natura, eziandio quelle che parrebbero le più disparate, come il sogno e la veglia, quasi due polarità dello spirito, fra le quali si alterna la presente vita; così raggiunto che esso avrà il suo termine, quieterà in uno stato medio tra i due, in cui piglierà il positivo dell'uno e dell'altro, con la chiara coscienza delle relazioni che nella veglia ebbe con la natura, e si di quelle che dentro ebbe con sé stesso e con Dio: relazioni che la mente, riflettendo, trova anche di presente si rispetto alle prime come alle seconde; quasi aurora, scriveva un filosofo, annunziatrice dell'eterno sole divino, a cui l'umano spirito potentemente e senza posa aspira, e nei cui splendori troverà da ultimo il suo appagamento, la piena sua felicità.



CAPITULI TRICESIMIPRIMI SUMMARIUM

In isto tricesimoprimo capitulo, quod incipit: *Unamet lingua me momordit*, etc., auctor vult descendere ad ultimum, scilicet octavum, circulum Inferni, quantum ad totum Infernum; quantum vero ad Infernum muratum, est circulus tertius: qui tamen dividitur in quatuor circulectos, sicut patebit inferius, et sicut fuit dictum superius in capitulo undecimo istius Inferni. Et ex quo auctor expedit se de illa fraude, que commictitur quando rumpitur solum fides naturalis et ligamen nature; que fraus punitur in circulo precedenti, distincto in decem Malibolgias; vult igitur auctor iam descendere de circulo Malibolgiarum in profundum baratri, scilicet in putheum abyssi; qui descensus est valde difficilis, nec esset possibile illuc descendere, nisi quis transportaretur ab aliquo illuc. Nunc fingit auctor, quod in isto putheo stant ligati manibus et aliis membris, recti tamen, Gigantes, qui tenent pedes in fundo puthei, et sunt tam longi et alti, quod recte in pedibus stantes, superant istum putheum ab umbilico supra; ita quod ab umbilico infra sunt in putheo, et ab umbilico supra superant

et sunt de foris supra putheum. Et quia Gigantes, secundum fictionem, erexerunt se contra summum Iovem et contra deos, et preliati sunt cum diis, et fuerunt superbissimi, ideo puniuntur hic in loco infimo. Et secundum etiam Sacram Scripturam, Nembroth voluit se opponere Deo in faciendo turrin Babel. Hic sunt multi tales Gigantes, qui quasi turres apparent a longe, inter quos hic nominantur multi, primo Nembroth, et quilibet eorum habet cornu ad collum. Iste Nembroth, videns Virgilium et auctorem, incepit loqui verba inintelligibilia, ad denotandum confusionem linguarum, que confuse sunt tempore edificii dicte turris. Ponitur Briareus: ponitur Fialtes, qui quasi imposuit timorem Diis: ponitur Antheus, qui ad petitionem Virgilii et eius pulchram deprecacionem accepit Virgilium et auctorem in brachiis suis, et deposuit eos de isto fine circuli precedentis in fundo puthei ad pedes suos, scilicet ipsorum Gigantium. Hoc fingit auctor ad denotandum difficultatem continuacionis materie, etc., sicut dictum fuit in uno preambulorum in principio Inferni huius.



CAPITULUM TRICESIMUMPRIMUM

- 1 Una medesima lingua ⁽¹⁾ pria mi morse ⁽²⁾,
 Sì che mi tinse ⁽³⁾ l'una e l'altra guancia,
 E poi la medicina ⁽⁴⁾ mi riporse.
 2 Così od' io, che solea la lancia
 D'Achille e del suo padre ⁽⁵⁾ esser cagione
 Prima di trista e poi di buona mancia.
- 1 Unamet lingua et eadem prius me momordit,
 Ita quod tinxit unam et aliam genam,
 Et postea medicinam reporrexat.
 2 Ita audio, quod solebat lancea facere
 Achillis et sui patris, esse causa
 Prius tristis et postea bone oblacionis.

⁽¹⁾ di Virgilio. — ⁽²⁾ riprese. — ⁽³⁾ di vergogna. — ⁽⁴⁾ consolatoria. — ⁽⁵⁾ Pelleo.

Unamet et eadem lingua. Una medesima lingua: istud est tricesimumprimum capitulum huius Inferni, in quo, ex quo auctor est sufficienter expeditus de secundo circulo civitatis Inferni, distincto in decem vallones, sive Malibolgias, iam intendit tractare de tertio circulo Inferni, qui distinguitur in quatuor circulos, idest Anthenoram, Tholomeam, Caynam et Giuddeccham: in quibus quatuor circulis punitur fraus maxima omnium aliarum, que rumpit ligamen nature, et etiam ligamen, vel vinculum, quod fit per amicitiam. Et dividitur istud capitulum in quatuor partes. Quarum in prima, continuans auctor dicta dicendis, tractat de Gigantibus, qui sunt deputati ad custodiam dicti circuli. Facit, sive ponit, primo, in generali, formam istorum Gigantium.

In secunda, que incipit ibi:

E io scorgeva già;
 Ego discernebam iam,

tractatur in speciali de uno gigante famoso in Sacra Scriptura, scilicet de Nembroth.

In tertia, que incipit ibi:

Facemmo adoncha;
 Fecimus igitur longius iter,

fit mentio de uno alio Gigante, de quo poete loquuntur, scilicet Fialte.

In quarta, que incipit ibi:

Noi procedemmo più avante;
 Nos processimus ulterius tunc,

tractatur de uno alio Gigante, distincto ab aliis, de quo fit mentio penes hystoricos et etiam apud poetas, qui posuit manibus suis Virgilium et auctorem in circulum puthei abyssi.

Redeundo ad primam partem, dico quod auctor continuat dicta dicendis. In fine capituli precedentis dixit, quod lingua Virgilii reprehendit eum, demum consolata fuit eum, et facit comparisonem de lancea Achillis. Fingunt poete quod qui vulnerabatur cum lancea Achillis, non poterat sanari, nisi iterum cum eadem lancia feriretur, sive vulneraretur. Moraliter, lancea Achillis est vis et potentia domini potentis, talis proprietatis, quod, quando aliquis homo recipit aliquam offensam ab aliquo magno potente, oportet quod vadat ad petendum veniam ab eodem potente, ac si fuisset offensus. Et vere istud est gravius vulnus quam primum.

Una eadem lingua prius me momordit, idest reprehendit, ita quod tinxit unam et aliam genam, idest fecit verecundari, et postea medicinam reporrexat: ita audio quod solebat lancea Achillis et patris sui, scilicet Pelei, esse causa, prius tristis et postea bone oblacionis, materia idest oblacionis, scilicet prius tristitie, demum letitie: nam au-

- 3 Noi demmo el dosso ⁽¹⁾ al misero vallone,
 Su per la ripa che 'l cinghia dintorno,
 Attraversando senz'alcun sermone ⁽²⁾.
 4 Quiv'era men che nocte ⁽³⁾ e men che giorno,
 Sì che 'l viso ⁽⁴⁾ m'andava innanzi poco:
 Ma io sentii sonar un alto ⁽⁵⁾ corno,
 5 Tanto ch'avrebbe ogni tuon facto fioco,
 Che ⁽⁶⁾, contra sè la sua via seguitando ⁽⁷⁾,
 Dirizzò gl'ochi miei tutti ad un loco.
 6 Doppo la dolorosa rocta, quando
 Karlo Magno perdè la sancta gesta ⁽⁸⁾,
 Non sonò sì terribilmente Horlando.
 7 Poco portai in là volta la testa,
 Che mi parve veder molt'alte torri;
 Ond'io ⁽⁹⁾: Maestro, di', che terra è questa?
 8 Et elli a me: Però che tu transcorri
 Per le tenebre troppo da la lungi,
 Advien che poi nel 'maginar abhorri.
 9 Tu vedrai ben, se tu là ti congiungi,
 Quanto 'l senso ⁽¹⁰⁾ s'inganna di lontano:
 Però alquanto più te stesso pungi ⁽¹¹⁾.
- 3 Nos dedimus dorsum misero valloni,
 Super ripam que circumcingit eum,
 Procedendo sine aliquo sermone.
 4 Ibi erat minus quam nox et minus quam dies,
 Ita quod visus ibat ante paululum:
 Et ego sensi sonare unum altum cornu,
 5 In tantum quod fecisset omnem tonum raucum;
 Qui, contra se suam viam sequendo,
 Dirigo oculos meos cunctos ad unum locum.
 6 Post dolorosum conflictum, quando
 Karolus magnus perdidit sanctam gestam,
 Non sonuit ita terribiliter Orlandus.
 7 Pauco portavi versus illam partem volutum caput,
 Quod michi apparuit videre multas altas turres;
 Unde ego: Magister, dicas, que terra est ista?
 8 Et ipse: Ex eo quod transcurris
 Per tenebras nimis a longe,
 Evenit quod postea in ymaginatione tu aborris.
 9 Tu videbis bene, si te tu ibi coniungis,
 Quantum sensus decipitur ex longinquo:
 Ideo aliquantulum plus te ipsum punge.

⁽¹⁾ volgemma le spalle. — ⁽²⁾ con silentio. — ⁽³⁾ intra di e nocte. — ⁽⁴⁾ el vedere. — ⁽⁵⁾ d'alta voce. — ⁽⁶⁾ el quale corno. — ⁽⁷⁾ andando contra 'l suono. — ⁽⁸⁾ exercito de christiani. — ⁽⁹⁾ o Virgilio. — ⁽¹⁰⁾ corporeo. — ⁽¹¹⁾ sollecitati d'andare.

ctor ex reprehensione sibi facta per Virgilium, multum verecundabatur. Tamen Virgilius dixit, quod minor verecundia lavasset maius peccatum; et sic dedit sibi medelam.

Nos dedimus dorsum misero valloni, idest recessimus a misero vallone, idest dedimus terga Malibolgie, ubi erant infinite miserie, super ripam, que circumcingit eum, idest attraversavimus eundo versus putheum, procedendo sine aliquo sermone. Ibant taciti, quia, speculando et meditando, circa illam materiam profundam erant intenti.

Vult modo dicere auctor quod erat crepusculum. Ibi erat minus quam nox et minus quam dies (vult dicere quod ibi erat obscurum); ita quod visus ibat ante paulum, idest poteramus modicum ultra procedere; idest speculatio mea intellectualis parum poterat videre (Gigantes figurant potentes): et ego sensi sonare unum altum cornu. Istud cornu, sive sonus eius, veniebat a Nembroth, qui sonabat alte, (vox cornu est vox superbi regnantis, que facit se sentire a longe multum), in tantum scilicet fortiter sonuit, quod fecisset omnem tonum raucum, idest quod tonus non potuisset audiri (raucum idest fioco); qui, scilicet tonus, contra se, idest illud cornu, suam viam sequendo, idest ego sequendo sonum illius cornu, dirigo oculos meos cunctos ad unum locum, scilicet ad putheum.

Nota quod, quando Karolus magnus perdidit sanctam gestam in valle Runcivallis, vel in Runcivalle, tunc Orlandus cepit pulsare adeo violenter, quod vene gule fracte sunt. Post dolorosum conflictum, quando Karolus magnus perdidit sanctam gestam, non sonuit ita terribiliter Orlandus, supple sicut modo fecit Nembroth. *Gestam*, idest brigatam paladinorum.

Pauco, scilicet tempore, portavi versus illam partem volutum caput, idest paulum respexi, quod michi apparuit, idest visum fuit, videre multas altas turres. Or dicas, Magister, dicas, que terra est ista? Non erant turres, sed erant Gigantes, positi in circuitu, qui videbantur a longe turres et una civitas.

Et ipse ad me: Ex eo quod tu transcurris per tenebras nimis a longe, evenit quod postea in ymaginatione tu aborris, idest aberras, sive erras, et falleris, quia accipis unam rem pro alia.

Tu videbis bene, si ibi te coniungis, scilicet pervenies illuc, quantum sensus decipitur ex longinquo, vel de longinquo; ideo aliquantulum plus te ipsum punge, idest pungas, coniungis; et sic appulas, sive appropinques. Sensus visus sepe a longe decipitur. *Pungas*, idest festinemus passum, quia via est adhuc longa.

- 10 Poi caramente mi prese per mano,
E disse: Pria che noi siam più avanti,
Acciò che 'l facto⁽¹⁾ non ti paia strano,
11 Sappi che non son torri, ma Giganti;
E son nel pozzo intorno dalla ripa
Dall'ombilico in giuso tucti quanti.
12 Come, quando la nebbia si dissipa,
Lo sguardo a poco a poco raffigura
Ciò che cela 'l vapor⁽²⁾ che l'aere stipa⁽³⁾;
13 Così forando l'aere grossa e scura⁽⁴⁾
Più e più appressando inver la sponda⁽⁵⁾,
Fuggemi⁽⁶⁾ errore, e crescemmi⁽⁷⁾ paura⁽⁸⁾.
14 Però che come in sulla cerchia tonda
Monte Riggion⁽⁹⁾ di torri si corona;
Così la proda, che 'l pozzo circonda.
15 Torreggiavan⁽¹⁰⁾ di mezza la persona
Gl'horribili Giganti, cui minaccia
Giove dal cielo ancora, quando tona.
16 Et io scorgeva già d'alcun⁽¹¹⁾ la faccia,
Le spalle e 'l ventre⁽¹²⁾, e del pecto⁽¹³⁾
E per le coste giù ambo le braccia.

(1) che vedrai. — (2) de la nebbia. — (3) circonda. — (4) dell'Inferno. — (5) del pozzo. — (6) al. fuggimmi. — (7) al. crescemmi. — (8) de giganti ch'io vidi. — (9) Castel di Toscana. — (10) circondavano come torri. — (11) gigante, cioè di Nembroth. — (12) al. el pecto. — (13) al. del ventre, et melius.

Postea care (adverbialiter) me apprehendit per manum et dixit: Priusquam nos simus ulterius, ad hoc ut factum minus tibi appareat extraneum (ad confirmandum auctorem in opinione, et propter removere timorem, quia maius est sustentaculum et adiutrix [non esse] extraneum; idest [ut] non oporteat me plus tibi dicere), scias quod isti non sunt turres, sed Gigantes, et sunt in putheo circa ripam ab umbilico infra omnes isti.

Modo per quamdam comparisonem ostendit auctor, quomodo recuperavit visionem suam. Sicut, quando est una nebula spissa, quasi nihil videtur; sed quando incipit nebula rareferi, tunc statim visus recuperatur: sicut, quando, nebula dissolvitur, visus paulatim reaffigurat, idest incipit clare distinguere id quod celat vapor, idest cooperit, vel obscurat (dissipa, dissolvitur: stipat, cooperit); sic, perforando, transiens cum intuitu, aierem grossum et obscurum, magis et magis appropinquando versus spondam, idest ripam, vel lateres puthei illius, fugit a me error, scilicet quod non erant turres, sed homines, et supervenit michi pavor, quia primo non timebam de turribus, sed de istis, qui fecerunt tanta mala in mundo, timui.

Nota quod in confinibus Senarum, ymo prope Senas, est unum castrum, quod vocatur Monte Regione, quod habet multas turres, et est per viam per quam itur Florentiam

- 10 Postea care me apprehendit per manum,
Et dixit: Priusquam nos simus ulterius,
Ad hoc ut factum minus tibi appareat extraneum,
11 Scias quod isti non [sunt] turres, sed Gigantes;
Et sunt in putheo circum ripam
Ab umbilico infra omnes isti.
12 Sicut, quando nebula dissolvitur,
Visus paulatim reaffigurat
Id quod celat vapor et stipat;
13 Sic perforando aierem grossum et obscurum,
Magis et magis appropinquando versus spondam,
Fugit a me error, et supervenit michi pavor.
14 Quia sicut in circulo rotundo
Mons Region turribus coronatur;
Sic prora, que putheum circumdat.
15 Turrizabant de media persona
Horribiles Gigantes, quibus minatur
Iupiter de celo adhuc, quando tonat.
16 Et ego discernebam iam alicuius faciem,
Humeros et pectus, et ventris grandis partem,
Et per costas infra ambo brachia.

de Senis, quod in circum habet plurimas turres: sic stabant hic in extremitate puthei Gigantes. Turrizabant, idest ad modum turrium circumdabant; quia, sicut in circulo rotundo Mons Region turribus coronatur, idest circumdatur; sic prora, idest extremitas, vel ripa, que putheum circumdat. Turrizabant de media persona horribiles Gigantes, quibus minatur Iupiter de celo, adhuc quando tonat.

Nota, secundum fictionem poetarum, quod Gigantes antiquitus voluerunt eripere celum a Iove et eripere a diis. Accumulando montes supra montes, credebant ascendere. Isti Gigantes figurant superbos regnantes, qui presumunt, nedum contra homines, sed etiam contra Deum. Finguntur filii terre, quia hii nihil, preter terrena, desiderant: dicunt etenim, sicut dixit insipiens in corde suo, Non est Deus. Sed dum isti Gigantes sic accumularent montes supra montes, Iupiter emisit fulmen et fregit quidquid fecerant: ideo figurant superbiam, que venit ex alto. Sic Deus superbiam et superbos vincit, et quotiescumque tonat, isti Gigantes recordantur istius fulminationis et timent: idest quando tirampni legunt vel audiunt iudicia Dei, que fecit contra Alexandrum, Dyonisium, quos Deus interfecit, ipsi deberent timere, quia omnes illos superbos Deus proicit in miserum finem.

Et ego discernebam iam. Ed io scorgeva già: ista est secunda pars huius capituli, in qua tractatur de Nembroth:

- 17 Natura⁽¹⁾ certo, quando lassò l'arte
Di sì facti animali, assai fe' bene,
Per tor cotali exequutori⁽²⁾ a Marte⁽³⁾:
18 E s'ella⁽⁴⁾ d'elephanti e di balene
Non si pente⁽⁵⁾, chi guarda sottilmente
Più giusta⁽⁶⁾ e più discreta la ne tiene:
19 Chè dove l'argomento della mente
S'aggiugne al mal voler et alla possa,
Nessun riparo vi può far la gente.
20 La faccia sua mi pareva lunga e grossa,
Come la pigna⁽⁷⁾ di san Piero a Roma;
Et a sua proportion⁽⁸⁾ eran l'altr'ossa:
21 Sì che la ripa, ch'era perizoma⁽⁹⁾
Dal mezzo in giù, ne mostrava ben tanto
Di sopra, che di giunger alla chioma
22 Tre Fregion⁽¹⁰⁾ s'haverien dato mal vanto;
Però ch'io ne vedea trenta gran palmi
Dal luogo in giù, dov'huom s'affibia 'l
23 Raphel hay hameth zabi et almi,⁽¹¹⁾
Cominciò a gridar la fiera bocha⁽¹²⁾,
Cui non si convenia più dolci salmi.

(1) Dio. — (2) combattitori. — (3) Dio della battaglia. — (4) natura. — (5) come de Giganti. — (6) ragionevole. — (7) la pina. — (8) de la faccia. — (9) coprimento suo. — (10) huomini di grande statura. — (11) dal mezzo del collo in fin all'ombellico. — (12) di Nembroth.

et primo describit eum, quantum ad partem que apparebat. Et ego discernebam iam alicuius faciem, humeros et pectus, et ventris grandem partem, et per costas infra ambo brachia, quia erant ligati et brachia extensa. Hic interponitur bona sententia, que est, quod quando coniunguntur insimul potentia, ingenium, idest scientia, et mala voluntas, tunc nullum remedium potest adhiberi, sicut erat in Gigantibus, qui erant homines iam scientes: erant pexime voluntatis, et postea robustissimi corpore et maximi; ideo, ut Mars, idest deus belli, idest discordie, tales executores, idest preliatores, non habeat, natura optime fecit desinere producere tales Gigantes, qui sunt fortissimi et robustissimi corpore; sunt ingeniosi et pexime voluntatis: quod non contingit de elephantibus, nec de cetis grandibus; nam si elephantibus et cete grandia habent magna et valida corpora, non habent ingenium, etc.

Natura, certe, quando dimisit artem, scilicet producendi talium animalium, satis bene fecit ut tolleretur tales executores Marti: et si ipsam elephantum, vel cetarum, non penituit, scilicet producere, qui respicit subtiliter magis iustam et magis discretam eam tenet: quia ubi argumentum, idest industria, mentis adiunguntur male voluntati et potentie, nullum reparaculum ibi potest facere gens. Heu qualis fuit malitia Acerrini de Romano, de quo dictum fuit superius in capitulo duodecimo. Videatur ibi hystoria, et Neronis.

- 17 Natura, certe, quando dimisit artem
Taliū animalium, satis bene fecit,
Ut tolleretur tales executores Marti:
18 Et si ipsam elephantum et cetarum
Non penituit, qui respicit subtiliter
Magis iustam et magis discretam eam tenet:
19 Quia ubi argumentum mentis
Adiungitur male voluntati et potentie,
Nullum reparaculum ibi potest facere gens.
20 Facies sua michi apparebat longa et grossa,
Sicut pinus Sancti Petri in Roma;
Et ad suam proportionem erant alia ossa:
21 Ita quod ripa, que erat perizoma
A medietate infra, nobis ostendebat bene tantum
Desuper, quod attingere ad comam
22 Tres Frixones male valuisse:
Ex eo quia ego vidi triginta grandes palmas
A loco infra, ubi affibulatur mantellus.
23 Raphel malbi ameth zabi [almy]
Incepit clamare ferum os,
Cui non conveniebant dulciores psalmi.

Facies sua apparebat michi longa et grossa, sicut pinus Sancti Petri in Roma, et ad suam proportionem erant alia ossa. Scias quod Rome, in platea sacrata, que est ante ostium ecclesie Sancti Petri in Roma, est unus pinus de metallo, sive de ere, magna et magna, que antiquitus stabat super ecclesiam Pantheon, idest Sancte Marie Rotunde: erat ista pinus deaurata: modo illa pinus est in Sancto Petro. Ita quod facies Nembroth erat sicut illa pinus, et omnia alia membra correspondebant tali faciei: ita quod ripa, que erat perizoma (copertura illa, quam fecerunt sibi primi parentes, volentes abscondere nuditatem suam, de foliis ficum, Genesis capitulo secundo), a medietate infra, nobis ostendebat bene tantum desuper, quod attingere ad comam, idest ad caput, tres Frixones male valuisse, idest non potuissent; ex eo quia ego videbam triginta grandes palmas, a loco infra ubi affibulatur mantellus, idest ubi ligatur, circumcingitur. Tres Frixones ostendit auctor magnitudinem Nembroth supra umbilicum; scilicet quod tres Frixones, positi unus super alterum, non attingissent comam. Fria est provincia in Almania, in qua sunt maximi homines. Mantellus, idest a pectore, scilicet a gula.

Declarata quantitate Gigantis, nunc ponit loquelam.

Ista verba sunt inintelligibilia, et pro inintelligibilibus hic habentur. Et licet alicubi aliquod verborum illorum aliquid significaret, hic tamen pro non intelligibilibus ponuntur, ad denotandum confusionem linguarum, factam

- ²⁴ E' l' duca ⁽¹⁾ mio ver lui ⁽²⁾: Anima sciocha,
Tienti ⁽³⁾ col corno, e con quel ti disfoga,
Quand' ira o altra passion ti tocha.
- ²⁵ Cercati l' collo, e troverai la sogà ⁽⁴⁾
Che l' tien legato, o anima confusa,
E vedi lui che l' gran pecto ti toga ⁽⁵⁾.
- ²⁶ Poi disse a me: Ezzo stesso s'accusa;
Questi è Neuroth, per lo cui mal voto ⁽⁶⁾
Pur un linguaggio nel mondo non s'usa.
- ²⁷ Lascianlo stare, e non parliamo a voto ⁽⁷⁾:
Chè così è a lui ciascun linguaggio,
Come l' suo ad altrui ch' a nullo è noto.
- ²⁸ Facemmo adunque più lungo viaggio
Volti a sinistra; et al trar d'un balestro,
Trovammo l' altro ⁽⁸⁾ assai più fiero e
- ²⁹ A cinger lui ⁽⁹⁾, qual fusse l' maestro, ^[maggio]
Non so io dire; ma e' tenea soccinto
Dinanzi l' altro ⁽¹⁰⁾, e dietro el braccio destro,
- ²⁴ *Et dux meus versus eum: Anima insipiens,
Tene te cum cornu, et cum illo te disfoges,
Quando ira vel alia passio te tangit.*
- ²⁵ *Quere tibi ad collum, et reperies sogam
Que tenet eum ligatum, o anima confusa,
Et vide ipsum qui grande pectus tibi ornat.*
- ²⁶ *Postea dixit ad me: Ipsemet se accusat;
Iste est Nembroth, propter cuius malum cotum
Solum unum ydioma in mundo non utitur.*
- ²⁷ *Dimictamus eum stare, et non loquamur ad votum:
Quia sic est apud eum quodlibet ydioma,
Sicut suum aliis quod nulli est notum.*
- ²⁸ *Fecimus igitur longius iter
Conversi ad sinistram; et per iactum unius baliste,
Reperuimus alium multo fortiozem et maiorem.*
- ²⁹ *Ad cingendum eum, quicumque fuerit magister,
Nescio ego dicere; sed ipse tenebat subcintum
Ante unum, et retro brachium dextrum,*

⁽¹⁾ Virgilio. — ⁽²⁾ o. — ⁽³⁾ consolati. — ⁽⁴⁾ catena. — ⁽⁵⁾ cuopre. al. dogà, i. dogla. — ⁽⁶⁾ desiderio. — ⁽⁷⁾ invano. — ⁽⁸⁾ gigante. — ⁽⁹⁾ incatenarlo. — ⁽¹⁰⁾ braccio manco.

Dei iudicio in edificio turris Babel, ut habetur Genesis undecimo.

Post diluvium, Nembroth, qui fuit filius Canaan, fili Cus, fili Cham, fili Noe, cum suis complicitibus cepit fundare unam turrim, magne latitudinis et mire altitudinis, volens videre, ymo providere sui, si alias diluvium eveniret, ut in eadem turri salvari possent: quod Deo displicuit, et ibi Deus confusit linguam unam in tot quot sunt modo in mundo; ita quod verba ista, que dicebat hic Nembroth, nec intelligebantur ab aliis, nec ab ipsomet. Raphael may amech, zabech almy, inceptit clamare ferum os, cui non conveniebant dulciores psalmi.

Et dux meus versus eum: Anima insipiens, tene te cum cornu, et cum illo te disfoges, idest emicte iram tuam et dolores tuos cum cornu: solatia te cum illo, insipiens, *sciochus*, quia fatua opera presumpsisti facere, scilicet que non possunt compleri, quando ira vel alia passio te tangit.

Quere tibi ad collum et reperies sogam, idest funem (est enim sogà genus funis, qua utuntur naute in trahendo navim), que tenet illum ligatum, o anima confusa, et vide ipsum, scilicet cornu, qui grande pectus tibi ornat. *Passio*, idest furor, rabies. Habet Nembroth vincula ad collum: hoc est dictum, quia superbi, qui videntur dominari omnibus aliis, sunt magis subiecti quam sui servi. Alexander, qui vicit mundum, permictebat se vinci ab ira, ab uno scifo vini et a luxuria. Dixit semel Diogenes de Alexandro: Quid obtulis te michi? Quid potes facere michi, cum sis servus servorum meorum? Quia ira et conturbatio erant servi Diogenis.

Postea dixit ad me: Ipsemet se accusat: iste est Nembroth, propter cuius malum cotum, idest cogitamen et malas operationes, solum unum ydioma in mundo non utitur, non est in usu; supple, sed plura sunt ydiomata.

Dimictamus eum stare et non loquamur [n] votum, idest in vacuum, sive frustra; sic est apud eum quodlibet ydioma, sicut suum aliis, quod nulli est notum. Et sic illa verba Nembroth nihil significant.

Facemmo adoncha. Fecimus igitur: haec est tertia pars huius capituli, in quo auctor facit mentionem de alio gigante, scilicet Fialte, qui fuit valde altus, nedum corpore, sed etiam animo; qui voluit et attemptavit ire in celum. Iste erat altior et maior Nembroth, quia Nembroth volebat se defendere a celo, idest cum turri defendere a pluvia celi: sed iste voluit rapere celum. Dicit Dantes, quod nescit quis fuit magister, qui cinxit illum: quasi dicat: Fuit Deus, idest per iustum iudicium Dei iste talis erat ligatus taliter, quod alius, quam Deus, nescivisset nec potuisset eum ligare. Habebat brachia ante et postea: idest unum brachium erat ligatum ante, et aliud post; quoniam si ambo fuissent ligata ante, vel post, forte cum uno solvisset aliud aliquo modo. Quasi dicat: Licet Deus dimictat aliquando regnare tyrannos, non tamen dat eis omnino potestatem, saltem perpetuam.

Fecimus igitur longius inter, conversi ad sinistram; et per iactum unius baliste, reperivimus alium multo ferociorem et maiorem.

Ad cingendum eum quicumque fuerit magister, nescio ego dicere; sed ipse tenebat succinctum ante alterum, sci-

- ³⁰ D' una catena, che l' tenea avincto
Dal collo in giù, sì che su lo scoperto
Si r avvolgea in fin al giro quinto.
- ³¹ Questo ⁽¹⁾ superbo vuols'esser experto
Di sua potentia contra l' sommo Giove,
Disse l' mio duca, ond'elli è con tal merto.
- ³² Fialthe ha nome; e fece le gran prove,
Quand' e giganti fèr paura a' Dei:
Le braccia ch' ei menò ⁽²⁾, già mai non
- ³³ Et io a lui: S'esser può, io vorrei ^[move]
Che dello smisurato Briareo
Experientia havesser gl' ochi miei.
- ³⁴ Ond' ei rispose: Tu vedrai Antheo
Presso da qua, che parla, et è disciolto,
Che ne ⁽³⁾ porrà nel fondo d' ogni reo ⁽⁴⁾.
- ³⁵ Quel ⁽⁵⁾ che tu vuoi veder, più là è molto,
Et è legato e facto come questo,
Salvo che più feroce par nel volto.
- ³⁶ Non fu tremuoto già tanto rubesto,
Che scotesse una torre così forte,
Come Fyalthe a scuotersi fu presto.
- ³⁷ Allor temetti più che mai la morte,
E non era ⁽⁶⁾ mestier più che la ⁽⁷⁾ docta,
Se non havessi viste le ritorte ⁽⁸⁾.
- ³⁰ *De una catena, que tenebat eum avinctum
A collo infra, ita quod super discooperto
Se revolvebat usque ad girum quintum.*
- ³¹ *Iste superbus voluit esse expertus
De sua potentia contra summum Iovem,
Dixit meus dux, unde habet tale meritum.*
- ³² *Fialtes est sibi nomen; et fecit grandes probitates,
Quando Gigantes fecerunt timorem diis:
Brachia que ipse duxit, nunquam movet.*
- ³³ *Et ego ad eum: Si esse potest, vellem
Quod de immensurato Briareo
Experientiam haberent oculi mei.*
- ³⁴ *Unde respondit ipse: Tu videbis Antheum
Prope huic, qui loquitur, et est solutus,
Qui nos ponet in fundum omnis rei.*
- ³⁵ *Ille quem tu vis videre, est multum ulterius,
Et est ligatus et factus sicut iste,
Salvo quod ferocior apparet in vultu.*
- ³⁶ *Non fuit terremotus unquam ita rubestus,
Qui excuteret unam turrim sic fortiter,
Sicut Fialtes ad excuciendum se ita velox.*
- ³⁷ *Tunc timui ego plus quam unquam mortem,
Nec erat ibi aliquid necessarium nisi momentum,
Si non vidissem retortuosas.*

⁽¹⁾ gigante. — ⁽²⁾ contra Dei. — ⁽³⁾ noi. — ⁽⁴⁾ dell' Inferno. — ⁽⁵⁾ Briareo. — ⁽⁶⁾ al. v'era — ⁽⁷⁾ al. quella. — ⁽⁸⁾ le catene.

licet sinistrum, et retro brachium dextrum, de una catena, que tenebat eum avinctum, idest strictum, vel circumdatum, a collo infra, ita quod super discooperto se removebat usque ad girum quintum: idest catena dabat quinque revolutiones circum circa. *Girum*: idest volutio.

Iste superbus voluit esse expertus de sua potentia contra summum Iovem, dixit meus dux, unde habet tale meritum, idest tale supplicium. Fialtes est sibi nomen, et fecit grandes probitates, quando Gigantes fecerunt timorem diis: idest fecit grandia facta. Brachia, que ipse duxit, nunquam movet, idest movere potest. Superbi credunt imponere timorem Deo. Dixit semel Cesar: Habeo unam legionem, que esset sufficiens ad frangendum celum. Et talia sunt sepe superborum verba.

Et ego ad eum: Si esse potest, vellem quod de immensurato Briareo experientiam haberent oculi mei: idest ego vellem videre. Briareus fuit ad pugnam Flegre: dicitur Briareus quasi extra mensuram excessivus: omni die cresebat tot palmis, scilicet per vim et superbiam.

Unde respondit ipse: Tu videbis Antheum prope huic, scilicet loco, qui loquitur, et est solutus, vel dissolutus, idest non ligatus, qui nos ponet in fundum omnis rei,

idest omnium peccatorum. Quasi dicat Virgilius: Relinquamus istos Gigantes, de quibus cantant isti, qui narrant cantando in plateis, et vadamus ad Antheum, qui non fuit ad pugnam contra deos cum aliis Gigantibus.

Antheus voluit pugnare cum hominibus, et pugnavit; sed non cum diis; et ideo non est ligatus, nec fuit fulminatus. Ille nos ponet ad fundum omnium malorum. Fingit hic auctor, quod Antheus, audiens quod aliquis loqueretur de ipso, inceptit agitare se, sicut faciunt superbi, etiam victi et depositi de statu suo.

Ille, quem tu vis videre, est multo ulterius et est ligatus et factus sicut iste, salvo, idest excepto, quod ferocior apparet in vultu.

Non fuit terremotus unquam ita robustus, idest terribilis, impetuus, qui excuteret unam turrim ita fortiter, sicut Fialtes ad excutiendum se ita velox, promptus, festinus.

Tunc timui ego plus quam unquam mortem, quia inter tot pericula Inferni nunquam hucusque habui tantum timorem, nec erat ibi aliquid necessarium nisi momentum. *Non v'era mesterò più che la dotta*, idest momentum: idest non expediebat nisi unus croflus: idest, si Gigas ille

- 38 Noi procedemmo più avanti allocta,
E venimmo ad Antheo, che ben cinqu'alle⁽¹⁾,
Senza la testa, uscia fuor della grocta.
- 39 O tu, che nella fortunata valle⁽²⁾
Che fece Scipion⁽³⁾ di gloria reda⁽⁴⁾,
Quando Hannybal co' suoi diede le spalle⁽⁵⁾,
- 40 Recasti già⁽⁶⁾ mille leon per preda,
E che se fussi stato all'alta guerra
De tuo'fratei⁽⁷⁾, ancor par che si creda,
- 41 Ch'havrebber vincto⁽⁸⁾ e figli della terra⁽⁹⁾;
Mettine giù⁽¹⁰⁾ (e non ten vegna schifo)
Dove Coccyto⁽¹¹⁾ la freddura⁽¹²⁾ serra.
- 42 Non ci far ire a Tytio nè a Tiphō:
Questi può dar di quel che qui si brama⁽¹³⁾:
Però ti china, e non torcer el grifo.
- 43 Ancor ti può nel mondo render fama;
Ch'ei vive, e lunga vita ancor aspecta,
Se 'nnanzi tempo gratia a sè nol chiama.
- 38 *Nos processimus tunc ulterius,
Et venimus ad Anthem, qui bene quinque alis,
Sine capite, exibat extra gruptam.*
- 39 *O tu, qui in fortunata valle
Que fecit Scipionem glorie heredem,
Quando Hannibal cum suis dederunt terga,*
- 40 *Reportasti iam mille leones pro preda,
Et qui si fuisses in alta guerra
Tuorum fratrum, adhuc apparet quod credatur,*
- 41 *Quod victoriam habuissent filii terre;
Pone nos infra (non tibi veniat schifum)
Ubi Cocytus a frigore clauditur.*
- 42 *Non facias nos ire ad Titium aut Typhum:
Hic potest dare de illo quod hic appetitur:
Ideo inclina te, et non torqueas grifum.*
- 43 *Adhuc potest tibi in mundo reddere famam;
Quia vivit, et longam vitam adhuc expectat,
Si ante tempus gratia ad se non vocaverit ipsum.*

(1) misure così dette. — (2) d'Africa. — (3) affricano. — (4) herede. — (5) si fuggi. — (6) dalla caccia. — (7) Giganti. — (8) gli Dei. — (9) e Giganti. — (10) noi nel pozzo. — (11) fiume infernale. — (12) del ghiaccio. — (13) fama.

se crollasset, vel si se movisset modicum, accepisset michi vitam, idest privasset me vita. Vel dicas *dotta*, idest timor: quasi dicat: Solus timor me occidisset, nisi vidissem vincula: si ego non vidissem retortuosas, scilicet catenas, quia catena habet annulos retortuosos.

Nos processimus ultra: hec est quarta pars huius capituli, in qua fit mentio de alio gigante, scilicet Antheo, soluto. Nos processimus ulterius tunc et venimus ad Anthem, qui bene quinque alis (ala est mensura, sicut canna in Florentia: sic vocatur in Flandria et in Anglia), sine, idest excepto, capite, exibat extra gruptam, idest ripam, vel putheum. Modo ecce pulchram orationem factam Antheo, idest ad Anthem.

O tu, qui in fortunata valle que fecit Scipionem glorie heredem, quando Annibal cum suis dederunt terga, idest habuerunt conflictum, reportasti iam mille leones pro preda; et qui si fuisses in alta guerra tuorum fratrum, adhuc appareret quod credatur (nota quod prope Uticam, civitatem, que est in Africa, est vallis que vocatur Vallis Bragade. Tale nomen vallis sumitur a nomine unius fluvii, qui fluit per illam vallem, qui fluvius vocatur Bragade. In illa valle Marcus Regulus dedit unum magnum conflictum Cartaginensibus: sed in eadem valle ille maximus Scipio Africanus dedit conflictum Annibali: in eadem valle vicit Sifacem confederatum Annibali, et in hac valle Scipio acquisivit magnam gloriam propter victorias, quas in ipsa habuit. In hac valle dominabatur iste Antheus: nam Antheus fuit Africanus, fortis homo: derobabat omnes transeuntes illac. Dicit Pomponius quod suis temporibus ostendebatur

unus clipeus, qui fuerat istius Anthei, quem quasi homo nullus poterat movere, nedum non ferre. Dicit textus: Mille leones portabat pro preda: hoc potuit faciliter esse, quia in partibus illis sunt multi leones: sed melius potest dici, quod mille potentes ipse vicit: et licet etiam sit falsum quod mille potentes devicerat, potest dici quod hoc dictum fuit hic ad captandum benevolentiam. Ideo ista vallis dicitur fortunata, propter tot victorias per Romanos in ipsa habitas. Falsum est etiam quod si Antheus fuisset cum aliis Gigantibus, credendum esset quod Gigantes habuissent de diis victoriam: sed hoc etiam dicitur ad captandum benevolentiam ipsius Anthei. Sic aliquando est bene licitum blandiri tyrampnis, quod victoriam habuissent filii terre (idest Gigantes, idest superbi, qui nihil, nisi terrena, sapiunt), pone nos infra, non tibi veniat cyfum, idest non digneris, ubi Cocytus, fluvius Inferni frigidissimus, a frigore clauditur, idest congelatur. Cocytus interpretatur luctus.

Non facias nos ire ad Titium, aut ad Typhum. Hi sunt duo alii Gigantes. Hic potest dare de illo quod hic appetitur, bramatur, scilicet fama. Ideo inclina te, et non torqueas gryfum, idest musum, idest os, vel faciem. Adhuc tibi potest in mundo reddere famam, quia vivit et longam vitam adhuc expectat. Hic prophetat, sicut evenit, quia Dantes, postquam hunc librum incepit, vixit viginti uno annis. Videtur quod fama desideretur. Unde dicit quod Alexander fuit tam cupidus fame, quod, quando vidit sepulchrum Achillis, dixit: O beate iuvenis, qui habuisti talem tubam ad dicendum tua facta, scilicet Homerum! Quasi dicens: Heu michi, quia meo tempore nullus est, qui describat gesta mea, que mererentur magnam famam, et sic

- 44 Così disse 'l maestro: e quelli⁽¹⁾ in frecta
La man distese, e prese 'l duca mio,
Ond' Hercole sentì già grandi strecte.
- 45 Virgilio, quando prender si sentio,
Mi disse: Facti 'n qua, sì ch'io ti prenda.
Poi fece sì, ch'un fascio⁽²⁾ er'elli⁽³⁾ et io.
- 46 Qual par a riguardar la Carisenda
Socto 'l chinato, quando un nuvol vada
Sovr'essa, sì ch'ella incontro penda;
- 47 Tal parve Antheo a me che stavo a bada
Di vederlo chinare, e fu tal hora
Ch'avrei voluto gir per altra strada:
- 48 Ma lievemente al fondo, che divora
Lucifero con Giuda, ci posoe;
Nè sì chinato lì⁽⁴⁾ fece dimora,
Ma com'arboro in nave si leveo.
- 44 *Sic dixit magister: et ille festinus
Manus extendit, et cepit ducem meum,
Unde Hercules sensit magnam strectam.*
- 45 *Virgilius, quando sensit se prendere,
Dixit michi: Fac te huc, ut te apprehendam.
Postea fecit sic, quod unum pondus eramus ipse et*
- 46 *Qualis apparet ad respiciendum Carizendam^[ego]
Sub inclinato, quando una nubes vadat
Super ipsam ita, quod ipsa e contra pendeat;*
- 47 *Talis apparuit Antheus michi qui stabam ad respi-
ciendum
Ut viderem eum inclinare, et fuit talis hora
Quod ego voluissem ire per aliam viam:*
- 48 *Sed leviter ad fundum, qui devorat
Luciferum cum Iuda, nos deposuit;
Nec sic [inclinatus] ibi fecit moram
Sed sic[ut] arbor in navi se levavit.*

(1) Antheo. — (2) soma. — (3) era elli. — (4) in quel fondo.

essem famosus. *Qui si brama*: hic appetitur, scilicet in Inferno morali, ubi tyrampni desiderant magnam famam. Si ante tempus gratia ad se non vocaverit ipsum, idest si gratia Dei non preveniret complementum annorum suorum. Per hoc vult innuere hic Dantes, quod Deus faceret magnam gratiam homini existenti in gratia, vocare ipsum ad aliam vitam, propter periculum recidivandi in peccatum; quia tunc Dantes erat optime dispositus, quia erat tempus et annus Iubilei.

Sic dixit Magister: et ille festinus, sive cum festinantia, manus extensit, et cepit ducem meum unde, idest per illas partes, Hercules sensit magnam strectam, idest fuit valde strictus.

Nota quod quando Hercules preliabatur cum Antheo, venerunt ad brachia, idest ad stringendum se invicem inter brachia, alter alterum; et quia Antheus erat filius terre, quotiescumque Hercules prosternebat eum ad terram, Antheus resumebat vires a terra, matre sua, et resumptis viribus, stringebat Herculem. Quod perpendens Hercules, strinxit Anthem et tenebat eum in aere, quousque ipsum interfecit. Ideo dicit textus: Unde Hercules fuit strictus.

Virgilius, quando sensit se prendere, idest capi, dixit michi: Fac te huc, idest veni ita prope me, ut te apprehen-

dam: postea fecit sic, quod unus pondus, vel unus fasciculus, eramus ipse et ego. Et ipse me tenebat super se; et Antheus, qui amplexatus erat Virgilium, habebat supra pectus suum, sive in ulnis suis, unum fasciculum de magistro et me.

Qualis ad respiciendum Carizenda, idest turris retorta in civitate Bononie prope turrin Asinellorum, sub inclinato, quando una nubes vadat, idest pertranseat, super ipsam, ita quod ipsa e contra pendeat; talis apparuit Antheus michi, qui stabam ad inspiciendum, ut viderem eum inclinare. Et fuit talis hora, quod ego voluissem ire per aliam viam, vel *stratam*.

Sed leviter ad fundum, qui devorat, idest quo devorantur, vel affliguntur, Lucifer cum Iuda, nos deposuit: nec sic inclinatus ibi fecit moram; sed sicut arbor in navi se levavit, idest erexit. Nota quod in medio civitatis Bononie sunt duo turres propinquissime, quarum una valde est alta, et vocatur turris Asinellorum; alia est prope illam, sed non est ita alta, et vocatur Carizenda, sed est tortuosa et inclinata versus terram: tunc quando una nubes per aierem super ipsam transit, a vento ducta, videtur quod illa Carizenda inclinet se ad terram. Sic apparuit iste Antheus quando se inclinavit ad terram, ad ponendum istos in fundo Inferni, idest in fundo puthi.

I GIGANTI E LA CONFUSIONE DELLE LINGUE

In questo trigesimoprimo canto sono accennati dal Poeta e insieme congiunti due de' fatti de' più notabili della storia biblica; cioè i Giganti e la confusione delle lingue, avvenuta ne' campi di Sennaar.

Arrivando egli con la sua guida al nono ed ultimo cerchio del suo Inferno, gli par di vedere lontano, lontano, in una campagna, delle alte torri; e presane maraviglia, domanda a Virgilio che terra sia quella: Virgilio gli fa avvertire che non eran già torri quelle che vedeva, ma Giganti, i quali si levavano per metà dal pozzo in cui stavano chiusi. Lo stupore del Poeta s'accrebbe maggiormente, come arrivato vicino a que' mostri, e affissato il primo che gli si presentò davanti,

... gli parve
La faccia sua . . . lunga e grossa
Come la pina di San Pietro a Roma,
E a sua proporzione eran l'altre ossa.

Poi, con sorpresa non minore, ne cominciò a sentire lo strano linguaggio:

Rafel mai amech zabi atmi:

parole, forse, tratte da più lingue d'Oriente, dove avvenne la confusione, di cui colpiva Iddio i costruttori della torre Babelica, e cominciò la formazione delle lingue nuove. E Virgilio gli addita allora colui, che forse aveva proposto agli altri il superbo pensiero, benchè di questo la Scrittura non faccia parola:

Questi è Nembrotto, per lo cui mal coto
Pure un linguaggio nel mondo non s'usa.

L'accoppiamento, che pone qui il Poeta, di questi due fatti biblici, è di profondissima significazione: dandoci da una parte un'idea di quel che dovette essere l'umano arbitrio nell'uomo innocente; una potenza veramente gigante, con cui senza difficoltà e fatiche di sorta avrebbe dominato tutto l'universo, così come Dio gliene aveva imposto il comando; e dall'altra mostrandoci la terribile lacerazione, fatta dalla colpa all'opera divina, per cui si scompaginava nell'uomo l'unità del pensiero e del volere, e a poco a poco l'unità della lingua, dell'azione, della scienza e della vita; non restandogliene che come un mesto ricordo, ed una speranza, poichè Dio gli n'ebbe promessa la riparazione.

Più, l'accoppiamento de' due fatti ci fa intendere come la rottura dell'unità, in cui Dio aveva creato l'opera sua, accadesse appunto per l'intendimento opposto, che ebbe l'uomo nel ribellarsi al suo Creatore: da prima Adamo, e dipoi i costruttori della torre Babelica: il primo volendo diventare si-

mile a Dio, assommando in sé, come padrone assoluto e indipendente, l'universo; e invece se ne trovava separato fra lo scompiglio della creazione, che tutta gli si voltava contro e per poco non lo annientava: i secondi, volendo assicurare la loro origine e fama, a dispetto del cielo, con la costruzione della torre, che fosse il segno, a cui si volgessero tutte le successive e più lontane loro generazioni; e invece restavano colpiti da tal confusione nella lingua, la quale fino allora avevano tutti egualmente parlato, che si divisero, si disgregarono, andarono dispersi in diverse tribù e nazioni, addivenute nemiche le une delle altre, e che si farebbero guerra di morte.

Nè, così spiegato il fatto, manca la soprannaturalità del medesimo. L'unità dell'umano linguaggio fu e non poteva essere che nell'unità del pensiero, il quale era opera divina: questo rotto e scompigliato per la colpa, necessariamente doveva rompersi la lingua che lo esprimeva, e venirne la confusione; perchè, da quel dì, lo stesso vocabolo, che agli uni significava una cosa, agli altri ne significò una diversa. La soprannaturalità del fatto fu che Dio salvò il pensiero suo creatore nella famiglia di Eber, per affidarlo poi, come fece, ad un popolo unico, il popolo Ebreo, che lo conservasse intero, finchè non venisse solennemente ristorato in tutta l'umana discendenza per la promessa fatta a' nostri progenitori nel terrestre Paradiso, e fu la Redenzione.

E questa di fatti venne. Gesù Cristo, virtù divina ed infinita del Padre innanzi a tutti i secoli, rendutosi uomo nel seno della Vergine, ricostituiva l'unità che il peccato aveva rotta; l'unità, diciamo, del genere umano nell'unità del pensiero creatore, che così veniva ristorato, per procedere alla sua finalità, cioè alla glorificazione: il che si effettua nella Chiesa da lui fondata, nella quale sotto un capo unico visibile, rappresentante dell'invisibile, si vien ricomponendo a poco a poco tutta l'umana famiglia, così come fu nel primitivo disegno di Dio: unità di pensiero, di voleri, di amore, d'intendimenti, che ogni dì più si allarga, si feconda, si sublima. Or chi sa che un dì non s'abbia in essa anche a ricomporre come che sia l'unità della lingua, che il peccato ebbe dilacerata? Tentativi non ne mancano, e il solo concepirne la possibilità, è argomento che il fatto non sia impossibile.

Così in Cristo e per Cristo, nella cui virtù, in quanto Verbo del Padre prima che nascessero i secoli, tutte le cose vennero fatte, « omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil », e in quanto di poi assunse l'umanità nostra e fu redentore, tutte, nessuna esclusa, ricevono ristorazione: dottrina con sublimità inarrivabile trattata nelle sue Lettere da quel prodigio di apostolo, che fu San Paolo.

CAPITULI TRICESIMISECUNDI SUMMARIUM

In isto tricesimosecundo capitulo, quod incipit: *Si ego haberem rithymos asperos*, primo auctor vult se excusare, si non proprie describit istum ultimum circulum, in quo sunt ita iniqui spiritus et ita gravia tormenta, quia, ad describendum talem circulum oporteret habere rithymos asperos et raucos, sicut materia in se est aspera et crudelis. Tandem auctor incipit tractare de secundo genere fraudis, scilicet quando rumpitur duplex fides, scilicet naturalis et promissionis, sive duplex ligamen, scilicet naturale et promissum. Omnes isti, qui in isto circulo puniuntur, sunt proditores, quia nedum ruperunt fidem, quam generat natura, sed etiam illam, quam promiserant suis amicis et dominis; que fides fit per amicitiam et ligamen amicitie. Dividitur etiam iste circulus in quatuor circulectos: quorum primus dicitur Cayna a Cayn, in quo puniuntur hii qui proditorie suum proprium sanguinem fuderunt et interfecerunt; sicut Cayn proditorie interfecit Abel fratrem suum carnalem. In secundo puniuntur illi, qui suam propriam patriam vel Commune prodiderunt, sicut fecit Anthenor, qui prodidit Troyam, etc. In tertio puniuntur illi, qui prodiderunt amicos et consanguineos stantes ad propriam mensam. In quarto puniuntur illi, qui prodiderunt suos dominos, quibus promiserunt fidem, et a quibus receperunt stipendia, dona et multa bona et magna premia. Et sicut primus circulectus a Cayn Cayna; sic secundus ab Anthenore Anthenora; et tertius Ptholomea a Ptholomeo; et quartus Giudeccha a Iuda, qui prodidit Christum, suum verum dominum, a quo receperat multa bona, etc.

Ponitur autem in uno capitulo in generali pena istorum proditorum, que convenit eis quatuor speciebus. Variatur autem per aliquas condiciones, ut patebit inferius. Pena communis est talis: quia ibi est unus fluvius, qui vocatur Cocitus, qui facit ibi in fundo istius puthei, sive baratri, unum lacum magnum, ubi tota aqua est congelata; et ex nimio frigore congelatur tam fortiter, quod non glacies sed vitrum videtur, et adeo est dura glacies, quod si mons Tanbernich, qui est magnus in Sclavonia, caderet super illam glaciem, nullatenus ipsa glacies frangeretur. Modo anime stant in ista glacie, sicut festuce stant et apparent in vitro. Variantur autem isti qui stant in ista glacie, quia aliqui stant recti, profundati in glacie: aliqui quasi sedentes in eadem glacie, cum facie inclinata inferius: aliqui distensi et supini stant in ista glacie. Primo modo in Cayna et Anthenora; secundo modo in Ptholomea, et adhuc vario modo, quia aliqui stant in maiori frigiditate; aliqui in minori; aliqui sunt ex toto cooperti a glacie; aliqui non sic ex toto cooperiuntur. Lucifer autem, rex Inferni, a medio pectore superius stat foris extra glaciem, a medio pectore infra stat in glacie. Ista pena est optime conveniens istis proditoribus, et iste locus Inferni, qui multum distat a celo: nam non est maior distantia in toto universo, quam a celo empyreo ad centrum mundi, scilicet ad hunc locum. Et quia in celo suprema caritas existit, que ut ignis calet, hic est summa frigiditas; et ideo sicut spiritus meliores et meliores plus appropinquant Deo, ita isti peiores et peiores sunt remotius ab ipso Deo. Sicut spiritus

beati sunt in maximo calore Spiritus Sancti, ita isti in maximo frigore livoroso: sicut illi in celo empyreo semper rident, cantant, tripudiant, semper benedicunt Deum; ita isti, per oppositum, continue plorant, lacrymantur, tristantur, maledicunt Deum, deitatem, patres, matres, et tempus et horam in quo nascebantur, etc. Ibi est, in celo scilicet, summa letitia, hic suprema tristitia: ibi summum gaudium et gloria perhennis, hic summa miseria et calamitas sempiterna. Hic in isto capitulo auctor de isto primo circulo, scilicet Cayna, tractat, in quo dicit quod peccatores stant hic in glacie proni, semper lacrymantur et strident dentibus, sicut facit ciconia, sive ibis, quando cantat, quia rostro stridet. Loquitur hic auctor more Evangelii, in quo dicitur: Ibi erit fletus, denotans lacrymas, et stridor dentium, qui denotat frigus. Ab hiis duobus, a frigore in dentibus et ab oculis lacrymosis, cordis tristitia publicatur. In isto loco ponit auctor

quod sunt duo germani carnales, comites Bissentii, que est una vallis prope Pratum, pulcherrimum oppidum prope Florentiam ad decem miliaria, per quam currit unus fluvius, qui vocatur Bissentio. Isti duo germani fuerunt filii comitis Alberti, comitis Bissentii, qui duo nati sunt, secundum verba auctoris, de uno corpore. Hoc habet aggravare peccatum, quando duo germani se mutuo occidunt. Iste igitur locus dicitur Cayna a Cayn, qui primitus homicidium commisit, interficiendo proditorie suum proprium fratrem Abel. Hos proditores, scilicet comites dictos, publicavit Danti unus alius proditor, sicut sepe accidit, quod unus proditor detegit reliquum. In isto capitulo ponitur etiam circulus Anthenore, in quo ponit dominum Boccham civem et militem Florentinum, qui prope Montem Apertum prodidit populum Florentinum, ex qua prodicione interfecti fuerant plurimi cives etiam sui sanguinei.

CAPITULUM TRICESIMUMSECUNDUM

- ¹ S'io avessi le rime aspre e chioce,
Come si converrebbe al tristo buco ⁽¹⁾,
Sopra 'l qual punctan tutte l'altre rocce ⁽²⁾,
² Io premerei di mio concetto el suco
Più pienamente; ma perch'io non l'abbo,
Non senza tema ⁽³⁾ a dicer mi conduco.
³ Chè non è impresa da pigliar a gabbo ⁽⁴⁾,
Di scriver fondo ⁽⁵⁾ a tucto l'universo,
Nè a lingua ⁽⁶⁾ che chiami mamma e babbo.
- ¹ Si ego haberem rithymos asperos et raucos,
Sicut convenirent tristi buco,
Super quo pendent omnes alii circuli,
² Ego premerem mei conceptus succum
Plenius; sed quia illud non habeo,
Non sine timore ad dicendum me conduco.
³ Quia non est opus ad capiendum ad gabbum,
Describere fundum toti universo,
Nec ad linguam que vocet mammam et babbum.

(¹) pozzo, o centro de la terra. — (²) saxi e pesi de la terra. — (³) timore. — (⁴) a ciancie — (⁵) centro. — (⁶) di fanciullini.

Si ego haberem rithymos. S'io avesse le rime: istud est tricesimumsecundum capitulum Inferni, in quo auctor tractat de proditoribus, qui puniuntur in putheo Inferni, idest in profundo baratri; et dividitur in quatuor partes. In prima quarum ponitur in generali pena dictorum proditorum.

In secunda, que incipit ibi:

Postquam ego aliquantulum circum vidi;
Quando io ebbe,

tractatur in speciali de prima specie proditorum, et nominat aliquos proditores contra suum sanguinem.

In tertia, que incipit ibi:

Postea vidi ego mille;
Poscia vid'io mille visi,

tractatur de secunda specie proditorum, qui suam patriam vel Commune prodiderunt.

In quarta, que incipit ibi:

Noi eravam già partiti;
Iam nos recesseramus ab illo.

fit expressa mentio de duobus spiritibus de secunda specie predicta.

Notandum est hic primo, quod isti proditores, qui puniuntur in isto putheo, dissolverunt duo vincula amoris et caritatis. Unum vinculum est naturale, quo omnes homines debent diligere omnes de specie sua. Tale vinculum, vel talis amor, vocatur ab Aristotile phylantropia. Aliud vinculum, quod fit per conventionem vel promissionem fidei in alterutrum; et tale vinculum vel procedit a carnis propinquitate, vel a patria, vel a commensatione, vel a dominatione. Illi, qui rumpunt vinculum carnis propinquitatis, sicut fecit Cayn, qui interfecit fratrem suum, sunt de prima specie istorum proditorum. Illi, qui rumpunt secundum vinculum, scilicet patrie, sicut fecit Anthenor, qui perdidit Troyam propriam, sunt de secunda specie. Illi, qui interficiunt suos commensales simul et propinquos, sicut fecit Frater Albrigus de Manfredis de Faventia, sunt de tertia specie. Illi, qui produnt occidendo suos dominos, quibus promiserunt fidem, et a quibus receperunt beneficia, sunt de quarta specie. Ideo iste circulus dividitur in quatuor circulos: primus vocatur Cayna: secundus Anthenora: tertius Ptholomea: quartus Giudeccha. Cayna dicitur a Cayn: Anthenora dicitur ab Anthenore: Ptholomea a Ptholomeo: Giudeccha a Iuda proditore.

Primo igitur auctor cum magna arte continuat dicta dicendis, excusando se de sua insufficientia: vult dicere in

- 4 Ma quelle donne ⁽¹⁾ aiutino 'l mio verso,
Ch' aiutaro Amphyone a chiuder Thebe,
Sì che dal facto el dir non sia diverso.
- 5 O sovra tucte ⁽²⁾ mal creata ⁽³⁾ plebe,
Che stai in luogo, onde 'l parlar è duro ⁽⁴⁾
Me ⁽⁵⁾ sreste stati qui ⁽⁶⁾ pecore o zebe ⁽⁷⁾.
- 6 Come ⁽⁸⁾ noi fummo giù nel pozzo scuro
Socto pie' del gigante ⁽⁹⁾, assai più bassi,
Et io mirava ancora l'alto ⁽¹⁰⁾ muro,
- 7 Dicer udimmi ⁽¹¹⁾: Guarda come passi;
Va' sì, che tu non calchi colle piante
Le teste de' fratei ⁽¹²⁾ miseri lassi.
- 8 Perch' io mi volsi, e vidimi davante
E socto e piedi un lago, che per gielo
Di vetro havea, e non d'acqua, semiante.
- 4 Sed ille domine adiuvent meum versum,
Que adiuverunt Amphionem ad claudendum
Ita quod a facto dicere non sit diversum. [Thebas,
- 5 O super omnia male creata plebs,
Que stas in loco, ubi loqui est durum,
Melius si fuissetis oves vel zebe.
- 6 Sicut nos fuimus infra in putheo obscuro
Sub pedibus gigantis, satis infimiores,
Ego respiciebam adhuc altum murum,
- 7 Dicere audiui michi: Cave, quomodo transis;
Facias sic, quod tu non calces cum plantis
Capita fratrum miserorum fessorum.
- 8 Ex quo ego me movi, et vidi ante me
Sub pedibus unum lacum, qui propter gelu
Habebat vitri, et non aque, apparenciam.

(1) muse. — (2) l'altre. — (3) non Creatoris vitio, sed proprio. — (4) difficile. — (5) meglio che huomini. — (6) nel mondo. — (7) capre. — (8) al. quando. — (9) Antheo. — (10) al. all'alto. — (11) al. udimmo. — (12) di noi tuoi fratelli per creatione.

summa, quod quia sermones sunt exquirendi, secundum materiam subiectam, oporteret habere vocabula conformia. Sed non invenio hoc, dicit auctor, ad suam excellentiam; sed ipse optime describit. Ideo dicit: Si ego haberem rithmos asperos et raucos, sicut conveniret tristi buco, idest formini, vel misero circulo, super quo pendent, idest fundantur, omnes alii circuli roccie, idest in quo fundantur omnia pondera, que tendunt ad centrum; ego promerem, idest exprimerem, mei conceptus succum, scilicet illa que mente concepi, plenius. Sed quia ego illud non habeo, non sine timore ad dicendum me conduco: non est enim materia levis, que possit exprimi per linguas infantium.

Sed licet materia sit gravis, aliquid tamen conabor dicere, quia invocabo auxilium, etc., a Diis et Musis; quia non est opus ad capiendum a gabbum, idest ad truffam, describere fundum toti universo, nec ad linguam, que vocet *mamma*, idest matrem (sic loquuntur infantes ytalici, quando sunt duorum vel trium annorum), et *babbum*, idest patrem. Vult dicere quod hoc opus non spectat ad puerulos, sed est opus gravissimum.

Modo auctor invocatur. Nota quod invocare est usus communis poetarum circa principium operis, et non solum in principio, sed sepe circa finem, sicut facit Statius et Virgilius. Sic vult hic facere auctor.

Sed nota quod licet Cadmus fuerit primus rex Thebarum et fundator civitatis, tamen non munivit eam muris. Amphion vero fuit secundus rex, qui munivit civitatem muris. Et fingunt poete, quod iste Amphion ita bene pulsabat citharam, quod lapides veniebant a seipsis de montibus et saltabant super muros a seipsis. Nota quod cithara Amphionis fuit eloquentia sua pulcherrima, que reduxit omnes saxeos et duos ad vivendum sub legibus et sub obedientia regis ex omni illa regione. Domine, scilicet scientie poetice, iuverunt Amphionem ad claudendum, idest ad murandum,

civitatem. Tunc dicit auctor: Sed ille domine, idest Muse, adiuvent meum versum, que adiuverunt Amphionem ad claudendum, idest edificandum, Thebas, ita quod a facto dicere non sit diversum, idest quod verba sint conformia factis: idest concedant Muse, sive Diis, michi gratiam quod ego exprimam que concepi.

O super omnia male creata plebs, que stas in loco, unde, idest de quo, loqui est durum, melius, idest esset nobis, fuissetis, scilicet si, oves vel zebe, idest capre. Loquitur auctor sicut Evangelium: Melius enim erat homini illi si natus non fuisset. *In loco*: ubi est glacies.

Sicut nos fuimus, idest statim, infra in putheo obscuro, sub pedibus gigantis satis infimiores, idest multo plus inferius, et ego respiciebam adhuc alterum murum (altum alias dicitur: iste putheus ultra omnes bolgas est obscurus, quia est in centro et putheus est muratus), dicere, vel dici, audiui michi: Cave, quomodo transis; facias sic quod tu non calches cum plantis, idest pedibus, capita fratrum miserorum fessorum. Ista vox venit ab uno hic posito, de quo dicitur statim; et loquitur in singulari de duobus fratribus, de quibus in secunda parte dicitur.

Ex quo ego me movi, et vidi ante me et sub pedibus unum lacum, qui propter gelum, idest congelatum, habebat vitri, et non aque, apparenciam. Hic tangitur pena in genere istorum proditorum, que est quod ipsi sunt in uno lacu congelato, ubi aqua videtur vitrum propter duritiem glaciei; que glacies tam dura est, quod in nulla parte mundi, ubi esset maius et intensius frigus, posset reperiri ita dura glacies. Et merito isti puniuntur in glacie, idest maximo frigore, quia, sic[ut] per ignem comburentem figuratur caritas, ita per glaciem et maximam frigiditatem figuratur odium. Nunquid magnum frigus et privatio ca-

- 9 Non fece al corso suo sì duro velo ⁽¹⁾
Di verno la Danoia ⁽²⁾ in Osterichi ⁽³⁾,
Nè Tanay ⁽⁴⁾ là socto 'l freddo cielo ⁽⁵⁾.
- 10 Com'era quivi: che, se Tambernichi ⁽⁶⁾
Vi fusse su caduto, o Pietrapana ⁽⁷⁾,
Non haveria dall'orlo ⁽⁸⁾ facto crichi ⁽⁹⁾.
- 11 E come a gracidar ⁽¹⁰⁾ si sta la rana
Col muso fuor dell'acqua, quando sogna ⁽¹¹⁾
Di spigolar sovente la villana;
- 12 Livide ⁽¹²⁾ infin dov' appar la vergogna ⁽¹³⁾,
Eran l'ombre dolenti nella ghiaccia,
Mettendo e denti ⁽¹⁴⁾ in nota ⁽¹⁵⁾ di cicogna ⁽¹⁶⁾.
- 13 Ognuna in giù tenea volta la faccia:
Da bocca 'l freddo, e dagl'ochi 'l cuor tristo,
Tra lor testimonianza ⁽¹⁷⁾ si procaccia.
- 14 Quand'io ebbi dintorno alquanto visto,
Volsimi a' piedi ⁽¹⁸⁾, e vidi due sì stretti ⁽¹⁹⁾,
Che 'l pel del capo havean insieme misto.
- 9 Non fecit cursui sui ita grossum velum
In yeme Dampnubius in Austria,
Nec Thanays ibi sub frigido celo,
- 10 Sicut erat ibi: quia, si Tambernich
Super illo cecidisset, vel Petrapana,
Non fecisset solummodo crich.
- 11 Et sicut a[d] gracidandum rana stat
Cum muso extra aquam, quando sompniat
Spicas colligere sepe rustica;
- 12 Livide quousque apparet verecundia,
Erant umbre dolentes in glacie,
Mictendo dentes in notas ciconie.
- 13 Quelibet tenebat infra volutam faciem:
Ab ore frigus, et ab oculis cor triste,
Inter eos testimonium procurant.
- 14 Postquam ego aliquantulum circum videram,
Volvi me ad pedes, et vidi duos ita strictos,
Quod pilum capitis habebat[n]t simul mixtum.

(1) ghiaccio. — (2) el fiume Danubio. — (3) al. in Ysterlich, cioè in Austria. — (4) fiume. — (5) tramontana. — (6) monte di Schiavonia. — (7) monte d'Italia. — (8) da la proda. — (9) suono di ghiaccio rotto. — (10) a stridere. — (11) la state. — (12) di freddo. — (13) a membri genitali. — (14) stridendo co'denti. — (15) suono. — (16) ucello. — (17) di tradimenti loro. — (18) miei. — (19) insieme per lo freddo.

ritatis est in illo, qui propter parvam causam interficit fratrem suum? Ad describendum talem glaciem auctor adducit comparationes.

Scilicet, non fecit cursu suo ita grossum velum, idest non fuit ita congelatus in yeme, Dampnubius in Austria, nec Thanays ibi sub frigido celo, idest sub aquilone (nota quod Dampnoya, sive Dampnubius, est maximus fluvius mundi, oritur in Alania, et transit per Austriam, vadit in Hungariam, et demum fluit ad partes infidelium: in Austria ita congelatur iste fluvius et in Hungaria, quod currus transeunt super glacie), sicut erat ibi; quia, vel quod, si Tambernich (est mons qui est in Slavonia) super illo cecidisset, vel Petrapana (est alius mons in Tuscia super Aventiam, idest inter Petram Sanctam et Portum Veneris), non fecisset solummodo in superficie crich. *Crich* est minimus sonus. Vult dicere: Nodum potuisset rumpere illam glaciem, sed non fecisset ibi unum minimum sonum. Thanays est flumen, quod dividit Asiam ab Europa, et descendit a montibus Ripheis. *Crich*, idest stridor, quem facit glacies, quando rumpitur. *Sub frigido celo*, idest sub polo arthico.

Modo tangit quomodo stant hic peccatores de prima specie. Et sicut ad graci[d]andum stat rana cum muso extra aquam, quando sompniat spicas colligere sepe rustica (gracidare est cantus rane: nota quod est de more pauperibus mulieribus rusticis, quando metuntur frumenta, ire post terga metentium et colligunt spicas de manibus me-

tentium: illo tempore, scilicet estivo, stant rane in aqua et solum musum tenent extra aquam ad gracidandum. Bona comparatio; ibi vidi sic, quousque apparet verecundia, idest usque ad locum, vel partem illam, ubi apparet verecundia, idest facies, que respergitur rubore pro verecundia, idest usque ad faciem, [quod] erant umbre dolentes in glacie, mictendo, idest ponendo, dentes in notas ciconie, idest stridentes dentes, sicut ciconia stridet cum rostro. Sicut pro verecundia facies hominis rubet, ita per oppositum hic pro glacie et [propter] magnum frigus facies istorum sunt pallide.

Quelibet infra tenebat volutam faciem, idest versam: ab ore frigus, et ab oculis cor triste, idest dolorosum, inter eos testimonium procurant: idest pro testimonio habeantur.

Prima igitur species proditorum, scilicet illorum, qui interficiunt carnem propriam, et qui puniuntur hic in isto circulo, qui dicitur Cayna a Cayn, qui Abel suum fratrem interfecit, stat in glacie usque ad faciem. Comparatio superior bona est: quia, sicut rana semper stat in pantano, ita tales proditores semper stant in odio, et nunquam respiciunt faciem hominis: ideo hic stant proditores cum facie inclinata. Ab ore istorum, qui dentibus fremebant, cognoscebatur frigus, et ab oculis, scilicet lacrymantibus, tristitia cordis, quia lacryme sunt signum tristitie cordis.

Quando io ebbi alquanto. Postquam ego aliquantulum: hec est secunda pars huius capituli, in qua fingit quod isti stant ad invicem maxime stricti, non propter amorem, sed propter iram, qua se occiderunt; et loquitur

- 15 Ditemi ⁽¹⁾ voi, che sì stringete ⁽²⁾ e pecti ⁽³⁾,
Diss'io, chi sete? E quei piegaro e colli ⁽⁴⁾;
E poi ch'ebber li visi a me erecti,
16 Gl'ochi lor, ch'eran pria pur dentro molli,
Gocciar sopra le labbra, e l'gielo strinse
Le lagrime fra esse ⁽⁵⁾, e riserrolli.
17 Con ⁽⁶⁾ legno legno ⁽⁷⁾ spranga ⁽⁸⁾ mai non cinse
Forte così; ond'ei, come due bechi ⁽⁹⁾,
Cozzaro insieme: tanta ira li vinse.
18 Et un ⁽¹⁰⁾, ch'havea perduti ⁽¹¹⁾ ambo gl'orechi
Per la freddura, pur col viso in giue ⁽¹²⁾
Disse: Perchè cotanto in noi ti spechi ⁽¹³⁾?
19 Se vuoi saper chi son cotesti due,
La valle ⁽¹⁴⁾, onde Bisenzio ⁽¹⁵⁾ si dichina,
Del padre lor Alberto e di lor fue.
20 D'un corpo usciro ⁽¹⁶⁾: e tucta la Cayna ⁽¹⁷⁾
Potrai cercare, e non troverai ombra
Degna più ⁽¹⁸⁾ d'esser messa ⁽¹⁹⁾ in gelatina ⁽²⁰⁾:

⁽¹⁾ o. — ⁽²⁾ l'un coll'altro. — ⁽³⁾ vostri. — ⁽⁴⁾ loro. — ⁽⁵⁾ al. essi. — ⁽⁶⁾ uno. — ⁽⁷⁾ altro. — ⁽⁸⁾ di ferro. — ⁽⁹⁾ monton. — ⁽¹⁰⁾ altro. — ⁽¹¹⁾ per lo freddo. — ⁽¹²⁾ rivolto. — ⁽¹³⁾ riguardandoci. — ⁽¹⁴⁾ di Falterona. — ⁽¹⁵⁾ fiume. — ⁽¹⁶⁾ d'una madre nacquero. — ⁽¹⁷⁾ così detta da Cayno. — ⁽¹⁸⁾ di costoro. — ⁽¹⁹⁾ per tradimenti. — ⁽²⁰⁾ nel ghiaccio.

auctor caute. Si dixisset: Dicite, vos proditores; forte non respondissent: sed nec vult eos laudare; sed loquitur verba que possent habere utrumque sensum et sonare in bonum et in malum, sicut aliquando aliqui stringunt se invicem propter amorem, aliquando propter odium, ut occidat unus reliquum.

Postquam ego aliquantulum circum videram, volvi me, idest respexi, ad pedes, et vidi duos ita strictos, quod pilum capitis habebant simul mixtum, idest mixtos capillos capitis.

Dicite michi, vos, qui sic stringitis pectora, dixi ego, qui estis? Et illi plicarunt colla; et postquam habuerunt ad me visus erectos, oculi eorum, qui erant intus prius molles, idest balneati, guctaverunt, idest emisunt guctas super labia, et gelu strinxit lacrymas intra ipsos, et eos reclusit. Isti dolent et plangunt, et quando lacryme veniunt ad oculos, non inveniunt fenestras ad exitum, quia palpebra cum palpebra erat coniuncta. Sed nunc per vim lacrymarum abundantium et supervenientium factus est fluxus, quando aliquis istorum movetur: sed statim redit ad maius malum.

Cum ligno lignum *spranga* (*spranga* est ligatura ferrea) nunquam cinxit, idest constrinxit, fortiter sic, idest sicut gelu clausit illorum oculos; unde ipsi sicut duo yrci cozzaverunt, idest percusserunt se cum capitibus: tanta ira illos vicit, idest tantum fuerunt iracundi effecti.

- 15 *Dicite michi, vos qui sic stringitis pectora,*
Dixi ego, qui estis? Et illi plicaverunt colla;
Et postquam habuerunt ad me visus rectos,
16 *Oculi eorum, qui erant prius intus molles,*
Guctaverunt super labia prius, et gelu strinxit,
Lacrymas intra ipsos, et eos reclusit.
17 *Cum ligno lignum sprangia nunquam cinxit*
Fortiter sic; unde ipsi, sicut duo yrci,
Cozzaverunt secum: tanta ira illos vicit.
18 *Et unus, qui habebat perditas ambas aures*
Propter frigiditatem, tunc cum visu infra
Dixit: Quare tantum in nos specularis?
19 *Si vis scire qui sunt isti duo,*
Vallis, unde Bissentium declinat,
Patris eorum Alberti et eorum fuit.
20 *Ex uno corpore exierunt: et totam Caynam*
Poteris perquirere, et non reperies umbram
Dignam magis figi in gialatina:

Et unus qui habebat perditas ambas aures propter frigiditatem, tunc, idest inde, cum visu infra, idest facie inclinata, dixit: Quare tantum in nos specularis, idest respicis? Iste fuit unus tertius, qui patefecit istos duos, et fuit Camiscionus de Pazzis. Isti duo non plus loquuti sunt; sed tertius manifestat illos, ad denotandum quod sepe unus proditor detegit alium.

Nota quod unus fluvius est qui fluit prope Pratum, oppidum optimum prope Florentiam per decem milliaria. Ille fluvius vocatur Bissentium. In valle sua, dicta vallis Bissentii, isti duo fratres carnales fuerunt filii eiusdem patris et eiusdem matris, et nati sunt in illa valle Bissentii, et interfecerunt se mutuo, et interfecerunt multos suos consanguineos. Si vis scire qui sint isti duo, vallis, unde Bissentium flumen declinat, idest descendit, vel oritur, patris eorum Alberti et eorum fuit.

Ex uno corpore, idest matre una, nati sunt, exierunt; et totam Caynam (iste circulus vocatur Cayna propter Cayn, qui primo interfecit germanum suum), poteris perquirere, et non reperies umbram dignam magis figi in gialatina; non illam, cui fuit ruptum pectus et umbra cum uno ictu per manum Artusii; non Focaciam; non istum, qui me ingombrat, idest, aggravat, vel adumbrat (nota quod rex Artusius, qui fuit rex optime insule Anglie, valde potens, cupivit venire ad magnum statum, etiam consilii magistri Merlini, qui tunc clarebat; et perquisivit multas provintias, quesivit et ordinavit Tabulam Rotundam, et quod illi milites pugnarent pro libertate et operibus pietatis: tandem subiugata tota Anglia, voluit extra

- 21 Non quella ⁽¹⁾ a cui fu rocto'l pecto e l'ombra
Con ess'un colpo ⁽²⁾, per la man d'Arthù ⁽³⁾:
Non fu Caccia ⁽⁴⁾: non questo, che m' in-
[gombra] ⁽⁵⁾
22 E l'capo sì ⁽⁶⁾, ch'io non veggi'oltre più,
E fu nomato Sassol Mascheroni:
Se Tosco ⁽⁷⁾ se', omai ben sai chi fu.
23 E perchè non mi metti in più sermoni,
Sappi ch'io fu' ⁽⁸⁾ el Camiscion de' Pazzi
Et aspetto Karlin che mi scagioni.
24 Poscia vidd'io mille visi cagnazzi
Facti per freddo: onde mi vien riprezzo ⁽⁹⁾,
E verrà sempre, de' gelati guazzi.
25 E mentre ch'andavamo inver lo mezzo ⁽¹⁰⁾,
Al qual ogni gravezza si raduna,
Et io tremava nell'eterno rezzo;
26 Se voler fu, o destino, o fortuna,
Non so: ma passeggiando fra le teste ⁽¹¹⁾,
Forte percossi l'piè nel viso ad una.
- 21 *Non illa[m] cui fuit ruptum pectus et umbra*
Cum uno ictu, per manum Artusii:
Non Focaciam: non istum, qui me ingombrat
22 *Cum capite sic, quod ulterius non video,*
Et fuit vocatus Sassolus de Mascharonibus:
Si tu es Tuscus, bene scis ammodo quis fuit.
23 *Et ad hoc ut non me mictas in pluribus sermonibus,*
Scias quod ego fui Camiscionus de Pazzis,
Et expecto Karlinum qui me excuset.
24 *Postea vidi ego mille visus cagnatios*
Factos propter frigus: unde venit michi riprezzum
[Et veniet semper, ex gelatis aquis].
25 *Et interim quod ibamus versus medium,*
Ad quod omnis gravitas congregatur,
Et ego tremebam in eterno rezzo;
26 *Si velle, vel fatum, vel fortuna fuit,*
Nescio: sed passeggiando inter capita,
Fortiter percussi pedem in faciem unius.

⁽¹⁾ etandio. — ⁽²⁾ di lancia. — ⁽³⁾ suo padre. — ⁽⁴⁾ al. non Focaccia. — ⁽⁵⁾ m'impedisce. — ⁽⁶⁾ per tal modo. — ⁽⁷⁾ Toschano. — ⁽⁸⁾ al. sono. — ⁽⁹⁾ terrore. — ⁽¹⁰⁾ del centro de la terra. — ⁽¹¹⁾ de' ghiacciati.

Angliam subiugare etiam alias partes; et discedens ab Anglia, et vadens ad alias partes, dimisit suum locum tenentem filium suum, nomine Mordecto, qui haberet curam de insula, et custodiret eam. Iste incepit sentire quid est dominari, et philoaptus fuit de dominio, et sic fecit se dominum insule. Hoc factum est notum regi Arturo, sive Artusio, et, hoc scito, rediit ad Angliam. Filius suus Mordectus venit contra patrem, et certavit ita animose, quod suo patri visum fuit habere peiorem partem: et sic indignatus, ivit contra filium; et certans cum filio, rex Artusius extraxit lanceam suam magnam, cum qua perforavit filium suum, et extracta lancea de vulnere, vulnus fuit ita latum, quod sol ex altera parte intravit per vulnus, et penetravit ad aliam partem. Focaccia fuit de domo Cancellariorum de Pistorio, et fuit valens homo, sed proditor, quia proditorie interfecit unum suum proavum, dictum dominum Berthaccam, iniuste et proditorie, et multa alia homicidia proditorie fecit. Sassolus Mascharoni fuit florentinus, de domo dicta i Tuschi. Iste, volens succedere in hereditate patris sui, occidit filium illius proditorie. Postquam hoc fuit scitum, fuit captus, et positus in uno dolio circumducto per totam civitatem, et tandem fuit decapitatus) cum capite sic, quod ulterius non video, et fuit vocatus Sassolus de Mascharonibus. Si Tuscus es, bene scis admodo qui fuit.

Et ad hoc ut [non] me mictas in pluribus sermonibus, idest ad hoc ut non teneas me plus in verbis, scias quod ego fui Camiscionus de Pazzis, et expecto Karlinum, qui me excuset; idest ego expecto Karlinum, qui est peior, ita quod sue prodiones erunt maiores meis, et sic meas

maiores prodiones cooperiet. Karlinus, qui me *scacionet*, idest excuset. Nota quod in millesimo tercentesimo secundo, cum essent Lucenses et Florentini circa Pistorium, unum castrum in Casentino, provintia territorii Florentini, rebellavit se Florentinis, et multi Gebellini intraverunt illud tale castrum, ad quod Florentini iverunt ad obsidendum. Sed iste Karlinus, qui fuit causa rebellionis, pro pecunia dedit istud castrum ipsis Florentinis. Propter suam prodicionem patruus suus et multi alii fuerunt interfecti et trucidati.

Poscia vidd'io. Postea ego vidi: ista est tertia pars huius capituli, in qua tractatur de secunda specie proditorum, scilicet de illis qui prodiderunt patriam propriam. Postea ego vidi mille visus *cagnatios*, idest rigidos vel asperos, et videbantur potius canes, quam homines, factos propter frigus; unde, idest ex quo, venit michi *riprezzum* (*riprezzo*, idest abhorreo, idest semper abhorrebo), et veniet semper [de] gelatis aquationibus, dum recordabor de istis. *Riprezzo*, idest quando aliquis videt ista scelerata, totus quasi territus.

Et interim quod ibamus versus medium, ad quod omnis gravitas congregatur, idest ad quod omnia gravia tendunt, et ego tremebam in eterno *rezzo* (*rezzo* proprie est locus, in quem radii solares non possunt intrare); si velle, idest voluntas Dei, vel fatum, idest predestinatio, vel fortuna, nescio, idest sive fuerit propter magnam affectionem, vel propter predestinationem divinam, sive propter influentiam celi; sed *passegiando*, idest passim eundo, inter capita

- 27 Piangendo mi sgridò: Perchè mi peste?
Se tu non vieni a crescer la vendetta
Di Monte Aperto, perchè mi moleste?
- 28 Et io (1): Maestro mio, or qui m'aspetta,
Sì ch' i' esca d' un dubio per costui:
Poi mi farai, quantunque vorrai, frecta.
- 29 Lo duca stette (2); et io dissi a colui
Che bastemmiava duramente ancora:
Dimmi chi se', che sì rampogni altrui?
- 30 Or tu chi se', che vai per l'Antenora (3)
Percotendo, rispose, altrui le gote,
Sì, che se vivo fussi, troppo fora?
- 31 Vivo son io, e caro esser ti puote,
Fu mia risposta (4), se domandi fama,
Ch' io metta l' nome tuo fra l' altre note (5).
- 32 Et elli a me: Del contrario ho io brama (6):
Levati quinci, e non mi dar più lagna;
Che mal sai lusingar per questa lama (7).
- 33 Allhor lo presi per la coticagna (8),
E dissi: E' converrà che tu ti nomi,
O che capel qui su non ti rimagna.

(1) o. — (2) fermo. — (3) così detta da Anthenor traditore di Troya. — (4) a colui — (5) di questa Comedia. — (6) vogla. — (7) valle. — (8) cicottola.

fortiter percussi pedem in faciem unius. *Percussi cum pede*, idest cum magna affectione, quam habebat contra istum; idest dedit sibi ictum in fronte, ubi discernitur verrecundia; scilicet percussit cum penna, dando sibi infamiam, quam bene meruit, et quam nunquam perdet.

Plangendo michi clamavit: Cur me subpeditas? Si tu non venis ad crescendum vindictam Montis Aperti, quare me molestas? Iste fuit, qui sic loquebatur, dominus Boccha de Abbatibus de Florentia, qui fecit magnam proditionem prope Montem Aperti in uno bello, in quo Florentini receperunt conflictum, in quo fuerunt interfecti bene quatuor millia Florentini. Et iste dominus Boccha fuit miles florentinus, et de parte Florentinorum fecit proditionem. Revolvit se contra suos, et ipsemet incisit manus illius, qui portabat vexillum Communitatis. Hec hystoria ponitur superius in capitulo decimo. Modo, quia Dantes erat florentinus, et hoc ad linguam novit ille dominus Boccha de Abbatibus, putavit ille dominus Boccha, quod Dantes vellet vindicare de proditione quam commiserat iste dominus Boccha in Monte Aperti.

Et ego: Magister, scilicet dixi, nunc hic me expecta, ita quod ego exeam de uno dubio per istum: postea michi facias quancumque voles festinantiam. Dux stetit, et ego

- 27 *Plangendo michi clamavit: Cur me subpeditas?*
Si non venis ad crescendum vindictam
Montis Aperti, quare me molestas?
- 28 *Et ego: Magister, nunc me hic expecta,*
Tantum quod ego exeam de uno dubio per istum:
Postea michi facies, quancumque voles, festi-
[nanciam.]
- 29 *Dux stetit; et ego dixi ad illum*
Qui blasphemabat duriter adhuc:
Qualis es tu, qui sic impingis contra alios?
- 30 *Or tu quis es, qui vadis per Anthenoram*
Percuciendo, respondit ille, aliis genas,
Ita, quod si esses vivus, nimis foret?
- 31 *Vivus sum ego, et carum esse tibi potest,*
Fuit meum responsum, si petis famam,
Quod mictam nomen tuum inter alias notas.
- 32 *Et ipse ad me: De contrario habeo desiderium ego:*
Tolle te hinc, et non michi plus des molestiam;
Quia male scis adulari per istam lamam.
- 33 *Tunc illum apprehendi per cutem,*
Et dixi: Conveniet quod tu te nomes,
Vel quod capillus hic super caput non tibi re-
[maneat.]

dixi ad illum, qui blasphemabat duriter adhuc: Qualis es tu, qui sic impingis contra alios, idest commoveris, verba iniuriosa proferens?

Or tu quis es, qui vadis per Anthenoram, idest circum sic dictum ab Anthenore, qui prodidit Troyam, patriam suam, percutiendo, respondit ille, aliis genas ita, idest taliter, quod si esses vivus, nimis foret?

Vivus sum ego, et carum esse tibi potest (fuit meum responsum) si petis famam, quod mictam nomen tuum inter alias notas, idest si inter alios vis nominari.

Et ipse ad me: De contrario habeo desiderium ego, idest non peto famam, sed illam habeo odio, quia propter, scilicet, proditionem, quam feci in Monte Aperti, sum dampnatus. Tolle te hinc, idest recede, et non michi plus des molestiam, quia male scis adulari per istam lamam, idest per ista loca. Quasi dicat: Ista persuasio non est bona, volendo dare famam infami, sicut ego sum.

Tunc illum apprehendi per cutem, idest per capillos, et dixi: Conveniet quod tu te nomines, vel quod capillus, hic, scilicet caput super, tibi non remanent. *Capillus*: quia proditor debet cogi per omnia genera tormentorum ad confitendum prodimentum.

- 34 Ond' elli a me: Perchè tu mi dischiomi,
Non ti dirò ch' io sia, nè mostrerolti,
Se mille fiate 'n sul capo mi tomi.
- 35 Io havea già e capelli in mano avolti,
E tracti gle n' havea più d' una ciocha,
Latrando lui cogl' ochi in giù raccolti;
- 36 Quand' un altro (1) gridò: Che hai tu (2), Boccha?
Non ti basta sonar (3) colle mascelle,
Se tu non latri? (4) qual diavol ti tocha? (5)
- 37 Omai, diss' io, non vo' che tu favelle,
(6) Malvagio traditor, ch' alla tua onta (7)
Io porterò (8) di te vere novelle.
- 38 Va' via, rispose, e ciò che tu vuo' conta;
Ma non tacer, se tu di qua entro eschi,
Di quel (9) ch' ebb' hor così la lingua pronta (10).
- 39 Ei piange qui l' argento de' Franceschi:
Io vidi, potrai dir, quel da Duera (11)
Là dove e peccatori stanno freschi (12).
- 40 Se fussi domandato altri chi v' era,
Tu hai da lato quel di Becharia,
Di cui segò Fiorenza la gorgiera (13).
- 34 *Et ipse ad me: Quamquam tu me decomes,*
Non tibi dicam qui sum, neque monstrabo tibi,
Si mille vicibus super capite michi tomes.
- 35 *Ego habebam iam capillos in manu involutos,*
Et extraxeram ei plusquam unam chiomam,
Latrante eo cum oculis inferius demissis;
- 36 *Quando unus alter clamavit: Quid habes tu,*
Non sufficit tibi sonare cum maxillis,
Si tu non latras? qualis dyabolus te tangit?
- 37 *Ammodo, dixi ego, nolo quod tu loquaris,*
Maligne proditor, quoniam in tuam untam
Ego portabo de te nova vera.
- 38 *Vade ultra, respondit, et quidquid vis narra;*
Sed non taceas, si tu hinc ex eas,
De illo qui habuit nunc sic linguam promptam.
- 39 *Ipse plangit argentum Franzigenarum:*
Ego vidi, poteris dicere, illum Duera
Ibi ubi peccatores stant recentes.
- 40 *Si tu interrogareris quis alius ibi erat,*
Tu habes prope illum de Beccaria,
Cuius secuit Florentia gulam.

(1) messer Buoso da Duera. — (2) o. — (3) stridere co' denti. — (4) abba. — (5) hora. — (6) o. — (7) dispecto. — (8) al. riporterò di te. — (9) di colui. — (10) contra di me. — (11) messer Buoso. — (12) nella ghiaccia. — (13) la gola.

Et ipse ad me: Quamquam tu me decomes, idest decapilles, non tibi dicam quis sum, nec monstrabo tibi, si mille vicibus super capite michi tomes, idest ludas, te circumvolvens. *Tomi*, idest pessundes michi caput.

Ego habebam capillos iam in manum involutos, et extraxeram ei plus quam unam chiomam, idest *manciatam*, cumulum, vel manipulum, latrante eo cum oculis inferius dimissis; quando unus alter clamavit: Quid habes tu, Boccha? (nomen proprium viri). Non sufficit tibi sonare cum maxillis, idest stridere cum dentibus, si tu non latras? qualis dyabolus te tangit? Ecce, sicut dictum est superius, facit nominari ipsum per alium. *Te tangit*: quasi dicat: Nonne sufficit dolere de glacie more solito?

Ammodo, dixi ego, nolo quod tu loquaris, idest plus, maligne, idest perfide, proditor, quoniam in tuam, idest contra voluntatem, untam, sive in tuum despectum, ego portabo de te nova vera, quia dicam ubi te inveni et ubi es, si forte per aliquos dubitaretur.

Vade ultra, respondit, et quidquid vis narra; sed non taceas, si tu hinc ex eas, de illo qui habuit nunc sic linguam promptam, scilicet ad loquendum.

Ipse plangit argentum Franzigenarum, illorum de Francia. Ego vidi, poteris dicere, illum de Duera ibi ubi peccatores stant recentes in glacie. Nota quod iste de Duera

fuit dominus Bosgius de Duera, oppido in Alamania, qui erat capitaneus trium millium preliantium, et erat conductus cum gentibus suis ad stipendium per regem Manfredum, regem Sicilie; et erat de Cremona, et ibi debebat stare ad impediendum gentes Karoli primi, ne transirent, et ne possent intrare regnum Sicilie. Guido de Monforte, qui erat capitaneus gentium Karoli regis, corruptus istum dominum Bosgium pecunia: et transeuntibus gentibus ad unum passum, Padum scilicet fluvium, iste finxit se credere, quod dominus Guido esset ad alium passum; et sic iste ivit ad defendendum passum, ubi non oportebat, et non ivit ad passum ubi oportebat facere defensionem; et sic gentes regis transierunt fluvium Padi, et sic intraverunt Regnum. Aliqui dicunt quod iste dominus Bosgius, fuit Cremonensis, et non the[u]tonicus, qui habebat multa castra in comitatu Cremonae. Hoc scito per Cremonenses, quod iste fecerat illam proditionem regi Manfredo et parti gebelline, odierunt eum: ipse tunc recessit de Cremona et ivit ad unum castrum suum, et ibi fuit obsessus et miserabiliter trucidatus.

Si tu interrogareris, quis alius ibi erat, tu habes prope illum de Beccaria, cuius secuit Florentia gulam. Ille fuit unus vocatus Abbas de Thesaneto, oppido in Lombardia, et fuit de domo illorum de Beccaria. Isti de Beccaria fuerunt iam domini Papie, civitatis in Lombardia: fuit magnus proditor patrie sue.

- 41 Gianni del Soldanier credo che sia
Più là con Ghanellone⁽¹⁾ e Tribaldello⁽²⁾,
Ch'apri Faenza quando si dormia.
- 42 Noi eravam partiti già da ello⁽³⁾,
Ch'io viddi due ghiacciati in una buca
Sì, che l'un capo⁽⁴⁾ all'altro⁽⁵⁾ era cappello:
- 43 E come 'l pane per fame si manuca,
Così 'l sovrano⁽⁶⁾ li denti all'altro⁽⁷⁾ pose
Dove 'l cervel s'aggiugne colla nuca⁽⁸⁾.
- 44 Non altrimenti Thydeo sì rose
Le tempie a Menalippo per disdegno,
Che quei⁽⁹⁾ faceva el teschio⁽¹⁰⁾ e l'altre cose.
- 45 O tu, che mostri con sì⁽¹¹⁾ bestial segno
Odio sovra colui che tu ti mangi,
Dimmi 'l perchè⁽¹²⁾, diss'io, per tal con-
- 46 Che se tu a ragion⁽¹⁴⁾ di lui ti piangi⁽¹⁵⁾,
Sapendo⁽¹⁶⁾ chi voi sete, e la sua pecca⁽¹⁷⁾,
Nel mondo ancora suso io te ne cangi⁽¹⁸⁾,
Se questa⁽¹⁹⁾, con ch'io parlo, non si secca.

(1) da Maghanza. — (2) da Faenza. — (3) dal Bocha. — (4) del conte Ugolino. — (5) dell'arcivescovo Ruggieri. — (6) quel ch'era di sopra. — (7) ch'era di sotto. — (8) teschio del capo. — (9) conte Ugolino. — (10) dell'arcivescovo Ruggieri. — (11) al. per sì. — (12) la cagione. — (13) pacto. — (14) e non a torto. — (15) duoli. — (16) io. — (17) peccato e tradimento. — (18) renda cambio di fama. — (19) lingua.

Ioannes de Soldaneriis credo quod sit magis ultra, cum Ganellone et Tribaldello, qui aperuit Faventiam, quando dormiebatur, idest tempore nocturno. Ioannes Soldaneriis fuit civis florentinus de Soldaneriis, domo sic dicta. Interfecit duos suos nepotes proditorie. Ganellone fuit de Lambertaciis de Bononia; Tribaldellus de Ciambraisiis de Faventia: isti erant Gebellini. Isti Tribaldello fuerunt furtive sublati duo porci ab aliquibus illorum de Lambertaciis. Sepe conquirebatur, minando quod de vindicaret de porcis sibi ablatis, quia Bononienses faciebant guerram cum illis de Faventia. Iste fecit unum tractatum de Bononiensibus, et dedit eis et aperuit illam portam Faventie, que vadit usque Bononiam, de nocte dormientibus hominibus. Tamen anno sequenti fuit trucidatus in Forlivo civitate.

Nos iam recesseramur ab illo. Noi eravam partiti: hec est quarta pars huius capituli, in qua expressa mentio fit de duobus spiritibus modernis, qui prodiderunt patriam propriam. Nos iam recesseramur ab illo, quando ego vidi duos congelatos in una buca, idest in uno foramine, ita quod unum caput alteri erat capellus, vel capellum, idest coopertura, sic quod unum caput cooperiebat aliud.

Et sicut panis propter famem manducatur, ita unus super alium dentes posuit ea parte ubi cerebrum iungitur cum nuca.

- 41 Ioannes de Soldaneriis credo quod sit
Magis ultra cum Ganellone et Tribaldello,
Qui aperuit Faventiam quando dormiebatur.
- 42 Nos iam recesseramur ab illo,
Quando ego vidi duos congelatos in una buca
Ita, quod unum caput alteri erat capellus:
- 43 Et sicut panis propter famem manducatur,
Ita unus dentes super alium posuit
Ea parte ubi cerebrum iungitur cum nuca.
- 44 Non aliter Thydeus corrosit
Tympha Menalippi propter indignationem,
Quam ille facebat theschium et alias res.
- 45 O tu, qui monstras per tam bestiale signum
Odium supra illum quem tu comedis,
Dicas michi quare, dixi ego, propter talem con-
- 46 Quia, si tu rationabiliter plangis de eo,
Sciendo qui vos estis, et suum peccatum,
In mundo superiori adhuc ego tibi promerear,
Si illa, cum qua loquor, non desiccatur.

Non aliter Thydeus corrosit tempora, idest genas, Menalippi, propter indignationem, quomodo ille faciebat theschium et alias res, idest caput et aliud in eo contenta. Thydeus fuit unus de septem regibus, qui venerunt contra Thebas, qui Thydeus, vulneratus ad mortem a Menalippo, qui erat Thebanus, quia Menalippus perforavit Thydeum cum lancea, ille Thydeus venit per lanceam, qua erat transfossus, et momordit Menalippum in facie pluribus vicibus, antequam moreretur. Hanc hystoriam ponit Statius in Thebaydos. Isti duo sunt stricti in illo foramine, quorum unus comedeat caput alterius: fuerunt comes Ugolinus de Pisis, et archiepiscopus Pisanus, qui vocabatur episcopus Rogerius. Erat natus de Ubaldinis, et fuit nepos domini Octaviani cardinalis de Ubaldinis.

O tu qui monstras, per tam bestiale signum, odium super illum quem tu comedis, dicas michi quare, dixi ego, propter talem convenientiam, quare hoc facis? Quia si tu rationabiliter de eo plangis, idest conqueris, sciendo qui vos estis et suum peccatum, in mundo superiori adhuc ego tibi promerear, scilicet narrando, scilicet facta tua et sua, idest faciendo mentionem de te et de ipso, si illa, scilicet lingua, cum qua loquor, non desiccatur, idest si non moriar prius.

IL GHIACCIO IN FONDO ALL' INFERNO

Severissimo sempre l'Alighieri si ne'concetti e si ne'modi di esprimerli ove si tratti del domma, non può non far maraviglia, che arrivato al fondo del suo Inferno, trovi quivi, invece di una fornace di ardentissimo fuoco,

..... un lago che, per gelo
Avea di vetro, e non d'acqua sembante,

in cui,

... come a gracidar si sta la rana
Col muso fuor dell'acqua, quando sogna
Di spigolar sovente la villana,
Livide, infin là dove appar vergogna
Eran l'ombre dolenti, ...
Mettendo i denti in nota di cicogna.

Che altro ci mostra in quel profondo la rivelazione, eccetto che un fuoco avvampante e divoratore? Bastano le solenni parole di Cristo: « Se la tua mano ti è d'inciampo, e tu tagliala: perchè meglio è che tu entri monco alla vita con una mano sola, che andare con tutte due al tormento nel fuoco inestinguibile, dove il verme loro non finisce ed il fuoco non si spegne. » E lo ripete del piede, dell'occhio, in somma, di quanto l'uomo ha di più caro, sempre concludendo che quel fuoco resterà eternamente acceso (MATTH. XVIII). Come mai, domandammo più di una volta a noi medesimi, fu qui il Poeta così ardito da sostituirvi l'opposto, cioè tal ghiaccia, che

Non fece al corso suo sì grosso velo
Di verno la Danoia in Ostericchi
Nè 'l Tanai là sotto il freddo cielo,
Com'era quivi: chè se Tambernich,
Vi fosse su caduto, o Pietrapiana,
Non avria, pur dall'orlo, fatto chricch?

Non si dileguò mai questo intoppo dalla nostra mente, se non quando per gli ultimi maravigliosi risultati delle scienze naturali vedemmo essere le medesime arrivate a conseguir per arte quel che in natura non erasi avverato mai, cioè tale intensità di freddo e congelamento di corpi, da riceverne il nostro organismo scottature non punto dissomiglianti, anzi più violente di quelle del fuoco. Pensammo allora se il Poeta con la potenza, che direm quasi prodigiosa, del suo ingegno non avesse presentato tale scoperta; la quale per un'altra parte viene mirabilmente a confermare quello che, rispetto a' dannati, accennano le Scritture e con esse presso che tutti i Padri e maestri in

scienze sacre, che, cioè, in fondo al baratro infernale dai miseri si soffrono tutti uniti insieme i più disparati tormenti. Affermazioni, dalle quali, in qualche non antico scritto, si volle cavare il ridicolo a dilleggio della rivelazione divina e della Chiesa.

Inutile poi il dire con quanta proprietà egli punisse di tal modo i traditori; ai quali, com'essi hanno l'animo affatto vuoto d'ogni gratitudine ed affetto, nulla meglio si conveniva che un intenso ghiaccio, così bene corrispondente all'animo loro perverso: risultandone inoltre un maraviglioso contrapposto tra la beatitudine che godono gli eletti in cielo e lo strazio di quegli sciagurati nel fondo dell'abisso: quella risultante da un punto di luce e di calore infiniti, da cui sono lassù gli spiriti penetrati ed accesi; questo da un pauroso abisso di tenebre e dai ghiacci di morte, che fanno, ai miseri, i visi, per freddo, cagnazzi.

E poichè è proprio della luce e del calore lo spandersi e il distendersi, comunicandosi a quanti altri esseri incontrino, perciò in questi due portentosi agenti si compone l'armonia dell'universo, la quale, quaggiù appena iniziata, avrà il suo compimento nella finale tramutazione che per essi si verificherà di quello. Al contrario, essendo proprio delle tenebre e del freddo il restringersi e rinchiudersi, sdegnando, se possiamo usar questa frase, ogni relazione fuor che con sé stessi, però il Poeta trova i rei, puniti in quel pozzo, col viso fitto in giù, fieramente sdegnosi di esser da chicchessia tocchi e conosciuti; tanto che, afferratone uno per la cuticagna a farlo nominare, questi gli risponde in suon di rabbia:

... Perchè tu mi dischiomi
Non ti dirò chi i' sia, nè mostrerolti,
Se mille volte in sul capo mi tomi.

La penetrazione dell'intelletto, la profondità della dottrina, e il più difficile magistero dell'arte, qui toccano il sommo. E si accenna inoltre alle teorie della mistica, secondo la quale i rei de' più gravi delitti si tramutano come in tanti demoni. Bellissimo concetto, ripetiamo, perchè, notava acutamente il Tommaseo, tosto che l'anima trade, cioè l'anima del traditore pensa e delibera il tradimento, essa precipita nell'Inferno; mostrandoci la giustizia di Dio scrutatrice de' cuori, così aborrente da tal delitto, che lo colpisce formatone appena il pensiero. L'anima pensa e delibera il tradimento, e il demonio lo compie; quasi delitto, a cui la natura umana, così finita nel bene come nel male, è da sé impotente: tanta ne è la spaventevole enormità!



CAPITULI TRICESIMITERTII SUMMARIUM

In isto tricesimotertio capitulo, quod incipit: *Os suum amovit a fero pastu*, auctor prosequitur istam secundam speciem prodicionis, qua proditur propria patria, vel proprium Commune. Et in hoc capitulo ponitur comes Ugolinus de Pisis, qui prodidit civitatem propriam, demum captus et reclusus in turri Mude, que alio nomine vocatur Turris famis, propterea quia in ista iste comes Ugolinus cum quatuor filiis mortuus est fame. Qui comes Ugolinus corrodit cerebrum archiepiscopi Rogerii, qui cum dicto comite prodidit civitatem Pisanum, et postea prodidit ipsum comitem Ugolinum. Et hic invehit auctor contra populum pisanum crudelem; quia si comes Ugolinus prodidit civitatem Pisanum, sui filii parvuli innocentes non debebant interfici, quia pro peccato patris, filii, licet secundum leges possint mutilari in bonis fortune et pati exilia, tamen mortem corporalem non debent subire. Et in isto capitulo ponitur tertius circulectus, in quo puniuntur proditores, qui proditorie interfecerunt et interfici fecerunt consanguineos et amicos, commensales ad mensam. Isti tales peccatores stant hic in glacie supini iacentes, et faciem tenent versus celum, et lacrymantur et lacryme subito congelantur in concavitate oculorum. Et lacryme congelate ibi non permittunt alias exire inde, et sic aggravatur pena plorantium. Hic incepit sen-

tire auctor aliqualem ventum. Hic, in lacu erat unus qui vocatus fuit Frater Albericus, qui fuit de Manfredis de Faventia, qui fuit de Ordine Fratrum Gaudentium, qui fecit occidi plurimos suos consanguineos et amicos ad mensam, quia invitavit eos ad cenam, et dum comedissent et essent prope finem cene, dixit: Portentur fructus et poma; et sicut ordinaverat, exiverunt de una camera multi homines armati, et interfecerunt omnes illos ad cenam sedentes. Hic etiam ponit auctor dominum Branchadoriam de Ianua, qui interfecit socerum suum, ut in isto capitulo habetur, in Commento, ubi omnes iste hystorie sunt distense. Nota quod auctor istis talibus proditoribus, qui hic puniuntur in isto circulecto, qui dicitur Ptholomea a Ptholomeo, rege Egypti, qui prodidit Pompeium, describit talem penam: quod ipsi committentes talia crimina, antequam deberent esse completi dies eis impositi a fatiis, per multos annos dyaboli intrant corpora istorum et gubernant ea, que apparent vivere, comedere, bibere, loqui, etc., et eorum anime transportantur ad Infernum, et ibi in Inferno cruciantur anime in Cocito, idest in illa glacie, et corpora videntur vivere in mundo superiori. Et hic invehit auctor contra lanuenses, dicens eos gentem perversam et dignam dispergi per universum orbem, etc.

CAPITULUM TRICESIMUMTERTIUM

- ¹ La bocca sollevò dal fiero pasto
Quel peccator ⁽¹⁾, forbendola a' capelli
Del capo ⁽²⁾, ch'elli avea di rieto guasto ⁽³⁾.
² Poi cominciò ⁽⁴⁾: Tu vuoi ⁽⁵⁾ ch'io rinnovelli ⁽⁶⁾
Disperato ⁽⁷⁾ dolor ch'el cor mi preme,
Già pur ⁽⁸⁾ pensando, prima ch'io favelli ⁽⁹⁾.
³ Ma se le mie parole esser deen ⁽¹⁰⁾ seme,
Che fructi infamia al traditor ⁽¹¹⁾ ch'io rodo,
Parlar ⁽¹²⁾ e lagrimar ⁽¹³⁾ udrai ⁽¹⁴⁾ insieme.

⁽¹⁾ conte Ugolino. — ⁽²⁾ dell'arcivescovo Ruggieri. — ⁽³⁾ roso co' denti. — ⁽⁴⁾ a parlar così. — ⁽⁵⁾ o Dante. — ⁽⁶⁾ di nuovo ti dica. — ⁽⁷⁾ che mi fe' disperare. — ⁽⁸⁾ solamente. — ⁽⁹⁾ co' la lingua el narri. — ⁽¹⁰⁾ debbano come tu prometti. — ⁽¹¹⁾ questo. — ⁽¹²⁾ me. — ⁽¹³⁾ me. — ⁽¹⁴⁾ tu Dante.

La bocca sollevò dal fiero pasto. Os sublevavit a fero pastu: hoc est tricesimumtertium capitulum huius Inferni, in quo auctor continuat dicta dicendis, et maxime hystoriam istorum duorum dictorum, scilicet archiepiscopi Rogerii, et comitis Ugolini de Pisis, et de tertia specie proditorum et eorum pena. Dividitur autem hoc capitulum in quatuor partes. In quarum prima continuat dicta dicendis. In secunda parte, que incipit ibi.

Ay Pisa, vituperio;
Ay Pise, vituperium,

exclamat contra civitatem Pisarum, ponendo et tractando de tertia specie proditorum, qui prodiderunt amicos et consanguineos ad mensam propriam.

In tertia parte, que incipit ibi:

Innocenti faceano l'età novella;
Innocentes eos faciebat etas nova,

facit mentionem de duobus spiritibus modernis, quorum quilibet commisit prodicionem de tertia specie.

In quarta, que incipit ibi:

E un de' tristi della fredda costa,
Et unus de tristibus,

- ¹ Os sublevavit a fero pastu
Ille peccator, forbendo illud ad capillos
Capitis, quod ipse retro destruxerat.
² Postmodum incepit: Tu vis quod ego renovem
Desperatum dolorem qui michi cor premit,
Solummodo cogitando, priusquam de ipso loquar.
³ Sed si mea verba esse debent semen,
Que fructificent infamiam proditori quem rodo,
Loqui et lacrymari videbis me simul.

tractat de duobus aliis spiritibus, consimilibus predictis, qui prodiderunt suos consanguineos et benefactores suos.

Quantum ad primum, auctor continuat dicta dicendis: nam in fine capituli precedentis hortatus fuit illum, qui corroderebat cerebrum alterius, ut loqueretur secum, et narraret causam tanti odii, etc. Tunc ille, scilicet comes Ugolinus, destitit a tali corrosione et levavit os suum a tam fero et crudeli pastu, quia ferum et crudele est comedere carnem humanam et crudam.

La bocca sollevò, os, sublevavit a fero pastu, idest crudeli, ille peccator, forbendo, sive forbendo, illam, alias illud, ad capillos capitis, idest archiepiscopi, quod ipse retro destruxerat, scilicet, mordendo devastaverat.

Postmodum incepit, scilicet dicere: Tu vis quod ego renovem desperatum dolorem, qui michi cor premit, iam solummodo cogitando, priusquam de ipso loquar.

Sed si mea verba esse debent semen, quod fructificet infamiam proditori, quem rodo, loqui et lacrymari videbis simul, supple me.

- ⁴ Io non so chi tu se', nè per che modo
Venuto se' quaggiù; ma Fiorentino
Mi sembri veramente, quand'io t'odo ⁽¹⁾.
⁵ Tu dei saper ch'io fui 'l conte Ugolino,
E questi ⁽²⁾ è l'arcivescovo Ruggieri:
Hor ti dirò perch'io ⁽³⁾ son tal vicino ⁽⁴⁾.
⁶ Che per l'effecto de' suoi ma' ⁽⁵⁾ pensieri,
Fidandomi di lui, io fussi preso ⁽⁶⁾
E poscia mòrto, dir non è mestieri ⁽⁷⁾.
⁷ Però quel ⁽⁸⁾ che non puoi haver inteso,
Cioè, come la morte mia fu cruda ⁽⁹⁾,
Udirai ⁽¹⁰⁾, e saprai ⁽¹¹⁾ se m'ha offeso.
⁸ Breve pertugio ⁽¹²⁾ dentro dalla muda ⁽¹³⁾
La qual per me ⁽¹⁴⁾ ha 'l titol ⁽¹⁵⁾ della fame,
E che convien ch'ancor altri rinchiuda ⁽¹⁶⁾,
⁹ Ego nescio quis tu es, nec per quem modum
Veneris ad hunc locum; sed Florentinus
Michi assimilaris veraciter, quando te audio.
¹⁰ Tu debes scire quod ego fui comes Ugolinus,
Et iste est archiepiscopus Rogerius:
Or nunc dicam tibi quare ego sum ei ita malus
vicinus.
¹¹ Quod per effectum suorum malorum cogitaminum,
Confidens me de isto, ego fuerim captus
Et postea mortuus, dicere non oportet.
¹² Ergo illud quod non potes intellexisse,
Videlicet, quomodo mors mea fuit cruda,
Audies, et scies si me offendit.
¹³ Breve pertugium intus in muda
Que propter me habet tytulum famis,
In quo adhuc oportet quod alii claudantur,

⁽¹⁾ parlare. — ⁽²⁾ ch'io rodo. — ⁽³⁾ La cagione perch'io. — ⁽⁴⁾ a lui. — ⁽⁵⁾ mali e gattivi. — ⁽⁶⁾ a tradimento in casa mia. — ⁽⁷⁾ perch'è noto a tutto 'l mondo. — ⁽⁸⁾ le circostantie de la mia morte. — ⁽⁹⁾ crudele. — ⁽¹⁰⁾ prima da me. — ⁽¹¹⁾ da poi. — ⁽¹²⁾ piccola balcestriera. — ⁽¹³⁾ torre di Pisa. — ⁽¹⁴⁾ per la mia morte. — ⁽¹⁵⁾ si chiama la torre della fame. — ⁽¹⁶⁾ al. si chiuda.

Ego nescio quis tu sis, nec per quem modum veneris ad hunc locum; sed Florentinus michi assimilaris, m'assembri, veraciter, quando te audio.

Notandum est hic quod quando dominus Rogerius de Ubaldinis, archiepiscopus erat Pisarum, quod fuit in millesimo ducentesimo octogesimo octavo, Pisis, que erant tunc in flore, fuerunt maxime divisiones, et ibi facte fuerunt multe secte, inter quas tres erant principales. Prima secta fuit iudicis Nini de Gallura, de qua dictum est: qui Ninus fuit de Viscontis, nobili domo de Pisis, qui erat guelfus. Secunda secta fuit comitis Ugolini de Girardeschis. Tertia erat de parte gebellina, cuius caput erat iste archiepiscopus Rogerius, nepos cardinalis Octaviani de Ubaldinis. Ille, volens esse dominus Pisarum, scilicet comes Ugolinus, adhesit archiepiscopo Rogerio, ut deponeret iudicem Ninum de statu suo, qui erat filius sororis sue. Iudex Ninus, videns sibi periculum imminere, timens aufugit Florentiam, et cum Luca et Florentia fecit ligam contra Pisas. Unde comes Ugolinus factus fuit dominus, et cepit facere magnas pompas et expensas, et maritavit duas filias suas: unam dedit comiti Guidoni de Bathelfolle, et dedit sibi in dotes castrum unum comitatus Pisani, et dedit in commendationem Florentinis; aliam dedit comiti Orlandino de Sancta Fiore, cui adhuc pro dotibus dedit unum aliud castrum. Tunc archiepiscopus, videns hec, dixit Gebellinis: Nonne videtis quomodo iste incipit tirannizare? Et breviter incitavit eos ad insurgendum contra dictum comitem Ugolinum. Tunc insurrexit populus et cepit comitem Ugolinum et posuit eum cum filiis suis in carceribus, in una turri, que vocabatur turris Mude, nunc vocatur turris Fame, in qua fame moriebatur dictus comes Ugolinus cum omnibus suis filiis; et bene clauso hostio, proiecte fuerunt claves in Arno, idest in fluvio. Verum quod auctor videtur conari ostendere, archiepiscopum fuisse maiorem proditorum, ipso comite Ugolino, et quando comes Ugolinus for-

biebat os ad capillos archiepiscopi, sic vult retorquere culpam in ipsum archiepiscopum.

Non curavit comes Ugolinus narrare quomodo fuit captus, quia sua captio fuit nota cunctis: sed quomodo mortuus est nemo sciebat; ideo de modo mortis facit fictionem.

Primo tamen ponit sompnum, quod sompniavit uho mane ante auroram, sic circa diem, dum esset in aurea Muda, idest turri sic dicta, de qua tamen vaticinatur, quod aliquis alius debeat mori in ea propter crudelitatem commissam de ipso et suis filiis. Sompnum fuit tale. Videbatur sibi quod archiepiscopus Rogerius esset factus magnus dominus per populum pisanum; quo facto, ipse archiepiscopus iret venatum ad montem Sancti Iuliani. Hic mons est inter Lucam et Pisas, qui mons impedit visionem, ne Pisani videant Lucam, nec e converso. Et videbatur sibi quod unus lupo, cum lupicinis filiis suis quatuor, fugeret sursum per montem, et in pauco tempore lupo esset fessus, et [archi]episcopus insequeretur eum cum canibus macris et validis; et sic conducebat lupo et filios ad mortem. Canes significabant famem et incomoda, quibus perit ipse comes Ugolinus, qui erat lupo rapax. Hi regnant quolibet orbe lupi. Gualandi, Sismundi et Lanfranchi sunt nobiles domus pisane, et sunt de parte gebellina.

Tu debes scire, quod ego fui comes Ugolinus, et iste est archiepiscopus Rogerius: nunc tibi dicam quare sum ei ita malus vicinus, idest quare eum sic rodo.

Quod per effectum suorum malorum cogitaminum, confidens me de isto, ego fuerim captus, et postmodum mortuus, dicere non oportet; idest, quia hoc est publicum. Ergo illud quod non potes intellexisse, videlicet quomodo mors mea fuit cruda, audies et scies si me offendit.

Breve pertugio, idest foramen intus in Muda, idest turri vocata, vel in carcere, que propter me habet titulum fa-

- 9 M'havea mostrato per lo suo forame⁽¹⁾
Più lume⁽²⁾ già, quando feci 'l mal sonno⁽³⁾,
Che del futuro⁽⁴⁾ mi squarciò⁽⁵⁾ 'l velame⁽⁶⁾.
10 Questi⁽⁷⁾ pareva a me⁽⁸⁾ maestro e donno,
Cacciando el⁽⁹⁾ lupo⁽¹⁰⁾ e 'lupaccini⁽¹¹⁾ al⁽¹²⁾
[monte,
Perch'e⁽¹³⁾ Pisani veder Lucca non ponno⁽¹⁴⁾.
11 Con cagne magre⁽¹⁵⁾ studiose⁽¹⁶⁾ e conte⁽¹⁷⁾,
Gualandi con Sismondi e con Lanfranchi
S'haveva⁽¹⁸⁾ messi innanzi⁽¹⁹⁾ da la fronte.
12 In picciol corso mi pareano stanchi
El padre e' figli⁽²⁰⁾, e coll'acute sane⁽²¹⁾
Mi pareva veder lor fender li fianchi.
13 Quando fui desto innanzi la dimane⁽²²⁾,
Pianger sentii fra 'l sonno e miei figliuoli,
Ch'eran con meco, e dimandar del pane.
14 Ben se' crudele, se già non ti duoli⁽²³⁾,
Pensando che 'l mio cor s'annunziava⁽²⁴⁾:
E se non piangi, di che pianger suoli?
15 Già eran desti, e l'ora s'appressava
Che 'l cibo ne⁽²⁵⁾ soleva esser addocto⁽²⁶⁾,
E per suo sogno ciascun⁽²⁷⁾ dubitava:
16 Et io sentii chiavar l'uscio di socto
All'horribile torre⁽²⁸⁾; ond'io guardai
Nel viso a' miei figliuoi senza far mocto⁽²⁹⁾.
9 *Michi monstraverat per suum foramen
Maius lumen iam, quando feci malum sompnium,
Quod futuri michi dilaceravit velamen.
10 Iste apparebat michi magister et dominus
Cacciando lupum et lupicinos ad montem,
Unde Pisani videre Lucam non possunt.
11 Cum canibus macris studiosis et contis,
Gualandis cum Sismondis et cum Lanfranchis
Posuerat sibi ante frontem.
12 In parvo cursu michi apparebant fessi
Pater et filii, et cum acutis squamis
Michi apparebat eis videre scindere flancos.
13 Quando fui excitatus ante mane,
Plangere sensi infra sompnium meos filios,
Qui erant mecum, et petere de pane.
14 Bene es crudelis, si tu iam non doles,
Cogitando illud quod michi et cordi meo annu.
Et si non plangis, de quo plangere soles? [tiabati
15 Iam erant excitati, et hora appropinquabat
Qua cibus nobis solebat adduci,
Et propter suum signum quilibet dubitabat:
16 Et ego sensi clausum ostium inferius
Horribili turri; unde ego respei
In viso meorum filiorum sine facere verbum.*

(1) piccola apertura. — (2) cioè l'alba o vero aurora. — (3) sogno. — (4) di quel che poi addivenne. — (5) apri l'occultatione. — (6) arcivescovo. — (7) in sogno. — (8) signore e principale della caccia. — (9) al. un. — (10) cioè me. — (11) e miei figliuoli. — (12) verso. — (13) mediante lo qual monte. — (14) possono. — (15) popol minuto. — (16) desiderose. — (17) ammastrate. — (18) l'arcivescovo. — (19) e lui dietro portava la croce. — (20) el lupo e lupaccini. — (21) de le cagne. — (22) la mattina. — (23) solo udendo questo. — (24) dover venir per questo. — (25) a noi. — (26) portato. — (27) di noi. — (28) sopra decata. — (29) parlare loro.

mis, et in qua convenit, idest oportet, adhuc quod alii claudantur, michi monstraverat per suum foramen maius lumen, vel plus sui luminis, iam, quando feci malum sompnium, quod futuri michi dilucidavit velamen, idest aperuit michi ventura.

Nota miserabile factum. Iste, scilicet archiepiscopus, quem rodo, apparebat michi, idest in sompniis, magister et dominus, idest dominus, cacciando, idest expellendo, lupum et lupiculos ad montem, unde Pisani Lucam videre non possunt; quia hic mons, qui dicitur Sancti Iuliani, est altus, et est inter Pisas et Lucam.

Cum canibus macris, idest macilentis, studiosis, idest levibus et contis, idest electis vel ornatis, vel doctis, Gualandis cum Sismondis et cum Lanfranchis (sunt nomina domorum nobilium civitatis Pisarum) posuerat sibi ante frontem.

In parvo cursu apparebant michi fessi pater et filii, et cum acutis squamis, idest dentibus, michi apparebat eis

videre scindere, vel findere flancos, idest ilia capi et vulnerari ab illis canibus.

Quando fui excitatus ante mane, idest antequam esset dies, plangere sensi inter sompnium meos filios, qui erant mecum et petere de pane.

Bene es crudelis, si tu iam non doles, idest incipis dolere, et compati michi, cogitando illud quod michi, vel cordi meo, annuntiabatur: et si non plangis, de quo plangere soles? Quasi dicat: Si de hac re tam crudeli non plangis, nescio de quo plangere soleas.

Iam erant excitati, idest expegefacti, et hora appropinquabat, hora qua cibus solebat nobis adduci, et propter suum signum quilibet dubitabat. Ex signis apparentibus in facie ipsorum videbantur dubitare.

Et ego sensi chiavari, idest claudi, ostium inferius horribili turri: unde ego respei, scilicet nihil dicens, in visum meorum filiorum sine facere verbum: idest nihil dixi.

- 17 Io non piangeva; sì dentro⁽¹⁾ impetrai⁽²⁾:
Piangevan elli⁽³⁾; et Anselmuccio mio⁽⁴⁾
Disse: Tu guardi sì⁽⁵⁾, padre: che hai?
18 Perciò non lacrimai, nè rispos'io
Tucto quel giorno, nè⁽⁶⁾ la nocte apresso,
Per fin che l'altro sol⁽⁷⁾ nel mondo uscìo⁽⁸⁾.
19 Com' un poco di raggio⁽⁹⁾ si fu messo
Nel doloroso carcer, io⁽¹⁰⁾ scorsi
Per quattro visi⁽¹¹⁾ el mio aspetto stesso;
20 Ambo le mani⁽¹²⁾ per dolor mi morsi.
Et ei⁽¹³⁾, credendo⁽¹⁴⁾ ch'io 'l fessi per vogla
Di manicar, di subito levorsi⁽¹⁵⁾,
21 E disser⁽¹⁶⁾: Padre⁽¹⁷⁾, assai ci fia men dogla,
Se tu mangi di noi: tu ne⁽¹⁸⁾ vestisti
Queste misere carni, e tu le spogla.
22 Queta' mi⁽¹⁹⁾ allhora per non farli più tristi:
L' un di e l'altro stemmo come muti:
Hai dura terra⁽²⁰⁾, perchè non t'apristi?
23 Poscia che fummo al quarto di venuti,
Ghaddo⁽²¹⁾ mi si gittò disteso⁽²²⁾ a' piedi,
E disse⁽²³⁾: Padre⁽²⁴⁾, perchè non m'aiuti⁽²⁵⁾?
24 Così morì⁽²⁶⁾: e come tu mi vedi,
Vidd'io li tre⁽²⁷⁾ cascar ad uno ad uno⁽²⁸⁾
Tra 'l quinto e 'l sesto di: ond'io mi diedi
25 Già cieco a brancolar⁽²⁹⁾ sopra ciascuno⁽³⁰⁾,
E due di li chiamai⁽³¹⁾ poi che fur morti:
Poscia⁽³²⁾, più che 'l dolor⁽³³⁾, potè 'l di-
[giuno⁽³⁴⁾.
17 *Ego non plangebam; ita interius impetravi:
Plangebant ipsi; et Anselmucius meus
Dicebat: Tu plangis sic, pater: quid habes?
18 Ideo non lacrymatus fui, nec respondi ego
Toto illo die, nec nocte supervenienti,
Quousque alius sol in mundo exivit.
19 Sicut aliquantulum radius fuit immissus
In dolorosum carcerem, et ego perpendi
Per quatuor visus meum aspectum eundem;
20 Ambas manus propter dolorem michi momordi.
Et ipsi, cogitantes quod ego facerem illud propter
Manducandi, subito se erexerunt, [voluntatem
21 Et dixerunt: Pater, multo erit nobis minor dolor,
Si tu comedis de nobis: tu nos vestisti
Istam miseram carnem, et tu illam expolia.
22 [Quievi tunc ut non facerem eos magis tristes:
Illa die et altera stetimus omnes muti]:
Ay dura terra, quare te non aperuisti?
23 Postquam ad quartum diem pervenimus,
Gaddus michi proiecit se extensum ad pedes,
Dicendo: Pater mi, cur me non adiuvas?
24 Sic mortuus est: et sicut tu vides,
Ita vidi eos cadere tres, unum post alium,
Inter quartum diem et sextum: unde ego me dedi
25 Iam cecus ad abrancolandum supra quemlibet,
Et duobus diebus eos vocavi postquam fuerunt
Postea, plusquam dolor, potuit ieiunium. [mortui:*

(1) per tal modo. — (2) agghiadaì come pietra. — (3) figliuoli miei. — (4) figliuolo. — (5) o. — (6) ancora. — (7) il sole. — (8) si levò. — (9) di sole. — (10) al. et io, et melius. — (11) de' miei figliuoli. — (12) mie. — (13) figliuoli miei. — (14) al. pensando. — (15) venendo a me inginocchiato. — (16) o. — (17) nostro. — (18) a noi. — (19) stemmi queto. — (20) di Pisa. — (21) mio figliuolo minore. — (22) per debilità. — (23) o. — (24) mio. — (25) che mi muoio di fame. — (26) Ghaddo. — (27) altri figliuoli miei. — (28) morti di fame. — (29) colle braccia strascinare. — (30) de' miei figliuoli morti. — (31) per nome quando l'uno e quando l'altro. — (32) da poi questo. — (33) de' figliuoli. — (34) la fame che atterrò ancora me.

Ego non plangebam: ita interius impetravi, idest induratus fui, sicut petra, ex dolore: plangebant ipsi, et Anselmucius meus (nomen unius suorum filiorum) dicebat: Tu plangis sic, pater: quid habes?

Ideo non lacrymatus fui, nec respondi ego toto ille die, nec nocte supervenienti, idest sequenti, quousque alius sol in mundo exivit; idest usque ad alium diem.

Sicut aliquantulum radii fuit immissus, idest intravit, in dolorosum carcerem, et ego perpendi per quatuor visus, idest filiorum meorum quatuor, meum aspectum eundem, idest ipsum, vel me, idest vidi meipsum, qui representabar in filiis meis (quia filii sunt pars excisa a patre), ambas manus propter dolorem michi momordi; et ipsi cogitantes quod ego facerem illud propter voluntatem, idest propter famem, manducandi, subito se erexerunt et dixerunt:

Multo, pater, erit nobis minor dolor, si tu comedis de nobis: tu nos vestisti istam miseram carnem, et tu illam expolia.

Quievi tunc, ut non facerem eos magis tristes: illa die et altera, idest sequenti, stetimus omnes muti, idest sine loquela. Ay dura terra, quare te non aperuisti?

Postquam ad quartum diem devenimus, Gaddus michi proiecit se extensum ad pedes (Gaddus nomen proprium unius suorum filiorum), idest cecidit ex debilitate, dicendo: Pater mi, cur me non adiuvas?

Sic, idest ibi, mortuus est, et sicut tu vides, idest tu Dantes vides nunc presentialiter, ita vidi eos cadere, idest mori, tres unum post alium inter quintum, alias quartum, diem et sextum. Unde ego me dedi iam cecus ad barocolandum, idest ad amplexandum, super quemlibet, scilicet

- ²⁶ Quand'ebbe ⁽¹⁾ decto ciò, cho gl'ochi torti
Riprese 'l teschio misero ⁽²⁾ coi denti ⁽³⁾,
Che fur ⁽⁴⁾ all'osso ⁽⁵⁾, come ⁽⁶⁾ d'un can, forti.
- ²⁷ Hay Pisa, vituperio delle genti
Del bel paese ⁽⁷⁾ là, dove 'l sì sona;
Poich' e vicini ⁽⁸⁾ a te punir son lenti ⁽⁹⁾,
- ²⁸ Muovasi ⁽¹⁰⁾ la Capraia ⁽¹¹⁾ e la Gorgona ⁽¹²⁾,
E facin siepe ⁽¹³⁾ ad Arno ⁽¹⁴⁾ in su la foce ⁽¹⁵⁾,
Sì ch'egl'anneghi in te ogni persona ⁽¹⁶⁾:
- ²⁹ Chè se 'l conte Ugolino havea tal voce ⁽¹⁷⁾
D' haver tradito te delle castella ⁽¹⁸⁾,
Non dovevi e figliol ⁽¹⁹⁾ por a tal croce ⁽²⁰⁾.
- ³⁰ Innocenti li facea l'età ⁽²¹⁾ novella ⁽²²⁾,
Novella Tebe, Ugoccione ⁽²³⁾ e 'l Brigata,
E gl'altri due ⁽²⁴⁾ che 'l canto ⁽²⁵⁾ suso ⁽²⁶⁾
[appella ⁽²⁷⁾].
- ³¹ Noi passamm'oltre, dove la gelata ⁽²⁸⁾
Ruvidamente un'altra gente fascia ⁽²⁹⁾,
Non volta in giù, ma tucta rinversata.

⁽¹⁾ el conte Ugolino. — ⁽²⁾ dell'arcivescovo. — ⁽³⁾ suoi. — ⁽⁴⁾ furono. — ⁽⁵⁾ di quel teschio. — ⁽⁶⁾ e denti. — ⁽⁷⁾ d'Italia. — ⁽⁸⁾ Fiorentini. — ⁽⁹⁾ di tanti eccessi tuoi. — ⁽¹⁰⁾ contra di te. — ⁽¹¹⁾ isola. — ⁽¹²⁾ isola. — ⁽¹³⁾ riparo. — ⁽¹⁴⁾ fiume. — ⁽¹⁵⁾ ov'entra in mare. — ⁽¹⁶⁾ habitante in te. — ⁽¹⁷⁾ infamia. — ⁽¹⁸⁾ sue. — ⁽¹⁹⁾ figliuoli suoi. — ⁽²⁰⁾ martirio di fame. — ⁽²¹⁾ puerile. — ⁽²²⁾ o. — ⁽²³⁾ cioè facea innocente. — ⁽²⁴⁾ Ghaddo ed Anselmuccio. — ⁽²⁵⁾ mio. — ⁽²⁶⁾ di sopra. — ⁽²⁷⁾ nomina. — ⁽²⁸⁾ ghiaccia. — ⁽²⁹⁾ involge.

filiorum meorum, iam mortuorum; et tribus diebus, alias duobus, eos vocavi postquam fuerunt mortui: postea plus quam dolor, potuit ieiunium. Et in hoc aggravat penam suam, quia supervixit omnibus suis filiis, et effectus est cecus propter famem. Sed ultimo fames potuit plus quam dolor: nam dolor non potuit me occidere, sed fames sic. Unde nota, quod alacritas et gaudium, potius quam dolor, hominem extinguit.

Postquam hoc dixit cum oculis tortuosis resumpsit teschium miserum cum dentibus, qui perforant ossa, sicut unius canis fortis.

Ay Pisa. Ay Pise, vituperium gentium: hec est secunda pars huius capituli, in qua auctor exclamat contra Pisanos et contra civitatem Pisarum, propter crudelitatem, qua consenserunt cives pisani in mortem tam crudelem istorum. Ay Pise, vituperium gentium in pulchra regione, ubi sonat (in pulchra regione, idest in Ytalia, vel in Tuscia, que est pulchra pars Ytalie et valde ornata) ubi sonat istud nomen turpe (modo merito propter crudelitatem sonat istud nomen turpe); postquam vicini ad te puniendum sunt lenti, idest tardi (vicini sunt Florentini), moveat se Capraia et Gorgona, et faciant sepem in Arno super faucem, idest ubi Arnus fluvius intrat mare, ita quod ipse, idest fluvius Arni, submergant in te omnem personam. Capraia et Gorgona sunt due insule parve, que sunt prope Corsicam versus Sardiniam, et distans a Pisis, una per triginta milliaria, alia per quinquaginta; que due insule, si moverent se de loco ubi sunt, et ponerent se in faucibus Arni, idest fluvii, qui currit per me-

- ²⁶ Postquam hoc dixit, cum oculis tortuosis
Resumpsit teschium miserum cum dentibus,
Qui perforant ossa, sicut unius canis fortis.
- ²⁷ Ay Pise, vituperium gentium
Pulcre regionis, ubi sonat;
Postquam vicini ad te puniendum sunt lenti,
- ²⁸ Moveat se Capra[ra] et Gorgona,
Et faciant sepem in Arno super fauce,
Ita quod ipse submergant in te omnem personam.
- ²⁹ Quia si comes Ugolinus habebat vocem
Prodidisse de castris tuis,
Non debebas tu filios ponere ad talem crucem.
- ³⁰ Innocentes faciebat eos nova etas,
Nove Thebe, Uguccio et Brigata,
Et alii duo quos cantus superius appellat.
- ³¹ Nos transiebamur ultra, ubi glacies
Rigide unam aliam gentem fasciat,
Non volutam infra, sed totam sursum versam.

dium civitatis Pisarum, et facerent sepem, oporteret quod civitas Pisarum submergeretur.

Quia si comes Ugolinus habebat vocem, idest diffamabatur, prodidisse te de castris tuis, non debebas tu filios, scilicet eius, ponere ad talem crucem, idest tale supplicium, quod morerentur fame.

Sed queritur, an comes Ugolinus meruerit talem mortem, cum esset proditor civitatis sue? Dicendum quod sic: nec de morte tali inflicta comiti Ugolino reprehendit Pisanos auctor, sed de morte tali inflicta filiis, qui erant innocentes. Licet leges concedant, quod filii proditorum perdant hereditatem et bona temporalia, et patiantur exilium, quia presumitur quod filii imitentur patrem, tamen leges nolunt quod filii propter peccatum patris debeant interfici aut mori.

Innocentes faciebat eos etas nova (idest juvenilis; idest, quia erant pueri, ideo erant innocentes, quia erant parvi et pueri, ita quod non erant adhuc capaces doli), nove Thebe, Uguccio et Brigata (sunt nomina aliorum duorum filiorum comitis Ugolini), et alii duo, quos cantus superius appellat. Quatuor erant filii, Anselmuccio et Gaddus, Uguccio et Brigata. De duobus dictum fuerat superius. Nota, quod in Thebis fuerunt per antiquum tempus commissa multa mala, multe crudelitates; et ideo dicit auctor hic, quod Pise sunt nove Thebe propter crudelitatem istam commissam in istis quatuor filiis comitis Ugolini, pueris innocentibus.

Noi passammo. Nos transivimus ultra: ista est tertia pars huius capituli, in qua auctor describit penam prodi-

- ³² Lo pianto stesso lì ⁽¹⁾ pianger non lascia ⁽²⁾; ³² Plantus ipse eos plangere non permittit;
E 'l duol, che trova in su gl'ochi rintoppo,
Si volge dentro a far crescer l'ambascia:
³³ Chè le lagrime prime fanno groppo ⁽³⁾, ³³ Quia lacryme prime faciunt groppum,
E, sì come visiere di cristallo,
Riempien sott'al ciglio tucto 'l coppo ⁽⁴⁾.
³⁴ Et avegna che, sì come d'un callo,
Per là freddura ⁽⁵⁾ ciascun sentimento ⁽⁶⁾,
Cessato havebbe del mio viso stallo ⁽⁷⁾,
³⁵ Già ⁽⁸⁾ mi pareva sentir alquanto vento. ³⁵ Iam mihi apparebat sentire aliquantulum venti.
Perch'io: Maestro mio ⁽⁹⁾, questo ⁽¹⁰⁾ chi ^(muove?)
Non è quaggiù ⁽¹¹⁾ ogni vapore spento?
³⁶ Ond'elli a me: Avaccio sarai, dove
Di ciò ti farà l'occhio la risposta,
Vedendo la cagion che 'l fiato piove ⁽¹²⁾.
³⁷ Et un de' tristi ⁽¹³⁾ della fredda crosta ⁽¹⁴⁾ ³⁷ Et unus de tristibus frigide croste
Gridò a noi: O anime crudeli ⁽¹⁵⁾
Tanto, che data v'è l'ultima posta ⁽¹⁶⁾,
³⁸ Levatemi dal viso e duri veli,
Sì ch'io sfoghi 'l duol, che 'l cor m'impregna,
Un poco, pria che 'l pianto si raggeli ⁽¹⁷⁾. ³⁸ Ammove a viso meo dura vela,
Ita quod ego emictam dolorem, qui cor meum premi
Aliquantulum, priusquam plantus congeletur.

⁽¹⁾ in qual luogo. — ⁽²⁾ l'anime. — ⁽³⁾ si congelano. — ⁽⁴⁾ la concavità degl'ochi. — ⁽⁵⁾ grande. — ⁽⁶⁾ mio. — ⁽⁷⁾ fermezza. — ⁽⁸⁾ niente di meno. — ⁽⁹⁾ o Virgilio. — ⁽¹⁰⁾ vento. — ⁽¹¹⁾ in questo centro de la terra. — ⁽¹²⁾ vento gitta. — ⁽¹³⁾ miseri. — ⁽¹⁴⁾ ghiaccia. — ⁽¹⁵⁾ piene di tradimenti. — ⁽¹⁶⁾ stanza de' traditori. — ⁽¹⁷⁾ raghiacci.

torum de tertia specie, scilicet illorum, qui prodiderunt amicos et consanguineos ad propriam mensam. Pena est talis. Isti sunt in glacie, non stant supini, sed voluti supra, idest tenent faciem et vultum versus sursum, extensi in glacie. Isti habent lacrymas glaciatas, idest congelatas super oculos in fosso; et iste lacryme congelate non permittunt exire foras alias lacrymas: et sic habent maiorem dolorem, ex eo quod non poterunt extra mittere lacrymas. Et ille lacryme stant super oculos, sicut viserie de cristallo; et tunc illud totum spatium, quod est quasi unum fossatum circum circa oculos, est plenum lacrymis congelatis; unde maxime affliguntur propter talem glaciem.

Nos transivimus ultra, ubi glacies rigide unam aliam gentem fasciat, idest intra se tenet, non volutam infra, sed per totum sursum versam.

Plantus ipse eos plangere non permittit, et dolor, qui reperit supra obstaculum, se volvit retro, ut faciat crescere ambasciam, idest angustiam, vel dolorem; quia lacryme prime faciunt groppum, idest monticulum, vel reparaculum, concludendo se, et sicut viserie cristalli replent, subtus supercilia, totum cuppum, idest concavitatem oculorum. Nota quod quando isti plorant propter dolorem, lacryme congelantur propter frigus et augment dolorem interiore; sicut si fumus, non potens exhalare, revertitur deorsum et magis offendit, quia ingrossatur.

Et quamquam quod sic, sicut ex uno callo, propter frigiditatem, quemlibet sensum cessavisset a meo visu statio illa, idest quamquam facies mea esset quasi alienata ab omnibus sensibus, et esset alterata respiciendo illa (fingit auctor quod sensit unum ventum frigidum, qui procedebat ab alis Luciferi, sicut audies in ultimo capitulo, idest proximo: cessante causa, cessat effectus; nam ventus generatur ex vapore secco, qui consurgit in aierem, etc., ut vult Aristotiles in libro Metheorum: sed hic in tali loco non est nec potest esse talis vapor, qui posset trahi), iam apparebat michi sentire aliquantulum venti. Ex quo ego, supple dixi: Magister mi, istud quid movet? non est hic, idest in isto loco, infra, omnis vapor extinctus?

Unde ipse ad me, idest dixit: Statim eris ibi, ubi de hoc tibi faciet oculus responsum; idest videbis hoc, videndo causam, a qua flatus pluit, idest procedit.

Et unus de tristibus frigide croste, idest frigide glaciei, clamavit ad nos: hec est quarta pars huius capituli, in qua auctor tractat de quibusdam proditoribus tertie speciei. Et unus de tristibus frigide croste, idest glaciei, clamavit ad nos: O anime crudeles; quasi dicat: O boni proditores, qui crudeliter proditorie interfecistis amicos vestros, venite huc, in tantum quod data est vobis ultima posta, (idest quod estis in ultimo loco indicati): amovete a visu meo, idest ab oculis, dura vela, idest velamina, idest la-

- ³⁹ Perch'io a lui: Se vuoi ch'io ti sovvegna,
Dimmi chi se'; e s'io non ti disbrigo,
Al fondo della ghiaccia ir mi convegna.
⁴⁰ Rispose adunque: Io son Frater Alberigo;
Io son quel delle fructa del mal orto,
Che qui riprendo ⁽¹⁾ dactilo per figo ⁽²⁾.
⁴¹ O, diss'io lui, or se' tu ancor morto?
Et elli a me: Come 'l mio corpo stea
Nel mondo su, nulla scientia porto ⁽³⁾.
⁴² Cotal vantaggio ha questa Ptholomea ⁽⁴⁾,
Che spesse volte l'anima ci cade ⁽⁵⁾
Innanzi ch'Antropos ⁽⁶⁾ mossa ⁽⁷⁾ li dea ⁽⁸⁾.
³⁹ *Ex quo ego ad eum: Si vis quod ego tibi subveniam,
Dic michi qui fuisti; et si ego te non discooperio,
Ad fundum glaciei ire michi conveniat.*
⁴⁰ *Respondit igitur: Ego sum Frater Albericus;
Ego sum ille de fructibus mali orti,
Qui hic resumo dactilum pro ficu.*
⁴¹ *O, dixi ego ad eum, es ne tu adhuc mortuus?
Et ipse ad me: Sicut meum corpus stat
In mundo supra, nullam scientiam porto.*
⁴² *Talem prerogativam habet ista Ptholomea,
Quod anima sepe hic cadit
Antequam Antropos mortem det illi.*

⁽¹⁾ ripiglio hora. — ⁽²⁾ fico. — ⁽³⁾ non so alcuna cosa. — ⁽⁴⁾ decta da Ptholomeo re. — ⁽⁵⁾ dentro. — ⁽⁶⁾ Fata. — ⁽⁷⁾ mutatione del corpo. — ⁽⁸⁾ al. dicit, morte li dea.

crymas congelatas; ita quod ego emictam dolorem, quod cor meum *impregnat*, idest premit aliquantulum, priusquam plantus congeletur.

Ex quo ego ad eum, supple dixi: Si vis quod ego tibi subveniam, dic michi qui fuisti; et si ego te non *disbrigo*, idest si non discooperio tibi oculos, amovendo vela, postquam dixeris michi qui fuisti, ad fundum, idest glaciei, ire michi conveniat, idest cogar ire: idest, si non subvenio, sim maior proditor mundi. Tamen non observavit promissionem.

Respondit igitur: Ego sum Frater Albericus. Iste Frater Albericus fuit de Manfredis de Faventia. Fuerunt nempe tres filii duorum germanorum carnalium, qui dicuntur, apud illos de Romandiola, cusini, et fuerunt tempore auctoris: quorum unus, antiquior, fuit de Ordine Fratrum Gaudentium, de quibus dictum fuit superius in capitulo vicesimotertio; secundus fuit iste Frater Albericus; tertius vocabatur Manfredus. Iste Frater Albericus unum suum nepotem [habebat], filium unius illorum: qui puer dedit sibi, scilicet Fratri Alberico, unam alapam. Ipse dissimulavit, et notavit si pater juvenis reprehenderet filium suum, aut non: quod non fecit. Frater Albericus, volens facere vindictam, ut habebitur infra, dicebat: Parcendum est juvenibus. Tandem una dierum, quando res videbatur sopita, ipse Frater Albericus fecit fieri unum solempne prandium, et convocavit omnes istos suos cusinos, et in una camera abscondit aliquos homines armatos, precipiens eis, ut laterent: et quando ipse diceret, circa finem mense: Veniant fructus; tunc illi armati exirent, ut trucidarent omnes illos consanguineos Fratris Alberici. Et sic factum est. In fine prandii dixit Frater Albericus: Portentur fructus. Illi, ex-euntes, fecerunt sicut preceptum erat illis. Ecce quod Frater Albericus interfecit et fecit interfici amicos suos et propinquos in propria mensa. Modo in millesimo tercentesimo vivebat iste Frater Albericus. Ego sum ille de fructibus mali orti, qui hic resumo dactilum pro ficu: punior bene iuste.

O, dixi ego ad eum, es ne tu adhuc mortuus? Et ipse ad me: Sicut meum corpus stat in mundo supra, idest superiori, nullam scientiam porto, idest nullam habeo, vel nihil scio.

Vult hic auctor dare talem penam istis de tertia specie proditorum: quod postquam tales proditores committunt tales proditorum, statim dyabolus aufert animam talium et portat ad Infernum; et unus dyabolus remanet in corpore illorum proditorum, qui regit et disponit corpus et movet; et apparet quod tales vivant in corpore et anima, et tamen apparet quod anima sit in corpore, et tamen anima est iam in Inferno: et tantum gubernat dyabolus illud corpus, quousque compleantur anni dati sibi a fatis.

Nota quod auctores, sive poete, fingunt quomodo sunt tres Dec cursus vite hominum; scilicet Cloco, Lachesis, Antropos. Cloco colum baiulat; Lachesis net; Antropos occhat: idest Cloco est dea nativitat, que facit nasci, idest nativitem et hortum; Lachesis filat, idest conservat vitam tanto quanto imposita fuit a fatis; sed Antropos imponit finem vite. Nota figuram horum dictorum: sicut quando mulier imponit super colum linum, vel lanam, quando incipit facere filum et protendere, tunc hoc dicitur fieri a colo; illa Dea, quando durat linum et implet fusum, dicitur Lachesis; sed quando non est plus de lino, vel lana, et fit ultimus nodus, tunc dicitur Antropos. Modo vult dicere auctor, quod antequam Antropos imponat finem diebus illorum proditorum secundum dispositionem factorum propter proditorum tam horribiles, divino iudicio anima extrahitur de corpore talium proditorum a dyabolo, et portatur ad locum penarum eis deputatarum, et unus dyabolus remanet in corpore illo, et movet illud quousque compleatur numerus illorum annorum, quos imposuerunt fata.

Talem prerogativam habet ista Ptholomea, quod sepe anima huc cadit, antequam Antropos, idest dea mortis, que imponit finem diebus datis a fatis, morsum det sibi.

- ⁴³ E perchè tu più volentier mi rade
Le 'nvetriate ⁽¹⁾ lagrime dal volto,
Sappi che tosto che l'anima trade ⁽²⁾,
⁴⁴ Come fec'io, el corpo suo gl'è tolto
Da un demonio, che poscia 'l governa ⁽³⁾
Mentre che 'l tempo suo ⁽⁴⁾ tucto sia volto ⁽⁵⁾.
⁴⁵ Ella ⁽⁶⁾ ruina in sì facta ⁽⁷⁾ cisterna ⁽⁸⁾,
E forse pare ancora ⁽⁹⁾ el corpo ⁽¹⁰⁾ suso ⁽¹¹⁾
Dell'ombra ⁽¹²⁾ che di qua dietro ⁽¹³⁾ mi
verna ⁽¹⁴⁾.
⁴⁶ Tu 'l dei saper, se tu vien pur mo' giuso:
Egl'è ser Branca d'Oria, e son più anni
Poscia passati ch'ei fu qui rinchiuso.
⁴⁷ Io credo, dissi a lui, che tu m'inganni;
Chè Branca d'Oria non morì unquanche,
E mangia e beve e dorme e veste panni.
⁴⁸ Nel fosso su, diss'ei, di Male Branche,
Là dove bolle la tenace pece,
Non era giuncto ancora Michel Zanche,
⁴⁹ Che quei ⁽¹⁵⁾ lassò un diavol, in sua vece ⁽¹⁶⁾,
Nel corpo suo et un suo proximano ⁽¹⁷⁾,
Che 'l tradimento insieme con lui fece.
- ⁴³ *Et ad hoc ut libentius michi radas
Invetriatas lacrymas a vultu,
Scias quod quam cito anima tradit,*
⁴⁴ *Sicut feci ego, corpus suum eripitur
Ab uno demonio, qui postea illud gubernat
Usquequo tempus suum totum sit volutum.*
⁴⁵ *Ipsa cadit in talem cisternam;
Et forsan apparet adhuc corpus superius
Umbre que hic me retro vernat.*
⁴⁶ *Tu debes scire, si tu venis primo deorsum:
Ipse est Branchadonia, et sunt plures anni
Postea transacti quod ipse fuit ita reclusus.*
⁴⁷ *Ego credo, dixi ego, quod tu me decipis;
Quia Branchadonia non est mortuus adhuc,
Et comedit et bibit et dormit et vestit pannos.*
⁴⁸ *In fossato, dixit ipse, Malebranche,
Ubi bullit tenax pix,
Non pervenerat adhuc Michael Zancha,*
⁴⁹ *Quando iste dimisit unum dyabolum, in sua vice,
In corpore suo et unius sui proximani,
Qui prodicionem simul cum eo fecit.*

⁽¹⁾ ghiacciate. — ⁽²⁾ fa tradimento a' suoi consorti e parenti. — ⁽³⁾ muove. — ⁽⁴⁾ a lui costituito da Dio. — ⁽⁵⁾ fornito. — ⁽⁶⁾ anima. — ⁽⁷⁾ come tu vedi. — ⁽⁸⁾ pozzo e centro de la terra. — ⁽⁹⁾ appare ancora. — ⁽¹⁰⁾ suo. — ⁽¹¹⁾ nel mondo. — ⁽¹²⁾ dell'anima dico. — ⁽¹³⁾ a me. — ⁽¹⁴⁾ sta nella ghiaccia. — ⁽¹⁵⁾ Branca d'Oria. — ⁽¹⁶⁾ in suo luogo. — ⁽¹⁷⁾ parente.

Et ad hoc ut tu libentius michi radas invetriatas lacrymas, idest ad modum vitri factas, sive congelatas, a vultu, idest ab oculis meis, scias quod quam cito anima tradit, idest proditorum facit, sicut feci ego, corpus suum eripitur, idest divino iudicio, ab uno demonio, qui postea illud gubernat usquequo tempus suum totum sit volutum, idest usque ad finem vite sue, ordinatum per fata.

Ipsa, scilicet anima, cadit in talem cisternam, idest in talem locum, prout vides: et forsan apparet adhuc corpus superius in mundo de umbra, idest umbre, vivum, que hic me retro vernat, idest apud me collocatur. *Antropos* dicitur [ab a], quod est sine, et *tropos*, conversio, idest sine conversione. Ista fictio que fit, quod talium proditorum anime deducantur ad Infernum, et corpora remaneant quasi viva, gubernata per dyabolos, non vult aliud innuere nisi quod isti tam magni proditores, sive peccatores, ita sunt divino iudicio obstinati, quod nunquam penitet eos, et sic possunt dici esse in Inferno, licet adhuc appareant vivere; quomodo videtur quod possit intelligi illud dictum Evangelii: Intravit autem Sathanas in cor Iude; idest ut non peniteret ipsum; licet videretur quod Christus omnia sciebat, et quomodo predixerat: Unus vestrum me traditurus est; et illud: Quod facis, fac citius, etc.

Iste circulus dicitur Ptholomea a Ptholomeo, qui occidit in ira filium proprium. Nota quod hic fit mentio de domino

Branchador'a de Ianua. Sic est quod mater regis Entii, qui Entius fuit filius expurius Frederici secundi, regis Cilicie et Imperatoris, fuit de Sardinia. Quidam magnus baractarius, nomine Michael Zancha, fuit valde astutus, et erat factor, sive ordinator, omnium rerum istius matris regis Entii; et mortuo rege Entio, iste Michael Zancha scivit ita facere, quod ipse desponsavit matrem regis Entii, propter quam consequutus est dominium Iudicatus Logodori, unde fuit factus magnus dives. Habebat unam filiam, quam maritavit et dedit in uxorem domino Branchadonia de Ianua; qui dominus Branchadonia, ut haberet divitias soceri sui, disposuit interficere ipsum suum socerum, et sic interfecit. Unde, causa sua, iam erat hic apud Fratrem Albericum.

Tu debes hoc scire, si tu veneris primo deorsum: ipse est Branchadonia, idest umbra sua; et sunt plures anni postea transacti, quod ipse fuit ita reclusus.

Ego credo, dixi ego ad eum, quod tu decipis me, quia Branchadonia non est mortuus adhuc, et comedit, et bibit, et dormit, et vestit, scilicet se, pannos, vel pannis.

In fossato, dixit ipse, Malebranche, ubi bullit tenax pix, non pervenerat adhuc Michael Zancha, quando iste dimisit unum dyabolum in suam vicem, idest in locum anime sue, in corpore suo, et unius sui proximi, qui proditorum simul

⁵⁰ Ma distende oggimai in qua la mano,
Apremi gl'occhi: et io non gl'apersi,
E cortesia ⁽¹⁾ mi fece esser villano ⁽²⁾.

⁵¹ Hay Genovesi, uomini diversi ⁽³⁾
D'ogni costume, e pien d'ogni magagna,
Perchè non sete voi dal mondo spersi?

⁵² Chè col peggiore spirto ⁽⁴⁾ di Romagna,
Trovai di voi un tale ⁽⁵⁾, che per su'opra ⁽⁶⁾
In anima in Cocito ⁽⁷⁾ già si bagna,
Et in corpo par vivo ancor di sopra ⁽⁸⁾.

⁽¹⁾ di non servar fede a' traditori. — ⁽²⁾ contra di lui. — ⁽³⁾ dagl'altri huomini. — ⁽⁴⁾ di Frate Alberigo. — ⁽⁵⁾ così facto. —
⁽⁶⁾ tradimento. — ⁽⁷⁾ fiume infernale. — ⁽⁸⁾ nel mondo.

cum eo fecit. Dicitur quod iste fuit gener ipsius domini Branchadoria. Aliqui dicunt quod erat unus suus nepos, alius fratris sui. Sed hic est dubium: si Michael Zancha, socer domini Branchadoria, nondum erat mortuus, ergo non dominus Branchadoria fecerat proditorem; et sic nondum erat mortuus: ergo non dicebat verum iste spiritus, scilicet Frater Albericus. Dicitur hic quod quam cito unus talis proditor disponit et deliberat ex toto facere talem proditorem, apud Deum habetur pro facto, et incurrit illam penam. Modo dominus Branchadoria iam disposuerat, ordinaverat, et determinaverat, facere talem proditorem; et sic stat veritas dictorum Fratris Alberici.

⁵⁰ Sed extendas ammodo huc ad me manum,
Aperias michi oculos: et ego non aperui,
Et curialitas fuit illi esse rusticum.

⁵¹ Ay Ianuenses, homines diversi
Ab omni more, et pleni malitia,
Quare non estis vos de mundo dispersi?

⁵² Quia cum peggiore spiritu Romandiole,
Reperi de vobis unum solum, qui suis operationibus
In anima in Cocito iam balneatur,
Et in corpore apparet vivus adhuc superius.

Sed extendas ammodo huc ad me manum, aperias michi oculos. Et ego, scilicet illos, non aperui; et curialitas fuit illi esse rusticum, idest non esse curialem. Et assignat causam, quia non oportet proditori fidem observare.

Ay Ianuenses, homines diversi ab omni more et pleni malitia omni, quare non estis vos de mundo dispersi, idest propulsi? Quia cum peggiore spiritu Romandiole reperi de vobis unum, vel de vestris, solum qui pro suis operationibus, idest pravis et iniquis, in anima in Cocito iam balneatur, et in corpore apparet vivus adhuc superius, idest in mundo.



Siamo col Poeta nella vasta ghiacciaia, che trovò ultimo strato del suo Inferno, e in cui migliaia di traditori son fissi in gelatina che lor fa battere i denti: traditori di parenti, traditori della patria, traditori di amici che gli ebbero beneficiati, traditori delle potestà civili ed ecclesiastiche; ciascuno punito in quel grado d'intensità che corrisponde al tradimento commesso: i sommi, tra gli ultimi, stretti in bocca a Satana, che fieramente li maciulla; e il più infame di tutti, l'anima più nera che apparve su la terra, Giuda Iscariot, con le gambe di fuori che si dibattono per dolore, e il capo dentro presso al cuore dell'ibrido spirito, che avevalo invaso nel momento del delitto.

Ma in mezzo a questa turba de' traditori, l'animo s'impetisce ad una scena inaspettata: scena terribile, se altra mai potesse darsene; ma ad un tempo di tanta commozione, che ti è impossibile frenar le lagrime. È la scena del conte Ugolino e de' figliuoli spenti dalla fame. Perchè, se ti fa rabbrivire il veder quel misero co' denti afferrato al capo dell'arcivescovo Ruggiero

Là ve'l cervel s'aggiunge con la nuca;

e poi

La bocca sollevar dal fiero pasto,
..... forbendola a' capegli
Del capo ch'egli avea di retro guasto;

e se infine ti stringono viepiù il cuore le parole che volge al Poeta,

..... tu vuoi ch'io rinnovelli
Disperato dolor che'l cuor mi preme,
Già pur pensando, pria ch'io ne favelli;

tutto il rimanente è un dramma di pietà, che non sarà mai agguagliato da altri, per la parte che vi hanno gli affetti domestici e l'innocenza de' figli dell'infelice messi a morte sì crudele.

Questo luogo, assegnato a tale scena dal Poeta, è di mirabilissimo effetto, perchè rende maggiormente fosca la dipintura, che prima e dopo ci dà de' traditori: il delitto dei quali, come quello che procede quasi unicamente da intelletto e da volontà traviata, non tocca punto la sensibilità del cuore, ma è un orgoglio che ferisce e ributta; e quel ghiaccio, che gli stringe e cuoce, è la propria punizione che gli corrisponde. Al movente d'ogni altro misfatto può andar congiunta qualche seduzione, che tocchi la parte nostra sensitiva, tanto facile a

commoversi; al tradimento no: esso non è che calcolata macchinazione di malizia crudele per il satanico gusto della rovina, a cui trarrà o parenti, o amici, o patria, o qualunque virtù, di cui il traditore si attrista e vuole l'annientamento.

Quindi, veduto che s'ebbe il Poeta

..... davante
E sotto i piedi il lago che per gelo
Avea di vetro, e non d'acqua, sembiante,

mostra una tal quale compiacenza nel descrivere il modo con cui i traditori vi sono dentro immersi e stretti:

E come a gradidar si sta la rana
Col muso fuor dell'acqua, quando sogna
Di spigolar sovente la villana,
Livide, infin là dove appar vergogna,
Eran l'ombre dolenti nella ghiaccia
Mettendo i denti in nota di cicogna.
Ognuna tenea in giù volta la faccia;
Da bocca il freddo, e dagli occhi l'cuor tristo,
Tra lor testimonianza si procaccia.

La qual compiacenza diresti che in lui s'accrescesse, trovati che n'ebbe due insieme congiunti. Ai quali dimandato chi fossero,

Ditemi, voi, che si stringete i petti,
Diss'io: Chi sete?

immediatamente li ritrae così al vivo che ci par di averli presenti e di vederli nel crudele loro martirio:

E poi ch'ebber li visi a me eretti,
Gli occhi lor, ch'eran pria pur dentro molli,
Gocciar su per le labbra; e 'l gelo strinse
Le lagrime tra essi, e riserrolli.

Finalmente son qui da ricordare le fiere parole, che il Poeta rispondeva ad un d'essi, il Bocca, di cui giurava rinnovar l'onta, appena avesse fatto sopra terra ritorno:

Omai, diss'io, non vo' che più favelle,
Malvagio traditor; ch'alla tua onta
Io porterò di te vere novelle.

In somma, si sente che egli ha l'animo profondamente indignato contro tali ribaldi. Nè, invero, vi sarà mai, fuori che uomini apostati, i quali abbiano rinnegata l'intera civiltà creata dal Cristianesimo, chi ardisca tentarne la reintegrazione so-

ciale: come pochi anni fa osò, per il più infame di essi, un romanziere, scrivendo un libro che fosse storia di Cristo, diciamo Ernesto Renan.

Chi s'impietosirebbe del conte Ugolino e oserebbe pigliarne la difesa, se il Poeta non ce lo mostrasse che traditore delle castella pisane? La pietà, di cui tutto il canto ribocca, è per l'innocenza de' figli; solo per essa spicca di tanta bellezza l'episodio: perchè nessuna pietà ci moverebbe verso i rei qui puniti. Non sappiamo poi davvero chi nel Getsemani potrebbe o saprebbe frenar l'animo acceso d'ira, se non ci temperasse l'aura divinamente solenne di Colui, il quale pietoso si piegava a ricevere il bacio dell'infame che così lo consegnava in mano a' nemici!

Altri traditori, dopo il conte, e più rei, trova l'Alighieri poco distante; e di questi vede l'anima discesa viva nell'In-

ferno, mentre il corpo resta ancora in terra, governato da un demonio, finchè il tempo per essi stabilito tutto non sia volto. Punizione in verità spaventevole, ma non istruana, anzi fondata (notava già il Tommaseo) sopra le seguenti sentenze divine: « Descendant in Infernum viventes (*Psalm. LIV*) »: « Tradere huiusmodi Satanae (*Ad Corinth. I*) »: « Nomen habes quod vivas, et mortuus es (*Apocalip. III*) »: « Anania, cur tentavit Satanas cor tuum? (*Act. V*) »: « Cum Diabolus iam misisset in cor, ut traderet eum Judas Simonis Iscariotae... Post buccellam intravit in eum Satanas (*IOAN. XIII*) »: « Peccato moritur anima, disiungitur a Deo et iungitur diabolo (*Decret.*) » In senso contrario: « Vivo ego, iam non ego, vivit vero in me Christus (*Ad Gal. II*) » Così fu inesorabile con ogni maniera di traditori, e giustamente, l'immortale Poeta!



CAPITULI TRICESIMIQUARTI SUMMARIUM

In isto tricesimoquarto capitulo Inferni et ultimo, quod incipit: *Vexilla Regis prodeunt Inferni*, auctor prosequitur materiam proditiōis duple, ubi frangitur fides a natura producta et illa que per amicitiam conficitur, quantum ad quartam speciem, scilicet quando proditores produnt dominos suos, a quibus receperunt dona et premia, etc. Quorum proditorum talis est pena. Nam ipsi in Cocito fluvio sunt, sive in glacie infernali: sicut stant festuce in vitro, sic ipsi collocantur. Et ipsorum proditorum aliqui iacent, aliqui sunt erecti, aliqui cum capite deorsum, aliqui stant retorti sicut arcus vel semicirculus. In ista glacie stat Lucifer ab umbilico infra in glacie, et est magne stature, turpissime figure, et tante turpitudinis quod vix posset describi. Habet facies tres, unam rubeam, aliam nigerrimam, aliam croceam: habet sex alas sub quolibet facie: per genas descendunt ab oculis lacryme: movet alas; qui alarum motus causat aliqualem ventum, qui ventus est causa congelationis tam lacrymarum istius quam etiam fluvii Cociti. Quid significant ale sex, quid tres facies, quid lacryme, videatur in Commento super isto capitulo. Ale sue non habent pennas, sed sunt sicut ale vespertilionis. Et sicut habet tres facies, ita habet tria ora. In ore anteriori, et cum ipso, devorat animam Iude Scariothis, qui prodidit Christum: caput eius est in gutture Luciferi usque ad umbilicum; residuum corporis est extra. In facie sinistra et in eius ore stat Brutus intra in os cum pedibus usque ad umbilicum, et ab umbilico postea, stat foris. In ore dextre faciei stat consimiliter Cassius. Isti duo prodiderunt Cesarem, primum Imperatorem Romanorum et monarcham. Hec omnia vidit Dantes in Inferno, docente eum et ducente Virgilio. Hiis visis, ambo descenderunt per vellus Luciferi, qui stat in centro mundi fixus, quia cadens de celo cum capite deorsum a latere emispirii poli anthartici,

percussit terram et perforavit eam et venit usque ad medietatem sui, proprie ad centrum mundi. Caput autem, collum, pectus et brachia cum ventre usque ad umbilicum, penetraverunt et venerunt circa centrum; medium eius stetit recte in centro; nates vero et partes inferiores, ut crura, tibie, pedes, remanserunt ultra centrum ad partem poli anthartici. Cum vero Virgilius et auctor descenderunt per vellus Luciferi tantum quod essent in centro mundi, revolverunt se sub et supra, et sic transiverunt centrum versus alium polum: et sic videbant nates, crura, tibias et pedes Luciferi, et omnia membra circa umbilicum, stare sub et supra. Et hoc visum fuit auctori mirabile; et ideo interrogavit Virgilius, dicens: Ubi est glacies, quam antea videbamus? Ubi est caput Luciferi? Michi nunc apparet quod ipse sit transversus. Tunc dixit ei Virgilius: Tu deciperis, quia tu ymaginaris adhuc esse in alio emispirio, et tu transivisti centrum, et non es amplius in emispirio poli anthartici; sed tu es in emispirio poli anthartici, et es in terra sicca, que [est] opposita monti Calvario, ubi Christus fuit crucifixus, homo qui nascebatur et vixit sine peccato. Iste locus non est notus nisi per auditum: et tunc, quia est ibi foramen, quod transit usque ad superficiem terre poli anthartici, per illud foramen ivērunt, nullas penas videndo, quousque exierunt de profunditate terre et pervenerunt ad terram alterius emispirii, ubi inceperunt videre stellas poli anthartici, et inde per foramen illud redierunt ad revidendum stellas. Et sic sunt extra Infernum, licet sint in alio emispirio, in quo iste auctor fingit esse unum montem magnum et altum, super quem fingit esse Paradisum terrestrem deliciarum. Et ab Inferni penis eruat nos Dominus Iesus Christus. Amen.

Explicit Infernus, etc.

CAPITULUM TRICESIMUMQUARTUM

¹ Vexilla Regis prodeunt Inferni
Verso di noi: però dinanzi mira,
Disse 'l maestro mio ⁽¹⁾, se tu 'l discerni.
² Come quand' una grossa nebbia spira,
O quando l' emisferio nostro annocta,
Par di lungi ⁽²⁾ un mulin ch' al vento
[gira ⁽³⁾];
³ Veder mi parve un tal dificio allocta:
Or per lo vento mi ristrinsi retro
Al duca mio, chè ⁽⁴⁾ non gl'era altra grocta.

⁽¹⁾ Virgilio. — ⁽²⁾ da la lunga a vedere. — ⁽³⁾ si rivolge. — ⁽⁴⁾ perché.

Vexilla regis prodeunt Inferni: istud est tricesimum-quartum et ultimum capitulum huius Inferni, in quo auctor tractat de quarta specie prodictionis, scilicet illorum qui prodiderunt dominos suos, quibus promiserunt fidem, et a quibus receperunt beneficia magna; quod quidem capitulum dividitur in quatuor partes. In quarum prima auctor describit formam regis Inferni, scilicet Luciferi. In secunda, que incipit ibi:

Quando noi fum[m]o;
Quando nos fuimus,

describit universalem dominum huius loci.
In tertia, que incipit ibi:

Ma la notte resurge;
Sed nox resurgit et ammodo,

describitur eorum recessus ab Inferno.

In quarta, que incipit ibi:

Prima ch'io de l'abisso me divella;
Prius quam de abyssu me divellam,

declarantur aliqua dubia circa recessum suum de Inferno.

Primo igitur auctor, continuando dicta dicendis, dicit sic:
Vexilla regis, idest banderie, sive insignia, prodeunt, idest

¹ Vexilla Regis prodeunt Inferni
Versus nos: ergo ante te respice,
Dixit magister meus, si tu discernis.
² Sicut quando una nebula grossa spirat,
Vel quando emispirium nostrum annoctat,
Apparet a longe unum molendinum quod ventus
[girat];
³ Videre michi apparuit unum tale dificiu[m] tunc:
Postea propter ventum retraxi me retro
Ducem meum, quia ibi non erat alia gripta.

apparet a longe, idest veniunt versus nos; ergo ante te respice, dixit magister meus, si tu id discernis. Vexilla, sive insignia, huius Imperatoris regni dolorosi, erant ale sex Luciferi: ponit enim eum cum sex alis, que videbantur sex vela maris.

Fit una comparatio. Sicut quando una nebula grossa spirat, caliginosa, idest sicut tempore nocturno, vel diurno, quando est una nebula caliginosa (res que a longe non videtur nisi confuse), vel quando emispirium nostrum, habitabile supple, annoctat, idest notescit, idest quando fit nox, apparet a longe unum molendinum, circumductum a vento, vel quod ventus girat, idest circumducit (nota quod iste ale sunt instigationes et tentationes, que oriuntur ab isto Lucifero, quia ipse fabricat illas; ille ale semper moventur et discurrunt: ventus, qui congelat istum locum, est inspiratio mala et nocumentum quod habet congelare corda illorum proditorum, ita quod omnis amor et caritas extinguitur in talibus: a tempore obscuritatis nocet, quia omnis, qui male agit, odit lucem et est inimicus lucis); videre michi apparuit, idest visum fuit, unum tale, idest simile, edificium. Tunc, postea, propter ventum retraxi me retro ducem meum, quia ibi non erat alia gripta, sive gripta, idest non erat alius locus ubi laterem, causa vitandi istum ventum.

⁴ Già era (e con paura el mecto in metro) ⁽¹⁾
Là dove l' ombre tuct' eran coperte ⁽²⁾,
E trasparen ⁽³⁾ come festuca in vetro.
⁵ Altre ⁽⁴⁾ stanno a giacer ⁽⁵⁾, altre stanno erte ⁽⁶⁾,
Quella col capo ⁽⁷⁾, e quella ⁽⁸⁾ colle piante ⁽⁹⁾;
Altra, com' arco ⁽¹⁰⁾, al collo ⁽¹¹⁾ e piè rinver-
⁶ Quando noi fummo facti tanto avante, ⁽¹²⁾
Ch' al mio maestro ⁽¹³⁾ piacque di mostrarmi
La creatura ⁽¹⁴⁾ ch' ebbe ⁽¹⁵⁾ el bel sembian-
⁷ Dinanzi mi si tolse, e fe' restarmi: ⁽¹⁶⁾
Ecco Dite, dicendo, et ecco el loco,
Dove convien che di fortezza t'armi.
⁸ Com' io divenni allor gelato e fioco,
Nol dimandar ⁽¹⁷⁾, lector, ch' io non lo scrivo,
Però ch' ogni parlar ⁽¹⁸⁾ sarebbe poco.
⁹ Io non morii e non rimasi vivo:
Pens' oggi mai per te, s' hai fior d' ingegno,
Qual io divenni, d' uno e d' altro privo ⁽¹⁹⁾.
¹⁰ Lo 'mperator del doloroso regno
Da mezzo 'l pecto uscia fuor de la ghiaccia;
E più ⁽²⁰⁾ con un gigante io ⁽²¹⁾ mi convegno ⁽²²⁾,
⁴ Iam eram (et cum timore id pono in metro)
Ubi umbre erant omnes cooperte,
Et transparebant sicut festuca in vitro.
⁵ Alique sunt iacentes, alique stant recte,
Aliqua cum capite, et aliqua cum plantis;
Alia, sicut arcus, ad vultum pedes convertit.
⁶ Quando nos fuimus tantum ante,
Quod meo magistro placuit michi monstrare
Creaturam que habuit pulchram apparentiam,
⁷ Ante me se removit, et fecit me stare:
Ecce Ditem, dicendo, ecce locum,
Ubi oportet quod tu te de fortitudine armes.
⁸ Sicut ego deveni tunc gelatus et raucus,
Non interrogas, o lector, quia illud non scribo,
Ex eo quia omnis loquela esset pauca.
⁹ Ego non fui mortuus, nec remansi vivus:
Cogita ammodo intra te, si habes florem ingenii,
Qualis ego deveni, uno et alio privatus.
¹⁰ Imperator dolorosi regni
A medio pectore exibat extra glaciem;
Et plus cum uno gigante ego me convenio,

⁽¹⁾ rima. — ⁽²⁾ ne la ghiaccia. — ⁽³⁾ in quella ghiaccia. — ⁽⁴⁾ ombre. — ⁽⁵⁾ ne la ghiaccia. — ⁽⁶⁾ levate. — ⁽⁷⁾ sta erta. — ⁽⁸⁾ altra. — ⁽⁹⁾ sta erta. — ⁽¹⁰⁾ piegata. — ⁽¹¹⁾ al. al viso. — ⁽¹²⁾ rivolta. — ⁽¹³⁾ Virgilio. — ⁽¹⁴⁾ Lucifero. — ⁽¹⁵⁾ già. — ⁽¹⁶⁾ similitudine di Dio. — ⁽¹⁷⁾ o. — ⁽¹⁸⁾ a descriverlo. — ⁽¹⁹⁾ de la morte e de la vita privato. — ⁽²⁰⁾ che lui. — ⁽²¹⁾ Dante. — ⁽²²⁾ m'assomiglio.

Iam eram, et cum pavore id pono in metro, scilicet que nunc dicam, ubi, idest in loco ubi, umbre omnes erant cooperte, et transparebant sicut festuca in vetro, sive in vitro. Cum paura, idest cum timore (parentesis est). Idest ille erant tecte sub glacie et diversimode: alique iacebant, et alique stabant recte; alique cum capite desuper, alique cum plantis, sive pedibus; alique stabant sicut una semiluna, scilicet cum pedibus flexis ad vultum. Alique sunt iacentes, alique stant recte; aliqua cum capite, aliqua cum plantis, alia, sicut arcus, ad vultum pedes convertit.

Quando noi fummo. Quando nos fuimus: hec est secunda pars huius capituli, in qua describitur rex et dominus Inferni. Hic est Lucifer. Iste fuit, secundum opinionem Doctorum, de ordine Cherubin, vel sapientior omnibus aliis, vel saltem nullus sapientior fuit eo aut pulchrior; qui, videns se tam sapientem et tam pulchrum, appetiit equalitatem Dei, volens adorari ut Deus, ut habetur Genesis decimoquarto: quare fuit fulguratus, sive fulminatus, de celo, et reclusus in profundo Inferni; et est rex super omnes filios superbie. Ad quem regem iam appropinquabant Virgilius et auctor.

Quando nos fuimus tantum ante, idest quando nos fuimus tantum propinqui, quod meo magistro placuit michi monstrare creaturam, que habuit pulchrum sembiantem, idest apparentiam (quia Lucifer fuit creatus in alta gloria pulchritudinis: ideo dicitur in Iob: Omnis lapis pretiosus

ornamentum tuum), ante me se removit Virgilius, et fecit me stare, idest firmare: Ecce Ditem, dicendo, et ecce locum, ubi convenit, idest oportet, quod de fortitudine te armes.

Sicut ego deveni tunc gelatus, idest territus et raucus, fioco idest, non interrogas, lector, quia illud non scribo ego, ex eo quia omnis loquela esset pauca, idest parva, idest non possem dicere. Nam iam deveneram ad extremum omnium malorum; ideo oportebat me uti fortitudine et ingenio: ideo fui ita attentus, quod nescivi recitare. Fioco: proprie qui non clare loquitur, quia habet gulam, idest partem illam, ubi vox causatur, impeditam propter frigus, vel aliqua alia de causa. Nec mirum! Si alibi auctor aliqua terribilia in Inferno timuit, quanto magis hic, quando vidit istum maximum terribile.

Ego non fui mortuus, nec remansi vivus: cogita ammodo intra te, si habes florem ingenii, idest si aliquid intelligis, qualis ego deveni, uno, scilicet mori, et alio, scilicet vivere, privus, idest privatus: idest eram privatus morte et vita.

Imperator dolorosi regni (quia Infernus est regnum omnis doloris, ubi Lucifer est imperator et rex, ita quod Christus in Evangelio vocat eum principem mundi: Venit enim princeps mundi huius; quia pro magna parte mali homines sunt subiecti sibi, quia qui fecit peccatum servus

- 11 Ch'è giganti⁽¹⁾ non fan colle sue braccia⁽²⁾:
Vedi oggimai quant'esser de'⁽³⁾ quel tucto
Ch'a così facta parte⁽⁴⁾ si confaccia⁽⁵⁾.
12 S' ei fù sì bello⁽⁶⁾ com'egli è hor bructo⁽⁷⁾,
E contr' al suo Factor⁽⁸⁾ alzò le cigla⁽⁹⁾,
Ben de'⁽¹⁰⁾ da lui proceder⁽¹¹⁾ ogni lucto.
13 O quanto parve a me gran maravigla,
Quando viddi tre facce alla sua testa!
L'una dinanzi, e quell'era vermiglia;
14 Dell'altre due, che s'aggiugneano a questa
Sovr'esso l' mezzo di ciascuna spalla,
E⁽¹²⁾ s'aggiugneano al sommo della cresta⁽¹³⁾;
15 La dextra mi pareva tra bianca e gialla;
La sinistra a veder era tal⁽¹⁴⁾, quali
Vegnon⁽¹⁵⁾ di là⁽¹⁶⁾ onde l' Nilo s'avvalla⁽¹⁷⁾.
- 11 *Quam gigantes non faciunt cum suis brachiis:*
Cogita ammodo quantum debet esse illud totum
Quod huiusmodi parti conveniat.
12 *Si ipse fuit ita pulcher sicut ipse est nunc turpis,*
Et contra suum Factorem elevavit supercilia,
Bene debet ab eo procedere omnis luctus.
13 *O quantum apparuit michi grande mirum*
Quando ego vidi tres facies suo capiti!
Unam ante, et illa erat rubea;
14 *Alie due, que iungebantur isti*
Supra medium cuiuslibet spatule,
Et se iungebant loco criste;
15 *Et dextera apparebat inter albam et fulvam;*
Sinistra ad videndum erat, quales
Veniunt ab illa parte ubi Nilus in vallem descendit.

(1) non si convengono. — (2) co' la grandezza de le sue braccia. — (3) debba. — (4) de le braccia sue. — (5) proporzionalmente. — (6) ne la sua creatione. — (7) nell'Inferno. — (8) creatore Dio. — (9) el capo per superbia. — (10) debba. — (11) per dolore. — (12) che. — (13) del capo. — (14) nera. — (15) le teste. — (16) d'Etyopia. — (17) descende.

est peccati; et alibi: Vos ex patre dyabolo estis. Lucifer est auctor omnium proditorum, sicut ipse fuit primus proditor, et qui prodidit dominum suum) a medio pectore exibat extra glaciem, et plus cum uno gigante ego me convenio, idest in magnitudine, quod gigantes, vel quam gigantes, non faciunt cum suis brachiis: cogita ammodo quantum debet esse illud totum, idest residuum, quod huiusmodi, vel tali, parti conveniat. Sententia est: quod brachia Luciferi erant ita magna, quod ipse Dantes, qui erat parvus homo, melius conveniebat cum brachiis maximi gigantis, quam gigas comparatus uni brachio illius imperatoris, idest convenientior, idest conformior. Sed quid est hoc dictum? Illa fuit bona fictio: brachia sunt ita magna, quod unum est in oriente, aliud in occidente; per que denotatur sua magna potentia, de qua dicit. Et ammodo dicit de pulchritudine.

Si ipse fuit ita pulcher, sicut ipse est nunc turpis, et contra suum Factorem elevavit supercilia, idest superbivit, vel insurrexit, bene, idest merito, debet ab eo procedere omnis luctus. Elevatio oculorum est actus superbie. Auctor loquitur hic figurative, sicut sepe facit Scriptura Sancta; quia aliter non intelligeretur, et propter hoc picture in ecclesiis conceduntur et permittuntur. Dyabolus est turpis: quia est unus spiritus invisibilis, ideo non potest dici niger, neque pallidus; sed turpitudine nobis notescit per opera sua mala. Luctus: qualis est forma sua, quia habet semper lugere.

Pingit hic auctor, quod Lucifer habeat tria capita: quia sicut Deus, qui est summum bonum, est trinus et unus, ita dyabolus habet in se quamdam trinitatem, scilicet summam impotentiam, summum odium et summam ignorantiam. Hoc tamen videtur repugnare supradictis: nam paulo

ante dictum est, quod dominatur ab oriente in occidentem. Dicendum quod illa potentia male faciendi, idest tentandi, debet potius dici impotentia quam potentia, quia talis non est dominus sui. Sicut accidit de omni malo homine, qui non potest regi ratione, sed permittit se vinci a passionibus, sicut brutum animal: nam aliter sequeretur quod Deus, qui est summe potens, non esset omnipotens, quia non potest facere malum culpe. In homine scientia, si est malus, non potest sapientia dici; ideo, ubi non est virtus, non est sapientia, sed malitia. Ita quod corrupte loquimur quando dicimus: Iste est sapiens de mirando peximo homine. Ideo sicut arguitur in Deo summa potentia, quia potest facere omnia quecumque vult, et non potest deficere, nec peccare; ita dicimus dyabolum impotentissimum, quia nullum bonum facere potest, nec potest nisi deficere.

O quantum apparuit michi grande mirum, quando ego vidi tres facies suo capiti! unam ante, idest anteriorem, et illa erat rubea; alie erant due, que iungebantur isti super medium cuiuslibet spatule, idest humeri, et se iungebant loco criste, idest vertici. Illa duo capita collateralia coniungebantur cum illa media testa, que erat altior sicut crista, et erat rubea sicut crista galli. Alia erat pallida, quia pallido significat odium et invidiam. Sinistra erat talis, quales erant illi qui veniunt de Ethiopia. Nilus, quamquam ignoretur quantum ad ortum suum, tamen transit per Africam, Ethiopiam et Egiptum: s'avallat, idest extendit se et descendit. Et dextera apparebat inter albam et fulvam. Sinistra erat ad videndum scilicet nigra, quales sunt qui veniunt ab illa parte, ubi Nilus in vallem descendit. S'avallat: idest in vallem descendit.

- 16 Socto ciascuna uscivan due grand'hali,
Quante si convenia a tanto ucello;
Vele di mar non vidi mai cotali.
17 Non havean penne, ma di vispistrello
Era lor modo; e quelle in su alzava,
Sì che tre venti si movean da ello.
18 Quindi Coccito tucto s'aggelava⁽¹⁾:
Con sei occhi piangeva, e con tre⁽²⁾ menti
Gocciava l' pianto⁽³⁾ e sanguinosa bava.
19 Da ogni bocha dirompea⁽⁴⁾ coi denti
Un peccatore, a guisa di macciulla⁽⁵⁾,
Sì che tre⁽⁶⁾ ne facea così dolenti.
20 A quel dinanzi el morder era nulla,
Verso⁽⁷⁾ l' graffiar, che talvolta la schiena⁽⁸⁾
Rimanea de la pelle tutta brulla⁽⁹⁾.
21 Quell'anima lassù c'ha maggior pena,
Disse l' maestro, è Giuda Scariocto,
Che l' capo à dentro⁽¹⁰⁾, e fuor le ghambe
22 Degl'altri due c'hanno l' capo di socto,^[mena]
Quel che pende dal ceffo nero⁽¹¹⁾ è Bruto⁽¹²⁾;
Vedi come si storce⁽¹³⁾, e non fa mocto:
- 16 *Sub qualibet exibant due grandes ale,*
Quantum conveniebant tante avi;
Vela maris non vidi unquam talia.
17 *Non habebant pennas, sed vespertilionis*
Erat earum modus; et illas sursum elevabat,
Ita quod tres venti movebantur ab eo.
18 *Inde Cocitus totus congelabatur:*
Cum sex oculis plangebatur, et per tria menta
Guctabat planctum et sanguinolentem bavam.
19 *Ab omni ore disrumpebat cum dentibus*
Unum peccatorem, ad instar maciulle,
Ita quod tres faciebat sic dolentes.
20 *Illi anteriori mordere nihil erat,*
Respectu laniationis, ex qua aliquando renes
Remanebant de pelle tote brulle.
21 *Illa anima superior que habet maiorem penam,*
Dixit magister, est Iudas Scariothi,
Qui habet caput intro, et extra crura ducit.
22 *De aliis duobus qui habent caput deorsum,*
Ille qui pendet a nigra facie est Brutus;
Vide quomodo se torquet, et non facit moctum:

(1) ghiacciava. — (2) al. e per tre; et melius. — (3) suo. — (4) fracassava. — (5) con che s'infrange el lino. — (6) peccatori. — (7) a comparatione del. — (8) al. schena. — (9) necta. — (10) a la bocha di Lucifero. — (11) di Lucifero. — (12) Decio. — (13) per la pena.

Sub qualibet, facie scilicet, exibant due grandes ale, quantum conveniebant tante avi: vela maris non vidi unquam talia, idest similia illis, vel talia quales erant ille.

Vela currunt et ducunt naves per mare, et ita inspirationes et tentationes huius dyaboli discurrunt per mare huius mundi et ducunt ad naufragium sepiissime homines. Non habebant pennas, sed vespertilionis erat earum modus, et illas sursum elevabat, sive elevat, ita quod tres venti movebantur ab eo. Non habebant pennas sicut aves habent, sed qualis est lanugo vespertilionis. Vespertilio, quia fuit proditor, aliis avibus fuit condemnatus ad perpetuam tenebram. Ita est Lucifer, qui presumpsit contra Deum creatorem suum. Nunquam apparet nisi de nocte, idest in tenebris, idest in peccatis, et condemnatus est ad perpetuam tenebram.

Inde, idest ab illis ventis, Cocitus totus congelabatur: cum sex oculis plangebatur, et per tria menta guctabat planctum, idest emitebat, et sanguinolentam bavam, idest quamam, luem, sputum.

Ab omni ore disrumpebat cum dentibus unum peccatorem ad instar maciulle (*maciulla* est unum instrumentum, cum quo linum frangitur), ita quod tres faciebat ita dolentes.

Illi anteriori mordere nihil erat respectu laniationis, verso el graffiare (*graffiare*, idest dilaniare), ex qua aliquando renes remanebant de pelle tote brulle, idest nudate.

In ore medio, quod est altius, stat Iudas Scarioth, ad denotandum, quod sicut Lucifer fuit primus proditor contra Deum, a quo receperat tot beneficia, ita est conveniens quod puniat illum, qui etiam prodidit magistrum suum, qui erat Deus et homo.

Illa anima superior, que habet maiorem penam, dixit magister, est Iudas Scarioth, alias Scarioctis, qui intus habet caput et extra crura ducit.

De aliis duobus, qui habent caput deorsum, ille, qui pendet a nigra facie, est Brutus: videas quomodo se torquet et non facit moctum, et non dicit verbum subaudi. Et alter est Cassius, qui apparet ita membrutus. Isti duo fuerunt illi, qui proditorie interfecerunt Cesarem, a quo receperant multa beneficia. Hic Cesar, primus Imperator, monarcha fuit Romanorum: sed quod Cesar bene et licite fuit sic interfectus in sanguine suo, sicut ipse quasi fedavit universum orbem sanguine civili, non est dubium; sed hoc non defendit quin isti duo, Brutus et Cassius, fuerint proditores, quia receperant singularissima bona a Cesare, scilicet provincias, Buriam, Macedoniam: ideo ipsi maligne, ingrate, fecerunt, interficiendo Cesarem. Tamen aliqui laudant istum Brutum, sicut Tullius in Philippicis; sed Tullius fuit inimicus Cesaris. Idem dicit Lucanus. *Non facit moctum*, idest nihil loquitur. Est signum magnanimitatis.

- ²³ Quell' altro è Cassio ⁽¹⁾, che par sì membruto.
Ma la nocte risurge; et horamai
È da partire ⁽²⁾, chè tucto habbiam veduto ⁽³⁾.
²⁴ Com' allui piacque, el collo gl' avvignai ⁽⁴⁾;
Et ei prese del tempo e ⁽⁵⁾ luogo poste:
E quando l' hale furo aperte assai,
²⁵ Appigliò se alle vellute coste ⁽⁶⁾;
Di vello in vello giù discese poscia
Tra' l' folto pelo e le gelate croste ⁽⁷⁾.
²⁶ Quando noi fummo là dove la coscia
Si volge a puncto sul grosso dell' anche,
Lo duca con fatica e con angoscia
- ²³ *Et alter est Cassius, qui apparet ita membrutus.
Sed nox resurgit; ammodo
Est recedendum, quia totum vidimus.
Sicut ei placuit, collum ei advinxit;
Et ipse sumpsit tempus et locum et postam:
Et quando ale fuerunt aperte satis,
25 Applicavit se vellutis costis;
Et de vellere in vellus infra descendit et postea
Inter fultum pilum et gelatas crostas.
26 Quando nos fuimus ibi ubi tibi
Voluntur punctualiter super grosso naticarum,
Dux cum labore et cum angustia*

(¹) Gaio. — (²) dell' Inferno. — (³), per fin al centro de la terra. — (⁴) abbracciai. — (⁵) del. — (⁶) di Lucifero. — (⁷) ghiacci.

Ma la notte resurge omai. Sed nox resurgit ammodo: hec est tertia pars huius capituli in qua describit suum recessum, sive exitum, de Inferno. Notandum est hic, quod ex quo viderant Virgilius et Dantes omnes penas Inferni, iam erat tempus recedendi. Idest viderant penas dampnatorum, ammodo ibunt ad penas purgandorum. Modus exeundi non fuit redire per viam, per quam descenderant ad Infernum, qui durat a superficie terre istius, que est in emispirio poli arthici, usque ad centrum terre. Tamquam in loco remotissimo a celo est Lucifer dyabolus, ligatus. Tunc transierunt centrum terre, et iverunt Virgilius et auctor ad alium polum, scilicet antharticum. Et tunc oportebit ymaginari quod terra est in centro perforata, et in illo foramine stat adstrictus dyabolus, ita quod medietas est in ista parte versus polum arthicum, scilicet ab umbilico usque ad caput: alia medietas est in alia parte terre, scilicet versus polum antharticum. Ymaginatur Dantes, quod Lucifer cecidit de celo ab illo alio polo, scilicet anthartico, et cecidit cum capite deorsum, et cadens perforavit terram cum capite, et pertransivit centrum terre cum capite et humeris usque ad umbilicum: reliqua pars remansit ultra centrum versus alium polum. Ita quod, dum Dantes descendit per Infernum, quando vidit Luciferum, apparebat sibi quod Lucifer staret erectus cum capite supra et pedibus infra; sed postquam transivit centrum, apparebat Danti, videnti crura et pedes, quod ipse Lucifer staret cum capite subtus et cum pedibus supra: et sic subsupra apparebat Danti quod Lucifer staret, ex quo ipse transiverat centrum mundi. Tunc fingit auctor quod illud foramen vadit usque ad superficiem terre alterius poli, scilicet anthartici; et per quod foramen Virgilius et Dantes iverunt et exiverunt de Inferno; nec ultra centrum viderunt penas ullas, nec circulos, nec aliquam aliam rem, nisi quod infra paucum spatium et in brevi ora compleverunt iter illud, et sic fuerunt extra Infernum in alio emispirio, et viderunt stellas de alio emispirio, dum erant in foramine illo. Postquam exiverunt de foramine, viderunt lumen bonum, et infra paucum spatium viderunt solem.

Adhuc ymaginatur auctor, quod quando Lucifer cecidit de celo et perforavit sic terram, quod illa terra, que

exivit de foramine illo, fugit, propter timorem dyaboli cadentis, de loco suo, et erexit se in alio emispirio versus celum: de qua factus unus mons est quasi usque ad celum, idest supra aierem; et illum montem fingit esse montem Purgatorii auctor: de quo tractabitur admodo.

Adhuc notandum, quod quando Virgilius et Dantes descendendo voluerunt transire centrum, ipsi adhererunt velleri Luciferi, cum manibus apprehendentes vellus et tenentes se ad illud; et quando fuerunt in illo loco, ubi crura, sive tibi iunguntur corpori, tunc recte fuerunt in centro, et oportuit quod ipsi revolverent se totaliter, ita quod, ubi habebant pedes, ponerent caput, et e converso: et sic se volverunt.

Ad quod intelligendum oportet ymaginari, quod in omni re rotunda quicumque recedit a centro et vadit versus circumferentiam, semper ascendit, et quicumque in re rotunda recedit a circumferentia et vadit versus centrum, semper descendit. Hoc est unum verum omnino presupponendum. Tunc sic (quousque Virgilius et Dantes iverunt versus centrum, semper descenderunt) fecerunt quousque descenderunt ad locum illum, ubi tibi voluntur, vel iunguntur, cum corpore Luciferi: sic descenderunt quia proprie ibi est centrum terre. Postquam vero transierunt illum locum, ubi tibi Luciferi iunguntur corpori, qui locus est proprie centrum, tunc inceperunt ascendere, et ascendendo ire superius versus alium polum, scilicet antharticum. Hanc ymaginationem non habent grossi homines; sed bene scientifici facilius habent dare illo principio, quod quicumque recedunt a medio tendendo versus circumferentias, ascendunt, et contra per contrarium. Tunc ad textum.

Sed nox resurgit, et admodo est recedendum, quia totum vidimus. Sicut ei placuit, collum eius avinxit; et ipse sumpsit, idest captavit, tempus et locum et postam, idest avisamentum, et quando ale fuerunt aperte satis, applicuit se vellutis, idest pilosis, costis, et de vellere in vellus infra descendit, et postea inter fultum, idest spissum, pilum et gelatas crostas, idest glacies.

Quando nos fuimus ibi, ubi tibi, idest ubi crura et tibi coniunguntur corpori, voluntur punctualiter super

- ²⁷ Volse la testa ov' elli havea le zanche,
Et aggrappossi al pel com' huom che sale,
Sì che in Inferno io credea tornar anche.
²⁸ Attienti ben, chè per cotali schale,
Disse'l maestro, ansando com' huom lasso,
Conviensi dipartir da ogni ⁽¹⁾ male.
²⁹ Poi escì fuor per lo foro d' un sasso,
E pose me in sull' orlo ⁽²⁾ a sedere:
Appresso porseme l' accorto passo.
³⁰ Io leva' gl' occhi, e credetti vedere
Lucifero com' io l' havea lasciato,
E vidili le gambe in su tenere.
³¹ Com' io divenni all' hora travagliato,
La gente grossa pensì, che non vede
Qual è quel punto ⁽³⁾ ch' io havea passato.
³² Levati su, disse 'l maestro, in piede:
La via è lunga, e l' cammino è malvagio,
E già el sole a mezza terza riede ⁽⁴⁾.
³³ Non era camminata di palagio
Dov' eravamo, ma natural burella
Ch' ave'a mal suolo, e di lume disagio.
³⁴ Prima che dell' abisso mi divella,
Maestro mio, diss' io quando fui dritto,
A trarmi d' erro ⁽⁵⁾ un poco mi favella.
- ²⁷ *Volvit caput ubi habebat crura,
Et applicavit se ad pilum sicut homo qui ascendit,
Ita quod in Infernum credebam redire iterum.
28 Teneas te bene, quia per tales scalas,
Dixit magister, angustiendo [tamquam homo fessus],
Convenit quod discedatur a tantis malis.
29 Postea exivit foras per foramen unius saxi,
Et posuit se super orlum ad sedendum:
Postmodum porrexit michi accuratum passum.
30 Ego elevavi oculos, et credidi videre
Luciferum sicut ego illum dimiseram,
Et vidi eum crura sursum tenere.
31 Et si ego deveni tunc stupefactus,
Gens grossa hoc cogitet, que non videt
Qualis erat punctus per quem ego transiveram.
32 Leva te sursum, dixit magister, in pedes:
Via est longa, et iter est malignum,
Et iam sol ad mediam tertiarum redit.
33 Non erat camminata palatii
Ubi eramus, sed naturalis burella
Que habebat malum solum, et luminis indigentiam.
34 Priusquam de abyssu me evellas,
Magister mi, dixi, quando fui dritto,
Ut trahas me de errore aliquantulum michi loquari:*

(¹) al. da tucto. — (²) di quel saxo. — (³) del centro. — (⁴) ritorna. — (⁵) d'errore.

grosso naticarum, vel natuum, dux cum labore et cum angustia volvit caput ubi habebat crura, vel pedes, et applicuit se ad pilum, sicut homo qui ascendit; ita quod in Infernum credebam venire iterum. Volvit caput: naturaliter et proprie loquitur. Dicit quod quando fuit in natica Luciferi, volvit se sub et supra. Presupponit quod terra circa centrum habeat foramen unum, quod transeat subtus, sicut habet rota: modo si aliquis iaceret unum lapidem, quando esset ad medium vie, idest in centro, ibi staret; quia si ultra iret, tunc sequeretur quod ascenderet naturaliter, quod est impossibile, nisi motu violento impelleretur. Ergo ad propositum, si transibant centrum, oportebat de necessitate quod volverent caput, si volebant ire recti. Cum angustia: ad denotandum quod difficulter receditur a vitiis. Sale: quia ascendit.

Teneas te bene, quia per tales scalas, dixit magister, angustiendo, idest angustiam sustinendo, tamquam homo fessus, convenit, idest oportet, quod discedatur a tantis malis.

Postea exivit foras per foramen unius saxi, et posuit se supra orlum, idest extremitatem, ad sedendum: postmodum porrexit michi accuratum passum, idest ostendit michi passum agilem ad ascendendum.

Ego levavi oculos, idest erexi, et credidi videre Luciferum, sicut ego illum dimiseram, et vidi eum crura versum partem superiorem tenere.

Et si ego deveni tunc stupefactus, idest si fui miratus, gens grossa hoc cogitet, que non videt qualis erat punctus, per quem ego transiveram.

Leva te sursum, dixit magister, in pedes; idest, surge, vadamus: via est longa et iter est malignum, idest difficile et laboriosum, et iam sol ad mediam tertiarum redit.

Non erat camminata palatii, idest sala plana et ordinata, ubi eramus; sed naturalis burella, idest via stricta, dura, obscura, et superficiem asperam habebat (burella est proprie locus obscurus et subterraneus), que habebat malum solum et luminis indigentiam. Et sic auctor stetit in Inferno tempore quo disposuerat stare, scilicet tribus diebus, etc.

Prima che de l' abisso me divella. Priusquam de abyssu me evellas: hec est quarta pars huius capituli, in qua movet auctor duo dubia Virgilio, que solvantur. Primum est, ubi est glacies, quia ex quo transiverant centrum, non videbat eam. Et ubi est iste sicut est fixus sic subsupra?

- 35 Dov'è la ghiaccia? e questi⁽¹⁾ com'è fieto
Così socto sopra? e come in sì poca hora
Da mane a sera ha facto el sol tragictio⁽²⁾?
36 Et elli a me: Tu ymagini anchora
Esser di là dal centro, ov'io mi presi
Al pel del vermo⁽³⁾ reo che'l mondo fora.
37 Di là⁽⁴⁾ fosti cotanto, quanto scesi:
Quando mi volsi, allhor⁽⁵⁾ passasti'l puncto
Dal quale si traghon⁽⁶⁾ d'ogni parte e pesi:
38 E se'or sotto l'hemyserio giuncto
Ch'è opposito a quel⁽⁷⁾ che la gran seccha
Coverchia, e sotto l'cui colmo consumpto
39 Fu l'huom⁽⁸⁾ che nacque [e visse] senza [peccha]:
Tu hai⁽⁹⁾ e piedi in su picciola spera⁽¹⁰⁾
Che l'altra faccia⁽¹¹⁾ fa della Giudeccha⁽¹²⁾.
35 *Ubi est glacies? et iste quomodo est fixus*
Sic supra? et quomodo in sic modica hora
A sero ad mane fecit sol traghettum?
36 *Et ipse ad me: Tu ymaginaris adhuc.*
Esse ultra centrum, ubi ego me applicavi
Pilo vermis rei qui mundum perforat.
37 *Ex illa parte fuisti tanto tempore, quanto ego descendi*
Quando me volvi, tu pertransivisti punctum
Ad quod se trahunt ex omni parte pondera:
38 *Et nunc sub emispirio pervenisti*
Quod est contrapositum illi quod magnam siccitatem
Cooperit, et sub cuius culmine consumptus
39 *Fuit homo qui natus est et vixit sine peccato:*
Tu habes pedes super parva spera
Que aliam faciem facit de Giudeccha.

(1) Lucifer. — (2) transmutatione. — (3) di Lucifer. — (4) dal centro. — (5) al. tu. — (6) tirano, cavano, elevansi su. — (7) hemysperio. — (8) Chrysto. — (9) hora. — (10) rotondità di terra. — (11) opposita. — (12) dov'è punito Giuda.

Et quomodo sic in modica hora, a sero usque ad mane, fecit sol traghettum, idest cursum suum?

Priusquam de abyssu me evellas, idest extrahas, magister mi, dixi quando fui rectus, idest in pedibus, ut trahas me de errore, aliquantulum michi loquaris: Ubi est glacies, scilicet quam vidimus? Et iste sicut est fixus Lucifer sic subsupra? Et quomodo in sic modica hora, a sero ad mane, fecit sol suum traghettum, idest cursum suum?

Et ipse ad me: Tu ymaginaris adhuc esse ultra centrum, ubi ego me *aggruppavi*, idest applicavi, pilo vermis rei, qui mundum perforat; idest, stat per medium supra centrum de subtus, sicut per aliud medium stat sursum.

Ex illa parte fuisti tanto tempore, idest quanto ego descendi: quando me volvi, tu pertransivisti punctum, ad quod se trahunt ex omni parte pondera, idest ubi est centrum terre; et nunc sub emispirio pervenisti, quod est contrapositum illi, quod, vel qui, magnam siccitatem cooperit, et sub cuius culmine consumptus fuit homo qui natus est et vixit sine peccato. Tu habes, idest tenes, pedes super parva spera, que aliam faciem facit de Giudeccha. *Siccitatem*: idest totam terram, discoopertam ab aquis, ad differentiam subinferioris, que est parum detecta.

Modo auctor ponit responsionem ad primam questionem, quia primo respondet secunde questionem, demum respondebat prime. Responsio ad secundam questionem in forma et in effectu est hec. Cum terra sit rotunda et sol circumgiret in die naturali terram, iuxta illud Ecclesiastes primo capitulo: Oritur sol et occidit, et in locum suum revertitur, et in circum pergit spiritus, lustrans universa, girat per meridiem, et flectitur ad aquilonem; modo quando hic apud nos in emispirio superiori est sero, in inferiori opposito est mane; quando nos habemus meridiem, inferius est media nox. Modo sic erat, quod antequam auctor transiret ultra centrum, erat hic in nostro emispirio sero, et in

illo emispirio inferiori erat mane. Sol faciebat cursum suum consuetum; non tamen mutavit cursum suum, licet Virgilio et Danti in parvo spatio fuerit transitus a sero ad mane: quia hoc contingebat propter varietatem ipsorum, non propter varietatem motus solis, quia ipsi in parvo spatio temporis transierunt de emispirio uno ad aliud, scilicet de emispirio poli arthici ad emispirium poli anthartici, oppositum isti: quia in emispirio nostro, antequam transirent, erat circa noctem; ergo ipsis cito transeuntibus centrum terre ad aliud emispirium, cito cito fuit eis prope diem. Hec est responsio ad secundam questionem, qua querebatur quomodo in tam parvo spatio sol fecisset traghettum, cursum suum, a sero usque ad mane: non enim sol fecit traghettum, sed ipsi fecerunt traghettum quando transierunt centrum terre et iverunt in modico spatio de emispirio emispirium.

Responsio ad primam questionem est ista. Querebatur enim ubi est glacies, et quomodo iste Lucifer stabat sic subsupra, quia ubi erant modo Virgilius et Dantes, non erant nisi crura et tibie et pedes Luciferi: ideo mirabatur Dantes, non attendendo ad transitum suum, quem fecerunt. Per prius viderat Luciferum stantem erectum, et modo videbatur sibi quod staret subsupra. Mirabatur ex hoc. Respondet Virgilius: Glacies est ubi prius erat, et stat ubi erat prius; et eodem modo, consimiliter, Lucifer stat sicut prius stabat, nec est motus ipse, nec mutatus in aliquo: sed tu es mutatus, supple quia transivisti centrum et venisti ad aliud emispirium. In illo emispirio caput Luciferi stabat rectum supra, et sic stat adhuc: sed postquam tu transivisti ad hoc aliud emispirium, tu contra stas, et ideo apparet tibi quod Lucifer sit mutatus: quod non est verum; sed tu es mutatus.

His dictis, nota quod Dantes hic asserit, quod ille homo, qui fuit consumptus, idest crucifixus, et qui vixit et natus est sine peccato, fuit Iesus Christus, qui assumpsit carnem

- 40 Qui è da mane, quando di là è sera:
E questi⁽¹⁾ che ne fe'⁽²⁾ scala col pelo⁽³⁾,
Fitto è anchora, sì come fiet'era⁽⁴⁾.
41 Da questa parte⁽⁵⁾ cadde giù dal cielo:
E la terra che pria di qua si sporse,
Per paura di lui fe' del mar⁽⁶⁾ velo⁽⁷⁾,
42 E venne all'emysperio nostro; e forse
Per fuggir lui lasciò qui luogo voto
Quella ch'appar di qua, e su ricorse.
43 Luogo è laggiù da Beelzebub⁽⁸⁾ remoto
Tanto, quanto la tomba si distende,
Che non per vista, ma per suono, è noto,
44 D'un ruscelletto⁽⁹⁾ che quivi discende
Per la bocha d'un saxo, ch'egli ha roso
Col corso ch'egli avolge, e poco pende.
40 *Hic est mane, quando ibi est sero:*
Et iste qui fecit nobis scalas cum pilo,
Fixus est adhuc, sicut prius erat.
41 *Ab ista parte de celo cecidit infra:*
Et terra que prius erat ab ista parte se porrexit,
Propter pavorem ipsius fecit de mari velum,
42 *Et venit ad emispirium nostrum; et forsam*
Propter fugere eum dimisit hic locum vacuum
Illa que apparet hic, et sursum recurrit.
43 *Locus est ibi inferius a Beelzebub remotus*
Tantum, quantum tumba se extendit,
Qui non per visum, sed per sonum auditur
44 *Unius rivuli qui ibi descendit*
Per foramen unius saxi, quod corrosit
Cum cursu cum quo ipse currit, et modicum pendet.

(1) Lucifer. — (2) a noi fece. — (3) suo. — (4) prima. — (5) hemysperio dove siamo. — (6) mare. — (7) coprimento, scudo et ostacolo. — (8) Lucifer. — (9) fiumicello.

nostram humanam in unitate suppositi sine peccato et sine crimine ullo. Hic fuit crucifixus propter redimere genus humanum, et crux fuit posita in monte Calvarie, qui videtur esse situs in medio terre habitabilis, iuxta illud: Operatus es salutem in medio terre.

Preterea in ecclesia Sancti Sepulchri Domini Nostri Iesu Christi in Hierusalem, est vestigium pedis ipsius Iesu Christi, ubi fixit pedem ipse Christus, et fertur tunc dixisse, ponendo sic pedem: Hic est medium mundi. Et ego Frater Ioannes predictus, episcopus Firmanus, quando fui in Hierusalem, et in ecclesia Sepulchri, in qua fui millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, et in qua celebravi missam super Sepulchro Christi, prius fui devotius quo potui osculatus illum locum, ubi est vestigium pedis Christi; demum pedem meum in illo posui, quia sic faciebant alii peregrini sotii. Sic etiam supra montem Oliveti, ubi est etiam ecclesia, in cuius medio est aliud vestigium pedis Christi, in quo firmavit pedem Christus in die Ascensionis, quando ad celum evolavit, videntibus et cernentibus Apostolis, ut habetur Actuum Apostolorum primo capitulo, et Marci ultimo, vestigium illud primo osculatus sum, demum posui pedem, sicut ceteri faciebant. Utrum, dato quod Hierusalem sit in medio terre habitabilis, sit concedendum Hierusalem esse in medio mundi, aut non, hec questio pro nunc relinquatur, quia non est presentis speculationis.

Sed modo ymaginandum est, quod quando Dantes fecit istam questionem, sive istas duas questiones ipsi Virgilio, quod ipsi duo erant ultra centrum, ut iam dictum est, et non multum distabant a centro, nisi per tantum spatium quantum erat amplitudo illius circuli, qui dicitur Giudeccha. Et illa duo spatia sunt parva: tamen opponuntur in situ, quia Giudeccha est in nostro emispirio, et ille locus, in quo fiebant iste questiones et responsiones eorumdem inter Virgilium et Dantem, est in alio emispirio. Ideo dicit textus:

Tu habes pedem super parva spera, que aliam faciem facit de Giudeccha. Tunc ad textum.

Hic est mane quando ibi est sero (ecce responsio ad secundam questionem); et iste, scilicet Lucifer, qui nobis fecit scalas cum pilo, idest super quo ascendimus ex hac parte et descendimus ex alia parte, fixus est adhuc sicut prius erat. Ecce responsionem ad primam questionem.

Ab ista parte, scilicet poli anthartici, de celo cecidit infra: et terra, que prius erat se porrexit, super quam ille cadere debebat supple, propter pavorem ipsius fecit de mari velum, idest cooperuit se cum mari, et venit ad emispirium nostrum; et forsam propter fugere, idest ut fugeret eum, dimisit hic locum vacuum illa que apparet hic et sursum recurrit, idest habuit recursum, vel surrexit.

Iam auctor locum Inferni, quem pertransivit et quem iam dimisit, vocat et nominat *laggiù*, idest inferius, sicut nos hic dicimus de antipedibus nostris, si sunt; dicimus quod sunt inferius: ita dicerent ipsi de nobis, si essent. Ita loquitur modo auctor, quia erat ultra centrum in alio emispirio; ideo locum ubi erat Lucifer modo nominat *laggiù*, idest infra, dicens: Locus est ibi inferius, a Beelzebub remotus tantum quantum tumba se extendit, *se distende*, qui non per visum, sed per sonum auditur unius rivuli, qui ibi descendit per foramen unius saxi; quod saxum ipse, scilicet rivulus, corrosit cum cursu cum quo ipse currit, et modicum pendet. Locus ille non est notus per visum, propter obscuritatem nimiam ibi existentem; sed est notus per sonum unius fluvii descendens per illud foramen: ut intelligas quod [non] descendit de Inferno, quia esset hoc impossibile, quia tunc grave naturaliter ascenderet; sed usque ad centrum descendit de illo alio emispirio poli anthartici. *Modicum pendet*, quia circuit.

⁴⁵ Lo duca et io per quel cammino ascoso
Entrammo a ritornar nel chiaro mondo:
E senza cura haver d'alcun riposo
⁴⁶ Salimmo su, ei primo et io 'l secondo,
Tanto ch'io vidi delle cose belle
Che porta 'l ciel, per un pertuso tondo,
E quindi escimmo a riveder le stelle.

⁴⁵ *Dux et ego per illud iter absconsum*
Intravimus ad redeundum in clarum mundum:
Et sine cura habendi aliquam quietem
⁴⁶ *Ascendimus sursum, ipse primus et ego secundus,*
Tantum quod ego vidi de rebus pulchris
Quas portat celum, per unum foramen rotundum,
Et hac exivimus ad revidendum stellas.

Dux et ego per illud iter absconsum, quia nullum est ibi lumen, intravimus ad redeundum in clarum mundum: et sine cura habendi aliquam quietem (nam semper cum labore fecerunt tale iter, nec curaverunt ~~parare~~ ^{parare} in aliquo loco), ascendimus sursum, ipse primus et ego secundus, tantum quod ego vidi de rebus pulchris (quia dum adhuc essent in loco obscuro, prope exitum ad aliud emispirium, incepit videre stellas, quas non viderat dum fuit in Inferno) quas portat celum; idest stellas, quia sunt in celo, et, dum celum volvitur, volvuntur simul et stelle in eo fixe; per unum foramen rotundum, idest per quod ultimo exiverunt.

Et quinde, idest inde, exivimus ad revidendum stellas. Factis responsionibus a Virgilio ipsi Danti super duabus questionibus, de quibus Dantes petierat a Virgilio, ipsi ambulaverunt per illud foramen, volendo exire de illa obscuritate, sine aliqua quiete; idest nullibi quieverunt,

quousque fuerunt extra, et pervenerunt ad superficiem alterius terre alterius emispirii.

Nota quod sicut opposita sunt vie ad diversos et oppositos terminos in naturalibus, ita in moralibus et spiritualibus accidit, quia Hierusalem significat patriam celestem. Qui vult ire ad patriam celestem, oportet ire per viam que est opposita ad Infernum. Que est illa? Certe est via per Purgatorium. Ideo Dantes et Virgilius, volentes tendere ad celum, recesserunt a centro terre, idest a profundo Inferni, idest a vitiis, et iverunt ad Purgatorium, idest ad virtutes, que fugant vitia, que conducunt ad felicitatem. Notandum est, quod Virgilius fecit bonam fictionem in fine sexti libri Eneydos, ubi fingit quod due sunt vie, etc.: una cornea, alia eburnea. Idest exitur de Inferno vel realiter, et hoc non accidit; vel intentionaliter et mentaliter, et hoc bene accidit. Laus Iesu Christo, completo isto primo libro. Amen, Amen, Amen.

Explicit ultimum capitulum, idest tricesimumquartum, huius Inferni.

Qui scripsit scribat ⁽¹⁾, semper cum lumine vivat ⁽²⁾:
Vivat et hic felix cum multo tempore fenix:
Hinc videat Chrystum qui librum scripserit istum.
Qui legit hoc carmen lector respondeat[ur] amen.
Scripsit ⁽³⁾, summe Deus, tibi ⁽⁴⁾ simplex Bartholomeus
Collensis, minimus minimorum servus et imus,
Chrysti sectator, Francisci lentus amator,
Qui me per Chrystum mundum commovit in istum.

⁽¹⁾ iterum. — ⁽²⁾ gratia Dei. — ⁽³⁾ o. — ⁽⁴⁾ ad laudes tuas.

La figura, che l'Alighieri qui ci descrive, del gran Malvagio caduto dal cielo, e la postura in cui ce lo mostra nel fondo del suo abisso, stretto e schiacciato da tutte le forze concentriche dell'universo, laggiù nel punto al quale si traggono d'ogni parte i pesi, hanno qualcosa di terribilmente sublime, che ti fa rabbrivire; ed esprimono la fede di tutto l'uman genere, da cui quel mostro fu sempre riguardato e tenuto come una formidabile personalità vivente, secondo che insegnano i Libri Santi e s'incontra in tutte le Teogonie del paganesimo, e da tutti confinato nel luogo stesso in cui il nostro Poeta lo rinvenne.

Ai libri rivelati già accennammo altrove. In quanto alle tradizioni e credenze pagane, basta ricordare le discese all'Inferno di Ercle, di Bacco, di Polluce, di Orfeo, di Ulisse, di Enea, e le libazioni di sangue, le offerte e i riti funebri su le tombe per calmare gli strazi e la fame delle ombre laggiù erranti dove quella terribile potenza ha la sua sede: poi la Sibilla, che nel fondo di un antro scende a riceverne le ispirazioni: finalmente le sotterranee caverne, ove celebravansi i misteri per placarla, e il sangue delle vittime, che doveva essere assorbito dalla terra perchè le giungesse.

In que' sotterranei praticavano le loro adorazioni i Pelasgi, antichi maestri della Grecia; e Platone, attenendosi alle loro tradizioni, nel suo libro *Delle Leggi* ci dice che chiamavansi le dimore d'Inferno. Alla terra attribuiva un carattere sacro l'Etruria; e da essa, in Delfo, esalava il soffio della divinità, che dava alle sacerdotesse le loro profetiche ispirazioni. Insomma, tutta la classica antichità adorò la *Tellus* sotto diversi nomi, di Rea, di Cibeles, di Isis, di Vesta, di Maia, di Fauna, di Flora, di Fatua, di Cerere, di Ops; e la medesima cosa, al riferire di Tacito, era la *Hartha* dei Germani. Come spiegheremo noi questa tendenza di tutta l'umanità pagana ad adorar la terra, e una divinità nel suo centro, senza un fatto e una tradizione per cui ne fosse stata ammaestrata?

Figuravano questa terribile divinità: il Siva, con una collana di umani crani al collo, e tre occhi, con uno dei quali doveva consumare il mondo; la voluttuosa Astarte, la Cibeles Frisia, il feroce Mitra, l'infame Bacco, il terribile Serapide, il tetro Ahirman, lo sfacciato Samael, e i sanguinari Moloc, Baal, Belial, Anubio, Tifone: tutte orride divinità, che sotto varie e diverse fisionomie, secondo le trasformazioni indotte dal tempo e dal genio de' popoli, esprimevano il medesimo principio, ed erano copia dello stesso tipo, cioè della paurosa personalità satanica.

Ad essa torna ad accennare il nostro Poeta nel canto XI del *Purgatorio*, dove fa la parafrasi dell'orazione domenicale, traducendone come segue l'ultimo versetto, « Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a Malo »,

Nostra virtù, che di leggier s'adona,
Non spermentar con l'antico avversaro,
Ma libera da Lui, che sì la sprona.

Tale personalità si prova anche da questo, che nel mondo vi è il male, di cui non potè essere autore Dio infinitamente buono, che creava questo universo. Se nel mondo vi è il male, dunque vi dev'essere un massimo, un estremo di esso; e questo estremo non può concepirsi che come una personalità, un vero malvagio, cioè un agente che fu capace del bene, ed era stato fatto per il bene, ma che si degradava tramutandosi in un malvagio, in un mostro.

Stupenda è poi la contrapposizione, che ne fa ironicamente il Poeta alla Trinità divina, per incidergli nel viso il delitto commesso col voler addiventare simile all'Altissimo. Gli dà tre facce di color diverso, che hanno qualcosa di grottesco e di ributtante:

O quanto parve a me gran meraviglia
Quando vidi tre facce alla sua testa!
L'una dinanzi, e quella era vermiglia;
Dell'altre due, che s'aggiungean a questa
Sovresso 'l mezzo di ciascuna spalla,
E si giungeano al luogo della cresta,
La destra mi pareva tra bianca e gialla;
La sinistra a vedere era tal, quali
Vengon di là onde 'l Nilo s'avvala.

La contrapposizione è chiara e stupenda. Le tre facce simboleggiano le tre negazioni e imperfezioni, che in esso corrispondono alla realtà e alle perfezioni delle tre Persone divine: del Padre, che è potenza; del Figliuolo, che è sapienza; dello Spirito Santo, che è amore: e sono nel malvagio impotenza, ignoranza, odio di morte; e i tre colori, negro, rosso e giallo, ne sono gli emblemi.

Divini da ultimo sono i versi della dodicesima terzina:

S'ei fu sì bel, com'egli è ora brutto,
E contra 'l suo Fattore alzò le ciglia,
Ben dee da lui procedere ogni lutto.

L'indole tenebrosa di questo Malvagio si appalesa nelle tentazioni, con le quali assale il nostro intelletto, per disordinarlo e piegar poi la volontà a seguirlo. E succede come quando una notte tenebrosa diventa visibile al chiaror d'un lampo. Nè può fare altrimenti, non essendogli rimasta della scienza, che ebbe appena creato, che una cognizione disordinata e confusa: la quale non è ignoranza, ma non è più scienza; invece è necessariamente menzogna, congiunta a sopraffina astuzia.

Le armi poi, delle quali si vale per piegar la volontà, sono i nostri appetiti e le nostre affezioni. Il diavolo non produce (scriveva un profondo filosofo e teologo), nè pertanto può se-


minare alcun che di nuovo nel nostro cuore: ma quei moti spontanei dell'anima, che devono aiutare la volontà a conseguire il pieno fine della nostra esistenza, cioè gli appetiti e le affezioni, esso li ritorce contro noi stessi. Ritorti contro di noi, diventano passioni e tentazioni; come il bisogno del cibo, il desiderio d'essere amati, i quali sono moti naturali dell'anima, che diventano pericolosi per deviazione, ovvero per esaltazione. Non vi è pericolo, finchè la volontà sta al suo posto; ma se essa lo abbandona per mettersi al luogo di Dio nel centro della creazione, allora l'anima rimane scoperta ne' fianchi, ed è ferita per opera diabolica dalle proprie sue passioni.



623269

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio



SCAFFALI ONLINE

<http://badigit.comune.bologna.it/books>

<<*Traduzione e commento della Divina Commedia di Dante Alighieri>> 1

SanMarino : Cassa di risparmio della Repubblica di San Marino, 1986

Collocazione:8. QQ. II. 114

<http://sol.unibo.it/SebinaOpac/Opac?action=search&thNomeDocumento=UBO0817103T>

Questo libro è parte delle collezioni della Biblioteca dell'Archiginnasio.

L'ebook è distribuito con licenza Creative Commons solo per scopo personale, privato e non commerciale, condividi allo stesso modo



[4.0:http://creativecommons.org/licenses/by-nc-sa/4.0/legalcode](http://creativecommons.org/licenses/by-nc-sa/4.0/legalcode)

Per qualsiasi altro scopo, o per ottenere immagini a risoluzione superiore contattare: archiginnasio@comune.bologna.it